LIBER PONTIFICALIS
SEU
DE GESTIS
ROMANORUM PONTIFICUM

QUEM

Cum Codd. Mss. VATICANIS aliisque summo studio & labore conlatum emendavit, supplevit

JOANNES VIGNOLIUS

Bibliothecæ VATICANÆ olim Præfectus alter, atque utriusque SIGNATURÆ Referendarius.

ADDITIS

VARIANTIBUS LECTIONIBUS, NOTIS, ET NOVO RERUM VERBORUMQUE OBSCURIORUM INDICE LOCUPLETISSIMO.

T. II.



ROMÆ, MDCCLII.

Typis JOANNIS BAPTISTÆ BERNABÒ, & JOSEPHI LAZARINI.

CUM PRIVILEGIO SUMMI PONTIFICIS.





SANCTISSIMO PATRI
et Domino Noſtro
BENEDICTO XIV.
PONT. MAX.

PETRUS JOSEPH UGOLINUS
FELICITATEM.



Lteram LIBRI PONTIFICALIS *Partem*, BEATISSIME PATER, *quam Joannes Vignolius*

avunculus meus se editurum promiserat, jamque typis tradere cœperat, sed morte præreptus prosequi minime potuit, perficiendam ego curavi, et post varias rerum vices tandem perfectam, nihil ultra moratus, prelo subjeci. Quum autem ille priorem operis Partem summo Pontifici Benedicto XIII. præcessori tuo inscripserit, satis innuere visus est, hanc quoque potiori jure nulli alii, quam Apostolorum principis successori esse dicandam. Atque utinam ad hæc usque tempora vitam produxisset! Nullus sane dubito, quin volens ac lubens sui laboris fructum tibi, PA-

TER

PRÆFATIO



X quo non ſine ingenti animi mei mœrore accidit, ut cariſſimum avunculum Jo: Vignolium, qui mihi fere loco parentis erat, amitterem, nihil antiquius mihi fuit, quam omne ſtudium adhibere, ut opus hoc, ab eo ex parte impreſſum, primo quoque tempore abſolveretur. Rem haud prorſus ingratam pluribus me facturum duxeram, ſi prima Parte edita, quæ apud eruditos non infimam gratiam iniiſſe ferebatur, quod operis erat reliquum ſimiliter in lucem ederem, eorumque exſpectationem non fruſtrarer. Ipſa quoque ſanguinis conjunctio ne pudori quodammodo mihi eſſet verebar, ſi

propinqui de me optime meriti non obſcuros labores, ex quibus nonnulla gloriæ acceſſio ejus nomini fieri poſſet, perpetuo ſinerem deliteſcere.

Verum quum ingenii tarditas, juvenilis ætas, atque eruditionis apprime neceſſariæ inopia, me, præſertim alii ſtudiorum generi addictum, ab hujuſmodi propoſito penitus deterrerent, literatorum virorum operam expetendam ſtatui; quorum non unum, aut alterum adivi: ſed aliis aliam rem cauſſantibus, propriiſque occupationibus detentis, poſt varias cunctationes mea vota in irritum cedere vehementer dolebam. Donec aditus mihi patuit ad egregium ſpectatæque doctrinæ virum P. D. Joannem Franciſcum Baldinum Clericum Regularem Congregationis Somaſchæ, qui unice amicorum meiſque precibus & publici boni ſtudio adductus, provinciam non ita facilem, ut quæ operi deerant, ſup-

ple-

pleret, pro ſua, qua præſtat, humanitate, libenti animo ſuſcepit.

Pluribus tamen & ipſe diſtentus curis, tum propter operam, quam eximie navat in ſacris Urbis Congregationibus, quibus eſt a conſultationibus; tum propter varia ſui Ordinis munia, cujus nuper univerſo regimini præerat, ea, qua cupiebam, celeritate poſtremam eidem operi manum imponere non potuit. His acceſſerunt incommoda non modica, quibus ipſe ego præpediebar; rerum ſcilicet familiarium cura, adverſæ valetudines, aliæque humanæ ærumnæ, quæ ſe mihi obtulerunt. Atque hæ præcipuæ fuere cauſſæ, quæ editionem hanc ſunt hactenus remoratæ.

Divino tandem numine opitulante volumen hoc alterum a priori, quoad fieri potuit, haud abſimile, modo publici juris efficitur: cujus quidem conſtitutio & progreſſio ut magis pateat,

teat, abs re non erit de singulis ejus partibus quicquam delibare. Porro quæ typis Avunculus meus impressa reliquit foliis IX. continentur, eaque in vita S. Zachariæ Papæ desinunt num. XVI. pag. 72. Variantes Lectiones omnes idem ex codicibus MSS. excerpsit atque ordine disposuit, paucis duntaxat exceptis, quæ prius conlatæ cum codd. Vaticanis, quos, ubi res exigebat, consulere non destiti, aliqua immutatione, aut emendatione dignæ visæ sunt: siquidem eædem Variantes innumeris lituris obductæ & valde turbatæ passim occurrebant, utpote ab Auctore nondum retractatæ, nec maturiori examini subjectæ.

Notæ vero ad num. usque XXVII. vitæ Stephani III. Papæ pag. 156. se protendunt: reliquæ a laudato P. Baldino expletæ sunt, qui nonnullas etiam aut tantum incœptas, aut intermissas circa finem vitæ Stephani II. adjecit.

Con-

TER SANCTISSIME, *ultro offerret et ſumma cum animi jucunditate glorioſiſſimo nomini tuo conſecraret. Tuam ſingularem virtutem ac pietatem, pronumque animum in literatos viros probe noverat: tuam etiam præcipuam humanitatem et clementiam propius, quam quiſquam alius, jamdudum expertus fuerat. Itaque audacior non eſt cur ego videar, ſi Avunculi exemplo ductus, ejuſque voluntatis interpres haud ambiguus, opus, quod ipſe inchoaverat, atque ego abſolutum edo, tibi ſiſtam. Non minus grata amantiſſimi Avunculi memoria, quam argumenti*

digni-

dignitas id a me postulabant. Universa Libri materies Romanorum Pontificum, qui sanctitate ac scientia claruere, gesta complectitur: idque ad te quammaxime pertinere et peculiari quodam jure tibi vindicandum, quisque intelligit. Enimvero tu optimi ac sapientissimi Pontificis partes apprime imples: in tuis editis Operibus Præcessorum sapientiam; in tuis moribus eorum sanctimoniam; in sacris aliisque ædibus vel a solo excitatis (ut novissime in illa beatorum martyrum Petri et Marcellini) vel splendido cultu ornatis, eorum liberalitatem ad vivum exprimis. Sed

quid

quid opus hisce laudibus? Praeclara tua gesta tam late patent, tamque longe vulgata sunt, ut nulla praeconis voce indigeant. Alter jam annus est quum innumeras ex universo pæne Orbe gentes huc confluentes vidimus, religionis certe caussa, ac tui etiam nominis fama excitatas, ut virtutes tuas cominus admirarentur. Neque vero egregiæ illæ dotes et digna principe indoles, quæ in te renident, tunc, quum ad beati PETRI *cathedram evectus es, primum prodierunt. Ingenii tui specimina non in hac alma Urbe tantum, sed apud exteros etiam perspecta erant:*

pie-

pietatis et prudentiæ monimenta ſatis commendabantur ex pluribus iiſdemque conſpicuis muniis, quæ inoffenſo pede ſummaque cum laude pro ſancta Romana eccleſia obieras. Sacra purpura inſignitus qualem te Epiſcopum Anconitanis populis doctrinæ, pietatis caritatiſque exemplis probaſti! Quantam ſubinde ſollicitudinem, paternam vigilemque curam in Metropolitana ſede inclytæ civitatis BONONIENSIS, *in qua ex primario patriciorum ordine ortus, cunctis acceptiſſimus impendiſti! Miſſam facio eximiam munificentiam in templum maximum tuæ ejuſdem Patriæ,*

quod

quod glorioſe ad exitum perduxiſti, et ſumtu plane regio decoraſti. Hæc ſunt, BEATISSIME PATER, *quæ nedum me alliciunt, at quodammodo etiam cogunt, ut Libri hujus editionem, ſub fauſtiſſimis pontificatus tui auſpiciis peractam, in argumentum humillimi obſequii mei, et ſingularis humanitatis tuæ erga Vignolium avunculum meum, tibi offeram. Nec ſublime faſtigium dignitatis tuæ, nec mearum virium tenuitas me deterruerunt: novi ſiquidem quanta animo tuo clementia inſideat, et quo vere paterno amore cunctos amplectaris, ut infirmis animos addas,*

erratis benigne ignoscas, ipsosque conatus, quanvis interdum minus feliciter cedant, æqua mente excipias. In hanc ego spem erectus, sanctissimis pedibus provolutus, dum Apostolicam benedictionem supplex peto, omnium largitorem Deum Optimum Maximum, ut te ad universæ ecclesiæ suæ bonum et augmentum incolumem quam diutissime servet, humillime precor atque intime, BENIGNISSIME PATER, *exopto. Romæ* XII. *Kal. Majas* MDCCLII.

BE-

BENEDICTUS PP. XIV.

AD FUTURAM REI MEMORIAM.



Um, sicut dilectus filius Petrus Josephus Ugolini Nobis nuper exponi fecit, ipse Tomum alterum Libri, cujus titulus est: Liber Pontificalis, seu de Gestis Romanorum Pontificum, a tunc in humanis agente Joanne Vignoli in utraque Signatura nostra Referendario, Bibliothecæ nostræ Vaticanæ Custode, Avunculo suo incœpti, typis mandaverit: vereatur autem, ne postquam in lucem prodierit, alii, qui ex alieno labore lucrum quærunt, dictum Librum in ipsius Petri Josephi præjudicium iterum imprimi curent; Nos ejusdem Petri Josephi indemnitati providere, ipsumque specialibus favoribus, & gratiis prosequi volentes, & a quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque Ecclesiasticis sententiis, censuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occasione, vel caussa latis, si quibus quomodolibet innodatus existit, ad effectum præsentium tantum consequen. harum serie absolventes, & absolutum fore censentes, supplicationibus ejus nomine Nobis super hoc humiliter porrectis inclinati, eidem Petro Josepho, ut decennio proximo a primæva dicti Libri impressione computan. durante, dummodo tamen prius a dilecto filio Magistro Sacri Palatii Apostolici approbatus sit, nemo tam in Urbe, quam in reliquo Statu Ecclesiastico mediate, vel immediate Nobis subjecto dictum Librum, seu aliquam ejus partem sine speciali dicti Petri Josephi, seu ab eo caussam habentium licentia imprimere, aut ab alio, vel aliis impressum vendere, aut venalem habere, aut proponere possit, auctoritate Apostolica tenore præsentium concedimus, & indulgemus. Inhibentes propterea omnibus utriusque sexus Christifidelibus, præsertim librorum Impressoribus, & Bibliopolis sub quingentorum ducatorum auri de Camera ac amissionis librorum & typorum omnium pro una Cameræ nostræ Apostolicæ, & pro alia eidem Petro Josepho, ac pro reliqua tertiis partibus accusatori, & judici exequenti irremissibiliter applican. & eo ipso absque ulla declaratione incurren. pœnis, ne dicto decennio durante prædictum Librum, aut aliquam ejus partem sine hujusmodi licentia imprimere, seu venalem habere, vel proponere quoquo modo audeant seu præsumant. Mandantes propterea dilectis filiis nostris, & Apostolicæ Sedis de Latere Legatis, seu eorum Vicelegatis, aut Præsidentibus, Gubernatoribus, Prætoribus, & aliis justitiæ ministris Provinciarum, Civitatum, Terrarum, & Locorum Status nostri Ecclesiastici prædicti, quatenus eidem Petro Josepho, seu ab eo caussam habentibus prædictis in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, quandocumque ab eodem Petro Josepho requisiti fuerint, pœnas prædictas contra quoscumque inobedientes irremissibiliter exequantur. Non obstan. constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac quibusvis statutis, & consuetudinibus, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, privilegiis quoque, indultis, & literis Apostolicis in contrarium præmissorum quomodolibet concessis, confirmatis, & innovatis &c. Datum Romæ apud sanctam Mariam Majorem sub annulo Piscatoris, die 11. Maii MDCCLII. Pontificatus nostri anno duodecimo.

D. Card. Passioneus.

IMPRIMATUR,
Si videbitur Rmo Patri Magistro Sacri Palatii Apostolici.
F. M. de Rubeis Patriarcha Constantinopol. Vicesg.

APPROBATIONES
VIRORUM ILLUSTRIUM.

LEGI, demandente Reverendissimo P. Magistro Sac. Palatii Apost. Notas in Tomum secundum LIBRI PONTIFICALIS, neque in iis quidquam offendi, quod Catholicæ Doctrinæ, vel Christianæ pietati adversetur; quin imo selectæ observationes, quibus refertæ sunt, auctorem ubique produnt de Ecclesiasticis, & Romanis antiquitatibus optime meritum.

M. MAREFUSCUS *Signaturæ Gratiæ Votans,*
& Sac. Rituum Congreg. Secretarius.

MAGNUM sane utilissimumque laborem pro Romanæ Ecclesiæ, ejusdemque historiæ studiosorum commodis, ac utilitatibus *Joannes Vignolius* impendit, dum LIBRUM PONTIFICALEM, SEU DE GESTIS ROMANORUM PONTIFICUM, novis diligentissimisque studiis emendatum ac illustratum, Romanis typis edendum curavit. Primus illius Tomus publicam, ipso vivente, lucem adspexit, magnumque eruditis Viris desiderium injecit, ut quod operis erat reliquum sollicite, diligenterque evulgaretur. At Clarissimus Vir morte præventus, quod sapientissime cogitaverat, plene perfecteque adimplere non potuit. Doctis propterea hominibus Ecclesiasticæque Historiæ amatoribus expectandum reliquit, ut singulari aliorum studio ac diligentia utilissimum opus perficeretur. Nunc vero expectationi omnium occurrit amantissimus illius Nepos, qui alterius Clarissimi Viri & de Republica literaria meritissimi adjutorio, secundum paravit, procuratque Tomum evulgare, qui a Constantino Summo Pontifice exorditur, & gestis Paschalis I. absolvitur. Hunc ego Tomum, ut Reverendissimo Patri Augustino Orsi Sac. & Apost. Palatii Magistro morem gererem, omni, qua potui cura & diligentia, perlegi. Cumque in eo Notas quidem breves, sed ad Christianam Doctrinam, eruditionemque sacram atque prophanam opportunissimas legerim; nihilque offenderim, quod Christianæ Catholicæque Fidei, aut bonis moribus adversetur, ut in lucem publicam quamprimum edatur, facultatem concedi posse, quantum ad me attinet, censeo atque pronuncio.
Ex Romanis Ædibus SS. XII. Apostolorum III. Kal. Jun. MDCCLII.

FR. CAROLUS DOMINICUS DE MOYA *Ord. Min. Convent. S. Francisci Art. & Sac. Theol. Mag. Collegii S. Bonaventuræ Rector & Regens, & in Romano Archigymnasio Pub. Theol. Professor.*

IMPRIMATUR.
Fr. Joseph Augustinus Orsi Ord. Præd. Sac. Pal. Apost. Mag.

PRÆ-

Contextus fere ubique intactus, ut ab Avunculo meo exſcriptus fuerat, prelo commiſſus eſt, quanvis non uno loco pro illorum temporum ſcribendi more, medica manu (quemadmodum legenti perſpicuum erit) indigere videretur: quod fortaſſe non adeo difficile præſtari potuiſſet, in iis præſertim, quæ vel ſyntaxim ſpectant, vel orthographiam, in qua pro vario MSS. ſtilo, ſcriptorumque genio non eadem ſemper ratio ſervatur.

At quum advertere ſæpe contigerit in ſcriptis Avunculi mei, eumdem Contextum pluribus in locis prius caſtigatum, poſtmodum cum ipſis mendis, quibus ſcatebat, typis mandatum; immo eadem menda alicubi reſtituta, conjicere inde licuit, illum conſulto ſibi ab iis omnibus emendationibus temperaſſe, quas auctoritate cujuſpiam ex codicibus, quos ſecutus fuit, tueri non poterat, ne forte ipſo

cul-

cultiori ſtilo ; illius ævi ſcriptoribus inſueto , crebriſque alterationibus celebri huic eccleſiaſticæ Hiſtoriæ aut pretium decreſceret, aut de ejus integritate ac fide ſuſpicio quædam ſubreperet.

Ex codicibus autem MSS. nullus ei (quantum mihi perſpectum eſt) præcipuus fuit; ſed cunctos, quorum expoſitionem priori Tomo præpoſuit, probatos atque in contextus habuit; quippe omnes, licet non ejuſdem antiquitatis, fide dignos cenſuit. Nec ſane potius hic, quam ille ſeligi, aut poſthaberi poterat, dum nullus ferme eſt, qui integras Pontificum vitas complectatur; ſed ubi plerumque unus incipit, alius deſinit, quodque unus omittit, alius profert: quamobrem neceſſe fuit alium ex alio ſupplere, ne Hiſtoria aliqua in parte manca prodiret.

Siqua præterea alia ratione Avunculus

culus meus ductus fuerit, propter quam Contextum non magis caſtigandum ſibi propoſuerit, meum non eſt divinare, quoniam ipſe nullibi de hoc verba fecit, facturus fortaſſe ſi longiori vita frui potuiſſet: laboris tamen imminuendi gratia non ſuſpicor, dum graviores curas vigiliaſque non detrectavit. Quicquid autem is peccaſſe dignoſcetur, humanitati erit tribuendum: homo, ut ceteri, ipſe erat, licet alioqui accuratus; ideo ſi quidquam humani perpeſſus fuerit, mirabitur nemo.

Quod unum reliquum eſt, benigne Lector, quæ tibi offero ingenuo animo excipias rogo, & meam qualemcumque curam, qua ceſſante volumen hoc & tertium, quod, Deo favente, typis proxime mandabitur, numquam fortaſſe publicam lucem adſpexiſſet, æqui bonique conſule, ac meæ tenuitati facilis ignoſce, diuque vale.

Quæ

Quæ præ ceteris corrigenda.

IN CONTEXTU.

Pag.	lin.	
23.	15.	ponsantes
66.	6.	invitavit
133.	15.	Lateranense
154.	6.	vicibus, ut in Variantibus.
199.	10.	distectum
235.	18.	libras XII.

IN VARIANTIBUS.

Pag.	lin.	
10.	2.	*botaream*
182.	5.	Vat. I. *Carulo*
186.	3.	Vat. III. pro *Vat. idem*

IN NOTIS.

Pag.	col.	lin.	
3.	1.	13.	quarum
ead.	2.	1.	num. LXXVI.
5.	1.	22.	Stephano II. (alias III.) num. XVI. & XXIII.
7.	2.	9.	Stephano II. num. XXV.
8.	2.	17.	num. XXV.
33.	2.	9. & 10.	Stephano II. num. XLVI.
38.	2.	2.	num. LVII. & *lin.* 3. num. XCVI.
45.	1.	8.	num. XCVII.
49.	1.	5.	num. LVIII.
52.	1.	11.	num. VI.
78.	1.	19.	num. XXX.
121.	1.	9.	supra
130.	1.	6.	num. LXXXVIII.
139.	2.	2.	vestiarii hujus (*supplementio*)
144.	1.	1.	LEONTIO SCRINIARIO
155.	1.	27.	S. Hippolyti
204.	1.	4.	Galeriæ
219.	1.	4.	trophæa
254.	2.	8. & 9.	ROMANI IMPERII
264.	2.	1.	Parietinis
266.	1.	7.	Velitræ
272.	1.	6.	urbe
275.	1.	7.	num. LXXXV.
305.	1.	1.	BASILIDIS

IN INDICE.

Pag.	col.	lin.	
349.	1.	16.	perjurii
352.	1.	8.	post *concilii* dele a
353.	1.	20.	ab eodem
362.	1.	2.	diacopton
402.	2.	28.	VOTAREA, *botarea*

Reliqua prudens Lector emendet.

LI-



LIBER PONTIFICALIS
SEU
DE GESTIS
ROMANORUM PONTIFICUM
TOM. II.

LXXXVIII.

CONSTANTINUS

I. ONSTANTINUS, natione Syrus, ex patre Johanne, sedit [1] [1] annos VII. dies XV. Fuit autem [2] temporibus Justiniani, Phi- *An. Chr. 708. Justiniani jun. Imp. iter. 4.*

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Vat. IV. & VIII. & Alex. III. *ann.* VII. *dies* XX. Vat. VI. *ann.* VIII. *dies* XV. reliqui omnes, ut in contextu.

Sic

NOTÆ

I. 1. ANNOS VII. DIES XV.) A die XXV. mensis Martii A.C.708. usque ad diem VIII. Aprilis anni 715.

2. TEMPORIBUS JUSTINIANI) Ab anno scilicet quarto imperii Justiniani, imperatoris iterum, usque ad an-

Philippici, & Anastasii Augustorum. Hic fuit vir [b] mitissimus : cujus temporibus in urbe Roma fames facta est magna per annos tres, [c] post quos tanta fuit ubertas, ut fertilitatis copia præteritæ [d] sterilitatis inopiam oblivioni mandaret.

II. Hic ordinavit [1] Felicem archiepiscopum Ravennatem, qui [a] secundum consuetudinem priorum suorum solitas in scrinio noluit facere [2] cautiones : sed per potentiam judicum exposuit, [b] ut maluit. Cujus cautio a pontifice [3] in sacratissima confessione beati Petri apostoli posita, non post multos dies [c] tetra, & quasi igni combusta reperta est. [d] Ravennatium quoque cives elati superbia, digna ultionis pœna mulctati sunt. Mittens quippe Justinianus imperator Theodorum patricium, [e] [4] & primicerium exercitus insulæ Siciliæ cum classe, Ravennam [f] [5] civitatem cepit, præfatum archiepiscopum arrogan-

VARIANTES LECTIONES

b Sic Vat. IV. alii vero *valde mitissimus*, & *mitissimus valde*. *c* Vat. III. & Farnes. *post quæ*.

II. *a* Ita Holstenius ex MS. Vat. sed Vat. IV. *secundum priores suos*, ceteri *secundum priorum suorum*, ut in editis : supple, *consuetudinem*. *b* Vat. IV. ut in contextu : alii, *ut maluit* : minus recte Anselm. Lucens. & Card. Deusd. *ut pontifex voluit*. *c* Vulgati tantum cum Vat. I. *terra*. *d* Vat. II. *Nam Ravennates cives*, Vat. IV. ut in contextu, ceteri, *Nam Ravennantium cives*. *e* Vat. III. & Urbin. *& primos*, reliqui, *& primi*, Vat. IV. ut in contextu, editi duntaxat, *& primum*. *f* Idem Vat. IV. vocem illam, *civitatem*, non agnoscit, Vat. VIII. *Raven-*

NOTÆ

annum tertium imperii Anastasii.

II. 1. FELICEM &c.) Qui natione Dalmata, a Constantino papa sui pontificatus initio archiepiscopus Ravennæ in locum Damiani ordinatus. De quo iterum infra num. IX.

2. CAUTIONES) hoc est, fidei professionem & obedientiæ Romano pontifici debitæ sponsionem in scrinio seu Romanæ ecclesiæ archivo recondi solitas. Ejusmodi cautionum episcoporum formulam post aliam professionis fidei eorumdem exhibet Lib. Diurn. Rom. Pontif. cap. III. tit. VII.

3. IN SACRATISSIMA &c.) Ut propemodum de obedientia beato Petro, suoque successori ab eodem archiepiscopo non præstita, Apostolus ipse viderit.

4. ET PRIMICERIUM) Qui nimirum ei classi præerat.

5. CIVITATEM CEPIT) Hier. Rubeus rem fusius narrat lib. IV. Histor. Ravenn.

LU-

gantem [g] in navi vinctum tenuit, omnesque [h] rebelles, quos inibi reperit, compedibus [i] strinxit, divitias eorum abstulit, & Constantinopolim misit. Dei autem judicio, & apostolorum principis Petri sententia, qui inobedientes fuerunt Apostolicæ sedi, amara morte perempti sunt: & idem archiepiscopus [6] lumine privatus est, dignam factis recipiens pœnam, & [k] exul in Ponticam transmissus est insulam ac regionem.

III. Hisdem temporibus suprafatus imperator ad Constantinum pontificem [a 1] sacram misit, per quam jussit, eum ad regiam ascendere urbem. Qui sanctissimus vir, jussis [b] imperialibus obtemperans, illico navigia fecit parari, quatenus iter [c] aggrederetur marinum: & egressus est a portu Romano die v. mensis [d] Octobris [e 2] Indictione VIII. & secuti sunt eum [f] Nicetas [3] episcopus [g] Silvæ candidæ, Georgius episcopus Portuensis, Michaelius, Paulus, Georgius [h] presbyteri, [i 4] Gregorius diaconus, Gre-

VARIANTES LECTIONES

vennatium civitatem cepit. g Vat. II. *& in navi*. h Vat. VIII. *revelles*. i Vat. I. *strincxit*. k Vat. I. & IV. *exilio*.

III. a *sacram*, Vat. II. addit, *epistolam*. b Vat. II. & III. *imperatoris*, Vat. IV. *imperatoriis*. c Vat. III. *adgrederetur*. d Vat. I. *Octubris*. e Vat. III. & Urbin. *Indictione* VIII. f Vat. IV. *Niceta*. g Vat. III. & Urbin. *de Silva candida*. h Vat. IV. cum editis, *presbyter*. i Editi tantum *Georgius* pro *Gregorius*, ut

N O T Æ

6. LUMINE PRIVATUS EST) Rub. ibid. pag. 214. *Justinianus*, inquir, *Felicem candentis æris intuitu obcæcat, atque una cum ceteris Ravennatibus per Ponti oppida relegatos divisit*.

III. 1. SACRAM MISIT) Epistolam nempe, quæ alibi *jussio divalis, auctoritas*, & *sacra jussio*.

2. INDICTIONE VIII.) Mense Septembri A. C. 710. inchoata.

3. EPISCOPUS SILVÆ CANDIDÆ) Qui idem ac SS. Rufinæ & Secundæ, quorum ibi cathedralis ecclesia, ut infra in Hadriano num. LXXXII. *Portuensis* postea dictus, propter unionem ecclesiæ utriusque factam. Exstat diploma Joannis XIX. papæ, quo ejusdem ecclesiæ episcopis regimen totius ecclesiæ S. Petri & civitatis Leonianæ committitur. Vide illud apud Mabillon. post Ord. Rom. XI.

4. GREGORIUS DIACONUS) non *Georgius*, ut in editis: qui nempe, Constantino papa defuncto, in ejus locum fuit subrogatus. Quod apertius infra in ejus vita num. 1. ubi legitur: *& cum*

[k] Gregorius [5] secundicerius, Johannes [16] primus defensor, Cosmas [7] saccellarius, Sisinnius [m 8] nomenclator, Sergius [n] scriniarius, Dorotheus & Julianus subdiaconi, & de reliquis gradibus ecclesiæ [o] clerici pauci.

Ve-

VARIANTES LECTIONES

ut in MSS. *k* Vat. II. *Gregius*, hoc est, *Gregorius*, ut in Vat. IV. *l* Idem, ut in contextu, Vat. III. & Urbin. *defensor primus*, Vat. IV. *defensorum primus*. *m* Vat. I. *numenculator*, Vat. III. *numinculator*, alii, *nomenculator*. *n* Vat. IV. *scriniator*. *o* Vat. I. *pauci clerici*, ut in editis, Baron. *clerici non pauci*.

Vat.

NOTÆ

viro sancto Constantino pontifice ad regiam profectus est urbem: atque, ut ex iis, quæ inde subjiciuntur, cum Card. Baron. conjicere licet, non alia hujus profectionis caussa fuisse videtur, quam ut per pontificem Romanum, quemadmodum imperatori cordi erat, *finis aliquis*, ait Baron. *controversiæ ob canones, ad Quintam & Sextam synodum additos, poneretur*. Subdit autem ibi Liber Pontif. de eodem Greg. II. papa: *atque a Justiniano principe inquisitus de quibusdam capitulis, optima responsione unamquamque solvit quæstionem*. Quæ responsio deperdita ad nos non pervenit.

5. SECUNDICERIUS) Qui post primicerium in sacris actionibus Romano pontifici proxime inserviebat. Ordo Rom. I. apud Mabillon. num. 6. *Primicerius autem & secundicerius componunt vestimenta ejus* (pontificis) *ut bene sedeat*. De his aliisque Romanæ ecclesiæ officiis mentio ibi frequens. Eaque Panvinius præ ceteris explicat, in eo scilicet opusculo, cui titulus: *Interpretatio vocum ecclesiasticarum, quæ obscuræ, vel barbaræ videntur*: quod quum ad calcem totius hujus libri loco appendicis rejicere cogitemus, in iis propterea officiis explicandis hic non adeo immorabimur.

6. PRIMUS DEFENSOR) Qui & *primicerius defensorum*, ut in eodem Ord. Rom. passim. *Primus* dicitur, quia post illum & alii defensores erant, advocati nempe seu judices, singulis in VII. ecclesiasticis urbis regionibus distributi, qui propterea VII. quemadmodum diaconi & notarii: atque inde defensores Regionarii appellati, ut infra in Hadriano I. num. XI. & alibi. Vide quæ adnotavimus supra in Felice III. num. II.

7. SACCELLARIUS) A sacculo seu sacello pecuniarum, quæ per ipsum officialibus, atque ut alias quotidie res postulabat, erogabantur: hinc & *saccularius* quandoque cognominatus occurrit, hodie *thesaurarius*. Vide in Theodoro papa num. II.

8. NOMENCLATOR) De quo superius in Agathone papa num. XVII. Cujus munus erat nomina illorum scribere, qui ad mensam pontificis invitandi erant. Ordo Rom. I. num. 19. *Nomenculator vero & saccellarius, & notarius vicedomini cum dixerint* Agnus Dei, *tunc ascendunt adstare ante faciem pontificis, ut annuat eis scribere nomina eorum, qui invitandi sunt, sive ad mensam pontificis per nomenculatorem, sive ad vicedomini per notarium ipsius: quorum nomina ut compleverint, descendunt ad invitandum*.

9. SCRINIARIUS) hoc est unus ex XII. archivi, sive tabularii Apostolici custodibus: a scrinio, in quo secretiores Romanæ ecclesiæ scriptiones servari solebant. De quo plura vide apud lexicographos sacros & eumdem Panvinium ibidem.

JUGU-

IV. [a] Venit igitur Neapolim & illic eum reperit Johannes [b] patricius & exarchus, cognomento [c] Rizocopus: qui veniens Romam, [d] [1] jugulavit Sajulum diaconum & [2] vicedominum, Petrum [3] arcarium, Sergium [4] abbatem presbyterum, & Sergium [5] ordinatorem. Pergens vero Ravennam, pro suis nefandissimis factis, judicio Dei illic [6] turpissima morte occubuit. Georgius vero presbyter Neapoli relictus est: & pontifex cum suis Siciliam perrexit, ubi Theodorus patricius & [e] [7] strategus

VARIANTES LECTIONES

IV. *a* Vat. II. & III. *Venit &c. & illic*, Vat. IV. *Veniente ergo eo*. *b* Vat. II. & III. *patricius exarchus*. *c* Vat. II. *Ricoxopus*, Vat. IV. *Rixocopos*, Hier. Rub. *Tyzocopus*. *d* Vat. II. *decollavit Sagiolum*, Vat. III. *decollavit Sajulum*. *e* Vat. II. *stra-*

NOTÆ

IV. 1. JUGULAVIT SAJULUM) & Hieron. Rubeus ubi supra lib. IV. pag. 215. *Justinianus sub id tempus in locum Theophylacti exarchi mortui Joannem Tyzocopum patricium misit, qui Ravennam veniens Siciliam primo appulit, mox Romam, ubi ad rapinas versus, quatuor præsules resistentes ac contradicentes interfecit: manibusque sacro sanguine cruentatis, Ravennam profectus, post paulo, dum hic etiam durissimo imperio urbem administraret, ab Ravennatibus in Cæsarem concitatis, trucidatur anno* DCCXII.

2. ET VICEDOMINUM) palatio nempe Apostolico præfectum, qui postea *majordomus* appellatus.

3. ARCARIUM) hodie *cassiere*: ab arca ita nuncupatus, qua ærarii Apostolici pecuniæ reservabantur.

4. ABBATEM PRESBYTERUM) Ita etiam in Stephano III. num. XVII. *Rotdigangus abbas*, qui postea num. XXIV. *sanctissimus episcopus* dicitur, & num. XLVII. *Fulradus venerabilis abbas & presbyter*: quarum vero ecclesiarum seu monasteriorum abbates & presbyteri, reticetur. Loca enim in urbe plurima erant, ut infra, majoribus basilicis, atque aliis etiam minoribus ecclesiis adhærentia, monasteria nuncupata, in quibus congregationes clericorum in communi viventium ad officia divina die noctuque persolvenda a summis pontificibus institutas, deinceps legimus. Ii autem *monachi*, & sacerdos unicus, qui eisdem præerat, & sacramenta ministrabat, *abbas*, ut notum est, & *presbyter* appellari solebat. Vide supra in Agathone num. IV.

5. ORDINATOREM) Officii hujus nomen mihi nusquam hactenus occurrit. Alteser. *magistrum ordinis missæ, vel didascalum ordinandorum* explicat. Num ipse episcopus Ostiensis Romani pontificis ordinator seu consecrator, qui pluries in Ord. Rom. *consecratoris* nomine tantum profertur?

6. TURPISSIMA MORTE OCCUBUIT) Trucidatus enim a Ravennatibus fuit, ut vidimus supra.

7. ET STRATEGUS) Vox Græca στρατηγός, latine *strategus*, dux seu militiæ præfectus. Hic idem supra *primicerius exercitus* appellatur: quod idem,

SIGIL-

tegus languore detentus occurrens pontifici, magnaque eum cum veneratione salutans atque suscipiens, medelam adeptus est celerem. Atque inde pergens per Rhegium & Cotronam, transfretavit [f] Callipolim, ubi mortuus est Nicetas episcopus.

V. Dum vero [a] Hydrunti moras faceret, eo quod [b] hiems erat, illic suscepit [1] sigillum imperiale [c] [2] per Theophanium regionarium, continens ita; [d] *ut ubicunque denominatus* [e] [3] *conjungeret pontifex, omnes judices ita eum honorifice susciperent, quasi ipsum præsentialiter imperatorem viderent*. Unde egressi partes Græciæ, conjungentes in insula, [4] quæ dicitur Cea, occurrit Theophilus patricius, & [f] strategus [g] [5] carabisianorum, & cum summo honore eum suscepit: & amplectens, ut jussio continebat, iter absolvit peragere cœptum. A quo loco na-

VARIANTES LECTIONES

straticos, reliqui græce efferunt *stratigos*. *f* Vat. IV. *Gallipolim*.

V. *a* Vat. I. & III. *Ydronto*, Vat. IV. *Ydrontho*. *b* Idem *hyemps*. *c* Vat. II. *Theophanum*. *d* Vat. I. *ut ubi ubi*, Vat. II. ut in contextu. Vat. III. & Urbin. *ut ibi ubi*, Vat. IV. *ut ubicunque*. *e* Vat. III. *conjunxerit*, Var. IV. *conveniret*. *f* Vat. II. *straticus*, Vat. III. *straticos*, ut supra Vat. II. *g* Sic Vat. II. reliqui, *cara-*

NOTÆ

V. 1. SIGILLUM IMPERIALE) Præceptum, seu epistolam sigillo imperiali munitam: quæ alias, ut vidimus, *sacra, jussio imperialis, sacra epistola*, & in Hormisda num. V. *auctoritas* appellatur.

2. PER THEOPHANIUM REGIONARIUM) Unum, ut puto, ex VII. notariis regionariis, qui cum responsis ad epistolam imperatoris a pontifice missus Constantinopolim fuerat.

3. CONJUNGERET) Verbum sensu latinobarbarum, quod deinceps in hoc opere admodum frequens pro ad locum aliquem appropinquare, seu proxime accedere usurpatum; ab eo fortasse mutuo acceptum ac derivatum, quod qui alicui sanguine propinquus & proximus est, ei conjunctus dicitur.

4. QUÆ DICITUR CEA) Sic Plin. lib. II. cap. XCII. & lib. XXXI. cap. II. Ptolem. Κία *Cia*, hodie *Zea*, Ægæi maris insula. Strab. & Plin. idem lib. IV. cap. XII. Κίος *Ceos*. Anon. Ravenn. lib. V. cap. XXI. *Coos*, librarii fortasse vitio pro *Ceos*.

5. CARABISIANORUM) *Scarabisianorum* puto legendum. Nomen a *scara* derivatum, quod, ut Alteser. ex Aymone & Hincmaro Remensi, idem denotat, ac *turma equestris militum*. Hinc apud nos italice *scaramucce* leviora illa militum certamina, & *carabine* pro *scarabine* equites cognominantur, ejusmodi armo-

navigantes venerunt [6] a VII. miliario Constantinopolim, ubi egressus est Tiberius imperator, filius Justiniani Augusti, cum patriciis [h] [7] & omni syncleto, & [8] Cyrus patriarcha cum clero & populi multitudine, omnes lætantes & diem festum agentes pontificem susceperunt. Pontifex autem, & ejus clerus, & primates cum [i] equis [9] & sellaribus imperialibus, sellas & frænos inauratos, [10] simul & mappulas habentes, ingressi sunt civitatem. Apo-

VARIANTES LECTIONES

caravisianorum. b Farnes. *& omni synclito*, Vat. I. *& omnibus inclytis*. i Vat. II. ut in contextu, Vat. III. *cum sellares imperiales, sellas, & frænos* &c. Vat. I.

NOTÆ

armorum genere instructi, quod itidem *carabine* appellamus.

6. A VII. MILIARIO CONSTANTINOPOLIM) Ita legimus cum Holstenio. Sensus enim esse videtur, pontificem, cum ab insula Cea ad locum miliaribus septem Constantinopoli dissitum navigio pervenisset, ibi a Tiberio Justiniani imperatoris filio, qui in occursum ejus iverat, susceptum fuisse.

7. ET OMNI SYNCLITO) Vox itidem Græca σύγκλητος *syncletus*, hoc est senatus & viri senatoria dignitate insignes.

8. CYRUS PATRIARCHA) quem Justinianus imperator in locum Gallicini (Beda de VI. Ætat. ad A. C. 714. *Callinici*) a sua sede expulsi & obcæcati subrogaverat. Paul. Diac. lib. IV. cap. XXXI. *Gallicinum*, inquit, *patriarcham Constantinopolitanum erutis oculis Romam misit, Cyrumque abbatem, qui eum* (Justinianum) *in Ponto exulem aluerat, episcopum in loco Gallicini constituit*. Postea vero a Philippico depositus in exsilium mittitur. Theoph. in Chron. *Cyro patriarchæ sede ab eo* (Philippico) *dejecto, Joannem quemdam improbitatis & pravæ opinionis consortem in ejus locum promovit*. Et Beda ibidem ad A. C. 716. *Hic ejecit Cyrum de pontificatu, eumque ad gubernandum abbatis jure monasterium suum Pontum redire præcepit*.

9. ET SELLARIBUS IMPERIALIBUS) Sellare, sericum tegumentum declaratur, quod ornatus caussa sellæ & equo imponitur: atque interdum pro sella ipsa & equo sumi videtur, indumento ejusmodi ornato. Infra in Stephano III. num. XXVI. *Audiens vero rex Pipinus* &c. *ad fere trium millium spatium descendens de equo suo, cum magna humilitate terræ prostratus una cum sua conjuge, filiis, & optimatibus suis, eumdem sanctissimum papam suscepit, cui & vicestratoris usque in aliquantum loci juxta ejus* sellarem *properavit*. Ordo Rom. I. num. 4. *Advocatores autem ecclesiæ stant quidem cum majoribus, non autem præcedunt cum eis, sed ipsi tantummodo sequuntur* sellarem *pontificis cum acolytho, qui aquam portat*. Ordo Rom. II. num. 2. *Sustentatus* (pontifex) *a diaconibus, qui eum susceperint de* sellari *descendentem*. Quandoque *sellarium* dicitur, ut in Ord. Rom. III. num. 5.

10. SIMUL ET MAPPULAS) Alba linteola & sellis ipsis imposita: quibus uti clero tantum ecclesiæ Romanæ, dum equitarent, permittebatur, ut ex Regist. D. Gregor. epist. LIV. lib. II. quæ etiam in Decreto Gratiani habetur distinct. 93. cap. 22.

Apostolicus vero pontifex [k] [11] cum camelauco, ut solitus est Romæ procedere, a palatio egressus [12] in Placidias usque, [l] ubi hospitaturus erat, properavit.

VI. Domnus autem Justinianus imperator audiens ejus adventum, magno repletus gaudio, a Nicæa Bithyniæ misit sacram, gratiarum actione plenam, & ut debuisset pontifex & ejus primates occurrere [1] Nicomediam, & ipse veniret a Nicæa: quod & factum est. In die autem, qua se vicissim viderunt, Augustus Christianissimus [a] [2] cum regno in capite [3] sese in terram prostravit, & pedes osculatus est pontificis. Deinde [b] in amplexum mutuum corruerunt: & facta est lætitia magna in populo, omnibus aspicientibus tantam humilitatem boni principis. Die vero dominico missas imperatori fecit, [c] & communicati sunt principes ejus manibus: quem pro

VARIANTES LECTIONES

k Vat.I. tantum *cum caumelaugo*. *l* Vat.II. *ubi placuit ei, properavit*, Vat.IV. ut in contextu, reliqui, *ubi placitus erat*, ut in editis.

VI. *a* Vat.II. *cum corona*. *b* Farnes. *in amplexum mutuo*, Urbin. *in amplexus mutuo*, plerique, *in amplexu mutuo*. *c* Ita Vat. II. ceteri vero: *& communicans princeps ab ejus manibus, proque suis delictis ut deprecaretur domnum Pontificem postu-*

NOTÆ

cap. 22. ubi scilicet illorum usum clero Ravennati interdicitur, solisque ejusdem ecclesiæ primis diaconis conceditur. Ordo Rom. XI. num. 45. *Præparatis equis cum albis mappulis super sellas coronatur (pontifex) & equitat*, &c.

11. CUM CAMELAUCO) Græce *καμελαύκιον camelaucium*, vulgo *camauro*. Altefer. ex Suid. a voce græca *καῦμα*, latine *calor*; quod calorem arceat, denominatum esse putat. Vide quæ ad hanc vocem Macer in suo Hierolex.

12. IN PLACIDIAS USQUE) In ædes nimirum Placidiæ Augustæ Romanis pontificibus, eorumque missis seu legatis potissimum addictas. De iis superius in Martino num. II. & in Agathone num. IV.

VI. 1. NICOMEDIAM) quæ ut ex Itiner. Anton. millia pass. LXV. a Constantinopoli distat, a Nicæa vero XLIV.

2. CUM REGNO IN CAPITE) regali nempe diademate seu corona. De quo in Hormisda num. X. & in Theodoro num. I.

3. SESE IN TERRAM PROSTRAVIT &c.) Quo apparatu & honorificentia, atque animi demissione ab aliis etiam imperatoribus & regibus Romani pontifices, atque adeo illorum missi seu legati suscepti fuerint, vide supra in Hormisda num. V. in Joanne I. num. III. in Agapito num. II. & in Agathone num. V. Nec non infra in Stephano II. & III. num. XXVI. & alibi.

IN-

pro ſuis quoque delictis deprecati ſunt. Tunc imperator, pontifice poſtulante, omnia privilegia eccleſiæ [d] renovavit, atque ſanctiſſimum papam ad propria reverti [e] abſolvit.

VII. Egreſſus ergo pontifex a Nicomedia civitate, crebris [a] valetudinibus adtritus eſt. Tandem, ſoſpitatem Domino tribuente, incolumis ad portum [b] Cajetæ pervenit, ubi ſacerdotes, & maximam populi Romani reperit multitudinem: ac viceſima quarta die menſis [c] Octobris [1] Indictione x. Romam ingreſſus eſt, [d] omni populo exultante & lætante. [2] Fecit vero ordinationes in eundo & redeundo, per diverſa loca, [e] epiſcoporum XII.

VIII. [1] Poſt menſes autem tres lugubre nuncium perſonuit; quod Juſtinianus Chriſtianiſſimus & orthodoxus imperator trucidatus eſt: [2] Philippicus vero hæreti-

VARIANTES LECTIONES

poſtulant, omnia &c. *d* Vat. VIII. *renovabit* pro *renovavit*. *e abſolvit*) Hæc inde ſubdit Vat. IV. ex Paulo Diac. lib. VI. cap. XXXI. de Geſt. Langobard. *Qui cum exercitum in Pontum mitteret ad capiendum Philippicum, quem ibi relegaverat, multum eum idem venerabilis papa prohibuit, ne hoc facere deberet: ſed tamen inhibere non potuit.*

VII. *a* Vat. IV. *invaletudinibus*: quod idem. *b* Vat. I. & Farneſ. *Kazetæ*, Vat. IV. *Gajetæ*. *c* Vat. I. *Octubris*, Farneſ. *Octobrii* X. *Indictionis*. *d* Ita Vat. III. alii, *omniſque populus exultavit & lætatus eſt*. *e* Vat. II. legit XLI. pro XII. priori numero I pro L a librariis accepto.

Vat. IV.

NOTÆ

VII. 1. INDICTIONE X.) quæ menſe Septembri inceperat A.C. 711.

2. FECIT VERO ORDINATIONES) A Vigilio etiam dum Conſtantinopolim pergeret, ordinationem presbyterorum & diaconorum Cataniæ factam legimus ſupra in ejus vita num. V.

VIII. 1. POST MENSES AUTEM TRES) A die nimirum ſupradicta XXIV. Octobris A.C. 711. qua Conſtantinus papa ad urbem redierat. Quare menſe Januario exeunte A.C. 712. mors Juſtiniani imperatoris, menſe Decembri interfecti, Romæ innotuit.

2. PHILIPPICUS VERO HÆRETICUS) Monothelita: qui & *Bardanis*, natione Pergameus, filius Nicephori. Exercitus enim quem Juſtinianus imperator contra eumdem Philippicum in Pontum miſerat, *ad partem illius*, ait Paul. Diac. lib. VI. cap. XXXII. *ſe contulit, eumque imperatorem fecit. Qui Conſtantinopolim contra Juſtinianum veniens, cum eo ab urbe miliario duodecimo (in loco*, ut ait Agatho Diac. in Peroratione Sextæ ſynodi apud Combefiſ. *dicto Damatico provinciæ Bithyniæ) pugnavit, vicit & occidit, regnumque ejus adeptus eſt.*

reticus in imperialem promotus est arcem. [3] Cujus & sacram cum pravi dogmatis exaratione non post multum suscepit Constantinus: sed cum Apostolicæ sedis [a] consilio respuit. Hujus rei causa zelo fidei accensus domnus papa & omnis cœtus Romanæ urbis, [b] [4] imaginem, quam Græci [c] *votaream* vocant, sex continentem sanctas ac universales synodos, [d] in porticu ecclesiæ sancti Petri cum picturis erexit. Nam & hujusmodi picturas, quum haberentur in regia urbe, Philippicus jusserat auferri.

IX. Eodem tempore [1] Felix archiepiscopus Ravennas ab exilio reductus, pœnitentia [a] motus, licet oculorum lumine privatus esset, tamen [b] ad proprium rediit thronum. Et solita, quæ ab universis episcopis in scrinio fiunt, [2] indicula [c] expositionis fidei hic confessus est: sicque reconciliationis promeruit absolutionem. Eo quoque tempore [3] duo reges Saxonum ad orationem Apo-

VARIANTES LECTIONES

VIII. *a* Vat. IV. & Farnes. ut in contextu, alii, *concilio*. *b* Vat. II. & III. & Farnes. *imago* &c. *erecta est*. *c* Sic Vat. II. & III. reliqui, *votaream*. *d* Vat. IV. ita legit, ceteri, *in ecclesia sancti Petri erexerunt*.

IX. *a* Vat. III. *permotus*. *b* Vat. I. & VIII. *ad propriam rediit sedem*. *c* Vat. III. & VI. Urbin. & Farnes. *& fidei expositiones*, Vat. I. & II. *& fidei expositionem*, Vat. IV.

NOTÆ

3. CUJUS ET SACRAM &c.) Hæc eadem apud laudatum Paul. Diac. habentur cap. XXXIV.

4. IMAGINEM &c.) quæ postea a Theodosio imperatore Constantinopoli restituta fuit, ut infra in Gregorio II. num. V.

IX. 1. FELIX ARCHIEPISCOPUS RAVENNAS) Hieron. Rub. lib. IV. *Proximo anno*, inquit, *qui fuit* DCCXV. *Felix archiepiscopus, relicta hæresi, ut Platina testis est, & debito pontifici obsequio reddito, legitimaque fidei, ac solemni professione, patriæ ac sedi restituitur*. Qui de illius sanctitate, post ejus nimirum conversionem, plura ibi refert.

2. INDICULA EXPOSITIONIS FIDEI) Quorum formulas exhibet Lib. Diurn. cap. III. tit. VIII. Hinc infra in Nicolao I. num. XXII. *Cautiones & indiculos, qui soliti sunt ab archiepiscopis Ravennatibus in scrinio fieri, in initio consecrationis suæ more Felicis decessoris sui falsavit*.

3. DUO REGES SAXONUM) Coinredus Merciorum, & Offa Orientalium Saxonum reges, de quibus Beda Histor. Angl. lib. V. cap. XIX. Quam frequens fuerit iis temporibus Anglorum peregrinatio ad limina apostolorum ex eodem patet ibid. cap. VII. *Quod his temporibus*, inquit, *plures de gente An-*

Apoſtolorum cum aliis plurimis venientes ſub velocitate vitam ſuam, ut optabant, finierunt. Venit quoque his diebus & [4] Benedictus archiepiſcopus Mediolanenſis orationis voto, [d] & ſuo ſe pontifici præſentavit. Altercatus eſt vero pro eccleſia Ticinenſi: ſed [e] convictus eſt; eo quod a priſcis temporibus ſedi Apoſtolicæ ejuſdem Ticinenſis eccleſiæ antiſtes ad conſecrandum pertinebat, atque pertinet.

X. Hiſdem temporibus quum ſtatuiſſet memoratus papa & populus Romanus, [a] nequaquam hæretici imperatoris Philippici nomen, aut chartas, vel [1] figuram ſolidi [b] ſuſcipere debere: unde nec ejus effigies in eccleſiam introducta eſt, nec nomen ejus ad miſſarum [c] ſolemnia [d] proferebatur; contigit, ut Petrus quidam pro ducatu Ro-

VARIANTES LECTIONES

Vat. IV. ut in contextu. *d* in Alex. II. ita legitur, Vat. II. *& ut ſuo ſe pontifici præſentaret*. *e* Vat. I. *victus*.

X. *a* Vat. IV. *ut nequaquam &c. ſuſciperent, nec ejus effigies in eccleſiam introduceretur, nec nomen ejus &c. proferretur, contigit &c.* *b* Vat. II. & Farneſ. ita, alii *ſuſcipere* tantum. *c* Vat. I. *ſollempnia*. *d* Sic MSS. omnes præter Vat. IV. editi tan-

NOTÆ

Anglorum nobiles, ignobiles, laici, clerici, viri ac feminæ certatim facere conſueverunt, & hæe eadem habet in libro de VI. Ætat. Mundi ad A. C. 720. Atque adeo ſæculo etiam nono, anno nempe 855. ab Ethelwolpho Anglorum itidem Saxonum rege hanc peregrinationem ſuſceptam fuiſſe, auctor vitæ Benedicti III. infra teſtatur num. XXXIV. *Hujus temporibus*, ait, *rex Saxonum nomine, cauſa orationis veniens, relictis omnibus ſuis rebus, regnum proprium ſuum dimiſit, Romam properans ad limina apoſtolorum Petri & Pauli cum multitudine populi, & obtulit dona beato Petro apoſtolo, coronam ex auro puriſſimo penſantem libras IV.*

4. BENEDICTUS ARCHIEPISCOPUS MEDIOLANENSIS) Cujus memoria in Martyrol. ſub die XI. Martii. Paul. Diac. lib. VI. cap. XXIX. de Geſt. Langob. hæe eadem habens, inde ſubdit: *Fuit autem iſdem venerabilis Benedictus archiepiſcopus vir egregiæ ſanctitatis, de quo per univerſam Italiam bonæ opinionis fama flagravit.*

X. 1. FIGURAM SOLIDI SUSCIPERE) Monetam ſcilicet ipſius imperatoris nomine ſignatam. Quod omnium certiſſima nota erat, eos non amplius illum in dominum ſuum agnoſcere. Walafrid. Strabo de Reb. Eccleſ. cap. VIII. *Non enim, inquit, levem injuriam ſæculi potentes ſibi putabant illatam, ſi imaginem ſuam vel nomen in quolibet numiſmate a ſubjectis deſpici cognoverint & calcari.*

QUI

Romanæ urbis Ravennam [e] dirigeretur, & præceptum pro hujusmodi causa acciperet. Dumque [f] in notitiam venisset, quod ad nomen hæretici imperatoris sua promotione isdem Petrus fuisset potitus, zelo fidei accensa magna pars populi Romani, statuerunt, nullo modo hunc ducem suscipere. [g] Et dum Christophorus, [2] qui erat dux, ob hanc causam [3] cum Agathone & suis hominibus concertaret, bellum civile exortum est; ita ut [h] in via sacra ante [i4] palatium se se committerent, & ex utrisque partibus [k] amplius quam triginta plagarentur, atque interimerentur: donec pontifex mitteret sacerdotes cum evangeliis [l] & cruce Domini, sicque partes [m] sedarentur. Nam pars Petri [n] in angustia sita erat, & nulla ei erat spes vivendi. Verumtamen ad pontificis jussum pars alia, quæ [o] Christophori vocabatur, recessit: [p] sicque defensorum hæretici Petri pars non prævaluit, sed attrita recessit.

XI. [a] Non post multos hos dies scripta venerunt a Siciliensi insula, quæ [b] nunciaverunt, [c1] quod, Philippico hæ-

VARIANTES LECTIONES

tantum, *proferebant*. *e* In Vat. I. duntaxat, *dirigeret præceptum, &*, ut in vulgatis. *f* Vat. III. *hoc notitum fuit*, Vat. VIII. & Farnes. *innotitum fuissed*, Vat. I. *innotuisset*, Vat. II. & IV. ut in contextu. *g* Vat. I. *Et factum est, dum*. *h* Vat. VIII. *in Via Sacrata*. *i* Vat. IV. *Palladium*. *k* Vat. I. *amplius quam* XXV. *plagarentur atque interirent*, Vat. III. *amplius quam* XXX. *flagellarentur, atque interirentur*, Urbin. *atque intermerentur*. *l* Vat. I. tantum cum editis, *& crucibus*. *m* Vat. II. *sedarent*, Vat. III. *sicque sedarentur*. *n* Vat. I. *in angustia sita, nulla illi erat*, Vat. III. *in angustia, ita ut nulla illi esset*, Vat. II. *ita angustiata, ut nulla illi esset*, Urbin. *illis esset*. *o* Vat. IV. ut in contextu, reliqui *quæ Christiana*, Vat. I. cum editis *quæ & Christiana*. *p* Sic Vat. IV. alii, *sicque defensores*, Vat. I. *defensoris haretici pars valuit Petri, ac si*, Vat. II. & III. *vel si adtrita rediret*.

XI. *a* Ita Vat. III. *b* Vat. I. & III. *nuntiaverunt*. *c* Vat. IV. *quod Philippicus*

NOTÆ

2. QUI ERAT DUX) cui nempe ab Justiniano imperatore Romani ducatus administratio data fuerat.

3. CUM AGATHONE) qui partes Petri tuebatur.

4. ANTE PALATIUM) cujus adhuc immania in hortis Farnesianis vestigia supersunt.

XI. 1. QUOD PHILIPPICO HÆRETICO &c.) Paul. Diac. ibid. lib. VI. cap.

hæretico a principali vertice depulſo, Anaſtaſius Auguſtus orthodoxus ſceptra regalia gubernanda [d] ſuſcepiſſet. Tunc orthodoxis exultatio magna, tenebrarum autem dies cunctis hæreticis ſuperfuſa eſt. Poſt aliquod vero temporis Scholaſticus cubicularius, patricius, & exarchus Italiæ veniens Romam, [2] detulit ſecum ſacram Anaſtaſii principis, per quam vere ſe orthodoxæ fidei prædicatorem, & ſancti Sexti concilii confeſſorem eſſe omnibus declaravit: quam & pontifici obtulit, & ita Ravennam perrexit. Dum autem hæc agerentur, [e] obtinuit Petrus ſupradictus ducatum, promittens, [f] quod nequaquam ultra Romanis adverſari niteretur.

XII. [a] Hic papa fecit patenam auream, penſantem [b] libras XX. [1] Fecit autem ordinationem unam; presbyteros X. diaconos II. epiſcopos per diverſa loca XLIIII. Qui etiam ſepultus eſt ad beatum Petrum apoſtolum [c 2] V. Id. Aprilis, Indictione XIII. Anaſtaſio Auguſto: [3] & ceſſavit epiſcopatus [d] dies XL.

S. GRE-

VARIANTES LECTIONES

cus &c. *depulſus eſſet, & Anaſtaſius* &c. *ſuſcepiſſet*. *d* Vat. II. *ſuſceperit*, Vat. III. *ſuſcepit*. *e* Vat. III. *optinuit*. *f* Sic Vat. IV.

XII. *a* Hoc loco Vat. IV. iſta recenſet, quæ minus proprie ſuperius num. IX. in aliis MSS. habentur. *b* In iiſdem MSS. ibi *lib.* XII. *c* Ita Vat. IV. *ſub die* XI. *menſis Februarii, Indict.* XIIII. *d* Vat. VI. *dies* X. Alex. II. hæc inde ſubdit: *Hucuſque* CXXVIIII. *anni ſunt, quo Langobardi venerunt, &* VII. *menſes*.

Vat. I.

NOTÆ

cap. XXXIV. *Hic cum annum unum & ſex menſes regnum geſſiſſet, contra eum Anaſtaſius, qui & Artemius dictus eſt, inſurgens, eum regno expulit, oculiſque privavit, nec tamen occidit*.

2. DETULIT SECUM SACRAM ANASTASII PRINCIPIS) quæ ab imperatoribus, ſtatim ac thronum imperiale aſcendiſſent, ad Romanum pontificem mitti ſolebat, de ſui ad imperium aſſumptione nuncium, & fidei profeſſionem continens.

XII. 1. FECIT AUTEM ORDINATIONEM UNAM) puta in urbe, presbyterorum, & diaconorum, epiſcoporumque: horum enim aliquot Conſtantinopolim pergens, illincque rediens ordinaverat, ut vidimus ſupra num. VII.

2. V. ID. APRILIS &c.) hoc eſt, die nona Aprilis A. C. 715.) quo Indictio XIII. decurrebat) ſepultus, ac ſuperiori die octava mortuus.

3. ET CESSAVIT EPISCOPATUS DIES XL.) ab eadem nempe die VIII. menſis Aprilis uſque ad decimam nonam diem menſis Maii.

SE-

LXXXIX.

S. GREGORIUS II.

A. C. 715. Anastasii imp. 2.

I. GREGORIUS [a], natione Romanus, ex patre Marcello, sedit [b] [1] annos XV. menses VIII. dies XXIIII. Fuit autem [2] temporibus Anastasii, Theodosii, Leonis, atque Constantini Augustorum. Qui a parva ætate [3] in patriarchio nutritus, sub sanctæ memoriæ domno Sergio papa [4] subdiaconus atque sacellarius factus, [c] [5] bibliothecæ curam suscepit. Deinde ad diaconatus ordinem provectus est, & cum viro sancto Constantino

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Var.I. tantum addit II. hoc est *Secundus*. *b* Idem *ann.* XVI. *mens.* VIII. *dies* XX. Var.II. & VII. *ann.* XVI. *mens.* VIIII. *dies* XI. atque in hæc verba codex Vat.II. desinit, Vat.VII. ista subdit: *Hic quadragesimali tempore ut in quinta feria jejunium atque missarum celebrationes fierent in ecclesia, quod non agebatur, instituit*, Vat.III. IV. VIII. & Urbin. *ann.* XV. *mens.* VIII. *dies* XXII. Farnes. ut in contextu. *c* Ita in Collect. Concil. legitur: in MSS. vero, *bibliotheca illi est cura com-*

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANN. XV. &c.) hoc est a die XIX. mensis Maii A. C. 715. usque ad diem X. Februarii A. C. 731. die XI. insequenti sepultus, ut infra.

2. TEMPORIBUS ANASTASII &c.) Ab anno scilicet ejus imperii secundo, die quarta Junii An.Chr. 714. inchoato, usque ad undecimum Constantini Copronymi, qui anno superiori 730. die XXX. Martii inceperat.

3. IN PATRIARCHIO NUTRITUS) Palatii nempe Apostolici expensis, cui, in ministerio præsertim bibliothecæ, inservierat, educatus & enutritus. Sic infra de Leone III. in ejus vita num. 1. *Qui a parva ætate in vestiario patriarchii* enutritus & educatus. Ita quoque, ubi de aliquibus summis pontificibus, qui canonici S. Petri illius basilicæ redituum participes fuere, nutritor illorum S. Petrus dicitur. In Benedicto III. num. XXVI. & XXIX. *Et in ecclesia beati Petri principis apostolorum* nutritori suo &c. In Nicolao I. num. XIII. & LXXXI. *superno fervore plenus obtulit in basilica beati Petri apostoli* nutritoris sui *gabatam* &c. & in Stephano VI. num. IX. *ob amorem beati Petri* nutritoris sui *posuit cantharum aureum* &c.

4. SUBDIACONUS &c.) Ex iis unus, qui Palatini dicebantur, eo *quod pontifici*, ut ait Onuphrius, *certis officiis assisterent & inservirent, ut in camera, in mensa, & in processione crucem ante ipsum deferrent*.

5. BIBLIOTHECÆ CURAM SUSCEPIT) Platina in ejus vita, *sub Sergio*, ait, *pontifice sacris initiatus, sacellis, & bibliothecæ præfuit; tanta fidei & integritatis est habitus*.

DE

tino pontifice ad regiam profectus est urbem,[d] atque a Justiniano principe inquisitus [6] de quibusdam capitulis, optima responsione unamquamque solvit quæstionem. Erat autem vir castus,[e] divinis scripturis eruditus, facundus loquela, & constans animo, ecclesiasticarum rerum defensor, &[f] contrariorum fortissimus impugnator.

II. Hic exordio pontificatus sui calcarias [a] decoqui jussit: & a porta sancti Laurentii inchoans,[1] hujus civitatis muros restaurare decreverat; & aliquam partem faciens, emergentibus incongruis [2] variisque tumultibus, præpeditus est. Hujus temporibus [3] Johannes Constantinopolitanus antistes [4] synodicam [b] misit: atque ad eum rescriptis idem usus est pontifex. Hic maximam partem [5] basilicæ sancti [c] Petri apostoli, quæ ceciderat,[d] allatis de Ca-

VARIANTES LECTIONES

commissa. *d* *atque a Justiniano* &c. *solvit quæstionem*, Vat. III. & IV. Urbin. & Alex. II. hæc non agnoscunt. *e* Sic Vat. IV. Alii, *divinæ scripturæ*. *f* MSS. *contrariis*, Concil. ut in contextu.

II. *a* Vat. I. *decoquere*. *b* Vat. IV. *ei misit*: reliqui ut in contextu. *c* Ita in Collect. Concil. In MSS. *Pauli*. *d* *allatis* &c. Vat. III. IV. & VIII. ista non legunt. Vat. I.

NOTÆ

6. DE QUIBUSDAM CAPITULIS) Trullanæ Synodi canones spectantibus, de quibus notissima erat inter Orientales & Occidentales tunc temporis quæstio.

II. 1. HUJUS CIVITATIS MUROS RESTAURARE &c.) Quod & Sisinnius statim ac pontifex fuit renunciatus, facere cogitaverat, ut supra in ejus vita. Sed quod nec idem Sisinnius, nec Gregorius iste II. exequi potuere, Gregorius III. ejus successor adimplevit, ut infra in ejus vita num. XV.

2. VARIISQUE TUMULTIBUS) a Langobardis excitatis castrorum aliquot Romani ducatus invasionibus, ut mox videbitur.

3. JOHANNES &c.) quem, Cyro patriarcha deposito, in ejus locum Philippicus imperator subrogaverat.

4. SYNODICAM MISIT) quam Card. Baron. ad A. C. 714. num. 1. tanquam ab hæretico Monothelita scriptam, a Gregorio papa rejectam fuisse putavit; quoniam synodalem ejusdem epistolam ad Constantinum papam post mortem Philippici missam, & a Combefisio vulgatam vir summus non viderat; ea namque se aliosque plurimos in sua œconomia socios excusat, & catholicam fidem profitetur.

5. BASILICÆ BEATI PETRI) MSS. omnes *Pauli* legunt. Maluimus tamen hic cum Platina lectionem sequi, quæ in Collect. Concilior. habetur. Siquidem basilica sancti Pauli jam paucos annos ante a Sergio papa fuerat renovata, trabibus itidem de Calabria adductis, ut in ejus vita num. XII.

PER

Calabria trabibus cooperuit, & altare [e] a novo refecit, & [f] ciborium argenteum, pariter quod fuerat ruina quassatum, restituit. Ecclesia quoque sancti Laurentii foris muros sitam, quæ, [g] trabibus confractis, ruinæ jam erat vicina, reparavit: atque aquam, fistulis [h] compaginatis, post multum temporis in eamdem ecclesiam reduxit. Diversas quoque basilicas in ruinis positas innovavit: quas per ordinem dicere longum est.

III. Hic in Germania [1] per Bonifacium episcopum verbum salutis prædicavit, & gentem illam sedentem in tenebris doctrina hujus ad Christum convertit, [a] & maximam partem gentis ejusdem sancti baptismatis unda [b] lavit. [c] Hic etiam venerabilis papa monasteria, quæ secus basilicam beati Pauli apostoli erant ad solitudinem [d] deducta, innovavit: atque ordinatis [2] servis Dei monachis, congregationem post longum tempus constituens, ut tribus vicibus [e] per diem ac noctem laudes Deo dicerent,

VARIANTES LECTIONES

e Vat. I. & Urbin. *a novo fecit*. *f* MSS. *cyburium*. *g* Vat. III. *travibus*. *h* Idem Vat. III. & Farnes. *compagetis*.

III. *a & maximam partem* &c. Hæc ex Vat. III. IV. & Alex. II. accesserunt. *b* Vat. IV. *lavavit*. *c* Vat. III. *Ipseque sanctissimus papa*. *d* Idem *reducta*. *e* Vat. III. *per diem & noctu matutinos hymnos dicerent*, Vat. I. *ut ibidem die noctuque Deo red-*

NOTÆ

III. 1. PER BONIFACIUM EPISCOPUM) natione Anglo-Saxonem eo temporis monachum; nam nonnisi post annos fere quatuor episcopus a Gregorio papa Romæ ordinatus, nulli sedi affixus, legatusque sedis Apostolicæ efficitur. Is antea Winfridus patrio idiomate, postea Bonifacius *ex virtute*, ut ait Adamus Bremensis, cognominatus, quique, ut idem ait, *primus omnium, qui Australes Germaniæ partes idolorum cultui deditas ad cognitionem divinæ ac Christianæ religionis adduxit*. Missionis vero ipsius tempora habemus ex Wilibaldo in ejus vita, & ex literis Gregorii II. papæ, hoc est ex 118. inter epistolas ipsius Bonifacii, data Id. Maii, Leonis Isauri anno III. Indict. II. nempe A. C. 719.

2. SERVIS DEI MONACHIS &c.) hoc est, canonicis, qui quanvis presbyteri sæculares, monachi tamen passim cognominabantur, eo quod more claustralium in communi vivebant, atque inter cetera sine archipresbyteri seu prioris sui licentia septa canonicæ non exibant, & sine socio per urbem non ambulabant. Quod Jacobus Grimaldus susius probat in lib. mss. Canonicor. basilicæ Vaticanæ S. Petri Cardinalium cap. I. & III.

QUOD

rent, instituit [f] Gerontocomium, quod [g] post absidam sanctæ Dei genitricis [h] Ad præsepe situm est, monasteriumque juxta positum sancti Andreæ apostoli, [3] quod Barbaræ nuncupatur, ad nimiam deductum desertionem, in quo ne unus quidem habebatur monachus, restaurans, [i] & monachos faciens, ordinavit, [k] ut Tertiam, Sextam, Nonam, vel Matutinos in eadem ecclesia sanctæ Dei genitricis quotidianis agerent diebus. [l] Et manet nunc usque pia ejus ordinatio.

IV. Eo tempore [a] Liutprandus rex donationem patrimonii alpium [b] Cottiarum, [1] quam Aripertus rex fecerat, hicque repetierat, [c] admonitione tanti viri [d] vel in-

VARIANTES LECTIONES

redderent laudes. *f* Vat.I. & III. *gerocomium*. *g* Vat.III. & IV. *juxta ecclesiam*, Vat.I. ut in contextu. *h* Vat.III. *Ad præsepium*. *i* Vat.I. & Urbin. *adscitis monachis*. *k* Vat.I. *ut utraque monasteria ad sanctam Dei genitricem singulis diebus atque noctibus Deo laudes canerent*, Vat. IV. *ut per diem & noctem laudes Deo in ecclesia eadem sanctæ Dei genitricis quotidianis agerent diebus*, Vat.III. *cotidianis agerentur diebus*, reliqui ut in contextu. *l* *& manet nunc* &c. Ex Vat. III. & IV. ista adjecimus.

IV. *a* Vat. I. *Liudprandus*, Vat. IV. *Luziprandus*. *b* Vat.I. *Cotziarum*, Vat. III. *Cotiarum*. Vat. IV. *Gottiarum*, Farnes. *Gutziarum*. *c* Vat. III. *ammonitione*. *d* *vel increpatione*) Farnes. hæc non legit.

Vat.III.

N O T Æ

3. QUOD BARBARÆ NUNCUPATUR) sive in Barbara, tunc temporis canonicorum S. Mariæ Majoris domicilium. De eo Grimald. ibid. cap.II. ita: Ecclesia *S. Andreæ in Barbara conjuncta ecclesia S.Antonii apud S. Mariam Majorem*, in Aurisario *deinde appellata, hodie ad usus profanos redacta. Hæc ecclesia S. Andreæ in Barbara, Dianæ, ut fertur, quondam templum, habebat pulcherrimas incrustationes ex lapidibus serpentinis marmoreis & aliorum colorum, ad diversos flores & factorum argumenta elaboratas: hodie cernitur testudo & equus a leone discerptus, Cæsaris ingeniosum inventum, & aliqua ipsarum incrustationum fragmenta, quæ in dies Galli illi barbari, qui ecclesiæ ipsi S. Antonii deserviunt, crassa ignorantia destruunt, ut mixturæ glutinum, quo incrustationes tenentur, recipiant ad febres sanandas.*

IV. 1. QUAM ARIPERTUS REX FECERAT) Hæc eadem recitat Paul. Diac. lib. VI. cap. XXVIII. & illius temporis scriptor Beda de VI. Ætat. mundi ad A. C. 708. & 719. Quæ donatio, seu potius restitutio, quum ab Ariperto rege facta fuerit A. C. 707. ut ex Hermanno Contracto, non sub Joanne VI. contigit, ut habet vir summus Card. Baron. sed sub Joanne VII. ejus successore, ut supra vidimus in illius vita num. III. anno nimirum ejus potificatus quarto decurrente.

increpatione redditam, confirmavit. [2] Tunc etiam XIIII. Indictione signum in luna factum est, & visa est [e] cruentata usque ad mediam noctem. Eo quoque tempore [f] [3] Theudo dux gentis [g] Bajoariorum [h] cum aliis gentis suæ ad beati Petri apostoli limina, orationis voto, primus de gente eadem occurrit.

V. Hujus etiam temporibus Anastasius imperator classem navium, præparatam in partibus Alexandriæ, direxit contra a Deo [a] destruendos Agarenos: qui ad aliud versi consilium, antequam [b] pervenirent ad destinatum locum, ab itinere medio ad regiam regressi urbem, [1] Theodosium orthodoxum inquirentes, imperatorem elegerunt, atque coactum in solio imperii [c] collocaverunt. Anastasius itaque cum civibus, [d] vel cum eis, quos potuit de exercitu habere, munita civitate Nicæa, obvius exiit. Pergens itaque illuc cum classe Theodosius imperator, cum eo dimicavit: & fere [e] septem millia exercitus Anastasii sunt interempta. Cumque Anastasii pars superata esset, [2] verbum immunitatis ab eo [f] expetiit.

VARIANTES LECTIONES

e Vat. III. & Urbin. *cruenta*. *f* Vat. III. *Theodo*, Vat. VIII. *Theo*. *g* Vat. III. *Bavariorum*. *h* *cum aliis gentis suæ*) Desunt hæc in vulgatis, & in Vat. I. & Urbin.

V. *a* Vat. I. & III. *destructos*. *b* Ita Vat. IV. ceteri *pervenissent*. *c* Sic Vat. III. Alii, *confirmaverunt*. *d* *vel cum eis* &c. *expetiit*) Sic Vat. IV. *e* Vat. III. *sex milia*. *f* Idem *expe-*

N O T Æ

2. TUNC ETIAM XIIII. INDICTIONE) hoc est, A.C. 716. Eclipsis hæc lunaris, ut Calvisius in opere suo Chronologico ad eumdem annum observat, die XIII. Jan. feria secunda contigit. *Cœpta est*, inde subdit, *obscurari paucis minutis post horam quintam a meridie, duravitque usque ad horam fere nonam, sole in* XXII. *gradu Capricorni*.

3. THEUDO DUX GENTIS BAJOARIORUM) hujus nominis II. de quo Pagius in Crit. ad A. C. 702. num. VIII. & ad ann. 716. num. XV. & Paul. Diac. lib. VI. cap. XLIV. de Gest. Langobard. a quo, ut passim, verba hæc fere eadem habemus usque ad verba illa *aquæ se distenderent*, quæ num. VI. occurrunt.

V. 1. THEODOSIUM ORTHODOXUM INQUIRENTES) Obviam potius habentes, Theophane teste, ad A.C. secundum Alexandrinos 707. ex quo præ ceteris hujus rei series habetur.

2. VERBUM IMMUNITATIS AB EO EXPETIIT) Ut vitam sibi servaret. Theo-

tiit. Dato itaque ſibi ſacramento, Anaſtaſius clericus factus, atque presbyter eſt conſecratus. Protinus etiam ut ingreſſus eſt memoratus Theodoſius regiam urbem, [g] imaginem illam venerandam, in qua ſex ſanctæ Synodi erant depictæ, & quæ a Philippico nec dicendo fuerat depoſita, [h 3] in priſtinum erexit titulum atque locum; ita ut hujus fidei fervore [4] omnis ab eccleſia ceſſaret quæſtio.

VI. Eo autem tempore [a] fluvius Tiberis alveum ſuum egreſſus, ſeſe per campeſtria [b] dedit, intumeſcens inundatione aquarum multarum, & per portam, quæ [c] Flaminia dicitur, ingreſſus eſt. Tranſcendit interea aliquibus in locis muros, atque [d] uſque ad baſilicam ſancti Marci per plateas ſe extendit; ita ut in via Lata ad unam & ſemis ſtaturam aqua ejuſdem fluminis excreviſſet, atque a porta beati Petri apoſtoli uſque ad pontem [e] Molvium aquæ ſe diſtenderent, [f 1] & juxta remiſſam in ipſius fluminis alveum

VARIANTES LECTIONES

expediit, Vat. IV. *expetivit*. *g* Vat. III. *ymaginem*. *h* Vat. I. *in priſtino erexit loco*, Vat. III. *in priſtino erexit titulo atque loco*.

VI. *a* Vat. III. & Alex. II. ut in contextu: ceteri, *fluvius, qui appellatur Tyberis*. *b* Alex. II. *intumuit, & jam inundatione* &c. *c* Vat. I. & III. *Flamminea*. *d* Alex. II. *ultra*. *e* Idem, *Molbium*, Holſten. in Cod. Flor. *Molvum*. *f* Sic Vat. I. & IV. Alii, *& juxta remiſſam ipſius fluminis ſe dedit*.

Iidem

NOTÆ

Theophanes loco citato: *Artemius* (hoc eſt, Anaſtaſius) *iis conſpectis de rerum ſuarum ſalute deſperavit, & vitæ ſibi relinquendæ ſervandaque fide accepta, dedit manus, & monaſticum habitum induit. Theodoſius ſalvum eum eſſe jubens, Theſſalonicam in exilium egit*.

3. IN PRISTINUM EREXIT TITULUM &c.) Quod ab Anaſtaſio imperatore, non vero a Theodoſio imago illa teſtituta fuerit, oculatum teſtem habemus Agathonem diaconum in ſua Peroratione, cui potius fides præſtanda.

4. OMNIS AB ECCLESIA CESSARET QUÆSTIO) Et Agatho Diaconus ſupra laudatus, de Anaſtaſio verba faciens, *ſancta*, inquit, *eadem ac œcumenica ſexta ſynodus una cum aliis quinque ibidem iterum loci depicta eſt, univerſo Dei amante ſanctæ eccleſiæ cœtu, communi tripudio ac lætitia ſpiritalique in Chriſto exultatione, ovante pro ſanctiſſimarum eccleſiarum conceſſa tranquillitate & pace*.

VI. 1. ET JUXTA REMISSAM &c.) Card. Baron. legit: *& juxta remiſſa ipſius fluminis ſe dederint*: quæ mihi non obſcuta minus, niſi voce ejuſmodi *remiſſam* ipſius aquæ diminutio intelligi detur, & ſit ſenſus, aquam ſenſim decre-

veum ſe dedit. Domos itaque evertit, agros [g] deſertavit, evellens & eradicans arbuſta & ſegetes. [h] Nam nec ſerere ipſo potuit tempore pars maxima Romanorum. pro hoc imminebat tribulátio magna. Per dies etiam ſeptem aqua Romam tenebat pervaſam. A domno itaque papa litaniæ [i] crebro fiebant: cumque in oratione & litaniis [k] perſiſteret, poſt octavum jam diem miſertus eſt Deus; aquam [l] amovit, & fluvius ad proprium regreſſus eſt alveum [m] [2] per xv. Indictionem.

VII. [a] [1] Cumanum [b] etiam caſtrum ipſo tempore fuerat a Langobardis pacis dolo pervaſum. Quo audito Romani, [c] valde ſunt omnes contriſtati de caſtri perditione.

VARIANTES LECTIONES

g Iidem, *diſſipavit eradicans*. *h* *Nam nec ſerere* &c. *Romanorum*) Hæc Vat. I. quæ tamen MSS. cod. alii non agnoſcunt. *i* Vat. III. *fiebant crebro*. *k* Idem, *perſiſterent*. *l* Vat. idem, & Alex. II. *ammovit*, Flor. *ammonuit*. *m* *per* XV. *Indictionem*) Hæc Vat. I. exhibet.

VII. *a* Quæ vero num. iſto ſunt comprehenſa Alex. II. non legit. *b* Vat. III. *ediam* pro *etiam*. *c* Vat. I. *omnes ſunt redditi triſtes*, Vat. IV. & reliqui, ut in contextu.

NOTÆ

creſcere, ac minui, atque inde in proprium fluminis alveum ſe denuo remittere cœpiſſe. Quod mox per hæc verba clarius explicari videtur: *poſt octavam jam diem miſertus Deus aquam amovit, & fluvius ad proprium regreſſus eſt alveum*. Præter Paul. Diac. lib. VI. cap. XXXVI. & Beda iiſdem prope verbis inundationem hanc deſcribit lib. de VI. Ætat. Mundi ad A. C. 720. Aliæ vero huic non diſſimiles ejuſdem fluminis inundationes, per verba prope eadem deſcribuntur infra, una ſcilicet in Benedicto III. num. XXIII. atque una & altera in Nicolao I. ejus ſucceſſore num. XV.

2. PER XV. INDICTIONEM) Per autumnum ſcilicet A. C. 716. pontificatus ipſius Gregorii ſecundo.

VII. 1. CUMANUM ETIAM CASTRUM) Cumæ ſcilicet, oppidum Campaniæ, Chalcidenſium, ut ait Strabo, & Cumæorum opus vetuſtiſſimum: unde Statius lib. IV. Silv. carm. III. ℣. 98. ubi de illius Sibylla:

Profert Chalcidicas Sibylla laurus.

Agathia ita illud deſcribit lib. I. cap. VIII. de Bello Gothor. *Eſt autem*, inquit, *oppidum id in colle ſitum aditu difficili præruptoque, & in Tyrrheni maris proſpectum: & quoniam ſupra littus ſic imminet collis, ut ad inferiorem partem ingenti cum ſtrepitu diffracti fluctus illidant, & loco ſuperiore validis circumcingitur muris, turribus, & propugnaculis firmius elaboratis, idcirco eo in oppido perinde tutiſſimo per Totilam, Tejamque, qui inter Gothos priores regnarant, quæcunque vel precioſa vel admiranda his erant, recondebantur*. Hodie pauca marmorea illius veſtigia ſuperſunt. Paul. Diac. loco pluries citato, lib. nempe VI. cap. XL. *ſuperſtite*, inquit, *ſane adhuc beato*

ne. [d] [2] Adhortatus eſt etiam venerabilis pontifex, & commonuit Langobardos, ut ipſum redderent: [e] quod ſi non redderent, in iram ſe divinam incidere pro dolo, quem fecerant, ſuis ſcriptis [f] proteſtabatur. Munera eis etiam multa dare, ut illud ſibi reſtituerent, voluit: ſed illi turgida mente neque monita ejus audire, nec caſtrum reddere paſſi ſunt; unde nimis idem ſanctus indoluit pontifex, ſeſeque ſpei divinæ contulit, atque [g] in admonitionem ducis Neapolitani & populi vacans, ducatum eis qualiter [h] agerent, quotidie ſcribendo [i] præſentabat. Cujus mandato obedientes, conſilio inito, mœnia ipſius caſtri [k] [3] virtute ſub nocturno ſunt ingreſſi ſilentio, Johannes ſcilicet dux [4] cum Theodimo ſubdiaco-

co-

VARIANTES LECTIONES

textu. *d* Sic idem Vat. IV. Ceteri, *adhortans etiam ſanctiſſimus pontifex & commonens*. *e* Ita Vat. VIII. Alii, *qui ſi non adquieſcerent*, ut in vulgatis. *f* Vat. I. *deteſtabatur*, Vat. VIII. *ſuis ſcripturis proteſtabatur*. *g* Ita Vat. IV. *in monitione* Vat. I. *in ammonitione* Vat. III. *h* Vat. IV. *hoc agerent*. *i* Idem, *præſtabat*. *k* Vat. I. *virtuti*, Vat. IV. *viri virtutis*.

Vat.

N O T Æ

beato papa Gregorio Romanæ ſedis, Cumanum caſtrum a Langobardis Beneventanis pervaſum eſt: cetera, ut hic.

2. ADHORTATUS EST ETIAM &c.) Quæ Card. Baron. ad hunc locum obſervat, hoc eſt, ad A.C.715. num. III. longiora quamvis hic exſeribenda putavimus: *Vidiſti lector*, inquit, *ſanctum pontificem æque ac Gregorium primum in numerum ſanctorum receptum bona eccleſiaſtica ab hoſtibus invaſa minime contempſiſſe, vel recuperare deſiiſſe, quantumlibet impoſſibilis videretur ejus expugnatio loci, ſed quod minus poſſet ſuis, id alienis armis recipere procuraſſe, omnique ſtudio præſto fuiſſe conſilio, ope, pecunia adjuviſſe, ſubdiaconi etiam eccleſiæ Romanæ opera uſum eſſe. Sed obſerva ordinem, quo proceſſit, nimirum ut primum paternis monitionibus rem ageret; deinde ut contemptores eccleſiaſticis cenſuris exterreret: demum vero, ut in eos hæc omnia contemnentes ageret armis, eiſque caſtrum expugnandum curaret &c. Sic Deus rem tantam aggredi voluit pontificem & doctrina & ſanctitate inſignem, ejuſque exemplo ſanciri diſciplinam, qua ſucceſſores eruditi ablata bona eccleſiaſtica ab iniquis poſſeſſoribus vindicarent, etiam, ſi opus ſit, armis, ſi cetera remedia contemnantur*.

3. VIRTUTE) armata ſcilicet manu. Supra in Vigilio num. IV. *Quo audito, Auguſta miſit Anthimum ſcribonem cum juſſione ſua &* virtute *majori Romam*: & in Johanne VI. num. II. *Dum Giſulphus, dux gentis Langobardorum & Beneventi, cum omni ſua* virtute *in Campaniam veniret* &c.

4. CUM THEODIMO SUBDIACONO) Exſtat Neapoli in eccleſia S. Andreæ inſcriptio ejus ſepulcralis, quam

reci-

cono, & rectore, atque exercitu: & Langobardos pene trecentos [5] cum eorum [l] castaldo interfecerunt: vivos etiam amplius quingentos comprehendentes, captos Neapolim duxerunt; [m] sicque castrum receperunt. Pro cujus redemptione septuaginta auri libras [n] tamen ipse venerabilis papa, sicut antea promiserat, dedit.

VIII. [1] Hic Jerusalem ecclesiam sanctam, [a] quæ multo fuerat distecta tempore, & circumquaque [b] porticus vetustate quassatas, trabibus deductis, cooperuit ac reparavit: ambonem etiam marmoreum in eadem ecclesia fecit, eamque diversis ditavit linteis, [c] atque ministeriis.

IX. [a] Hic quadragesimali tempore, [1] ut quinta feria jeju-

VARIANTES LECTIONES

l Vat. VIII. Urbin. & Farnes. ut in contextu, Vat. IV. *Gastaldo*, Vat. I. *Castaldione*. *m* Vat. I. & III. *sic castrum recipere potuerunt*. *n* *tamen*) ex Farnes. vox addita.

VIII. *a* Farnes. *quæ multo tempore fuerat distecta*. *b* Vat. III. *porticos vetustate quassatos, travibus* &c. *c* Alex. II. *atque ministeriis: & multa alia opera, quæ longum est enumerare*.

IX. *a* Sic codex Vat. IV. In aliis vero mss. codicibus hæc infra recitantur. Ita

NOTÆ

recitat Card. Baron. ad A.C. 715. num. IV. In ea subdiaconus regionarius, rector sanctæ sedis Apostolicæ, patrimonii nempe Campaniæ, & dispensator diaconiæ B. Andreæ dicitur. *Ex quibus*, idem Card. Baron. subdit, *& illud observatione dignum intelligis, in locis illis, ubi Romana ecclesia patrimonia possidebat, constitutas esse diaconias, sicut in urbe, in quibus eleemosynæ a subdiacono, rectore patrimonii & dispensatore erogari solerent*.

5. CUM EORUM CASTALDO) Quem nimirum ejusdem castri Cumani custodiæ ac regimini Langobardi præfecerant. Leoni Ostiens. in Chron. Cassin. lib. 2. cap. XXXII. *Gastaldeus* scribitur: *Rainerius Gastaldeus Soranæ civitatis*. Infra vero in Zacharia num. XI. *Ramningus Gastaldius Tuscanensis, seu Tuscia*.

VIII. 1. HIC JERUSALEM ECCLESIAM SANCTAM) *S. Crucis* nimirum *in Jerusalem* dictam, a Constantino Magno imperatore in palatio Sessoriano ædificatam, ut vidimus supra in S. Silvestro num. XII. Sic Ordo Rom. XI. num. 36. *Statio* ad Jerusalem *in palatio Sessoriano*. Et in Leone III. num. XLIII. Feria IV. *exeuntes* ab ecclesia Jerusalem *pergant ad ecclesiam beati Laurentii martyris foris muros*.

IX. 1. UT QUINTA FERIA JEJUNIUM &c.) Ne videlicet Christiani in eo cum paganis convenirent, S. Melchiades constituit tempore quadragesimali die Dominico, aut feria quinta jejunandum non esse; *quia eos dies*, ut in ejus vita num. II. *pagani quasi sacrum jejunium celebrabant*. Hi vero quum jam antea desiissent, a quadragesimali jeju-
nio

jejunium atque missarum celebritas fieret in ecclesia, quod antea non agebatur, instituit. [2] Oratorium [b] Osannæ in patriarchio in nomine beati Petri apostoli, diversis ornatum metallis, a novo fecit, & circumquaque altaris parietes deargentavit, ac depinxit duodecim apostolos, qui pensant libras CLXXX.

X. Eo tempore, moribus certe Honesta ex nomine, pontificis mater, ab hac vita subtracta est. Post cujus obitum Gregorius [1] domum propriam in honorem sanctæ Christi martyris Agathæ, additis a fundamento cœnaculis, vel quæ [a] monasterio erant necessaria, a novo construxit. Prædia illic urbana & rustica pro monachorum necessitate obtulit: atque ciborium ex argento in eadem ecclesia super altare construxit: [b] quod pensat libras DCCXX. arcus argenteos sex, pensanaes singulos libras XV. ca-

VARIANTES LECTIONES

b Ita idem Vat. IV. Alii, *sane* legunt.

X. *a* Vat. III. *monasteriis*. *b* *quod pensat* &c.) Hæc deinceps Vat. IV. usque ad ea verba, *largitus est*, quæ postrema hujus numeri sunt, & Alex. II. usque ad verba illa, *Hic fecit ordinationes* &c. quæ sub finem hujus vitæ occurrunt, non legunt.

Vat.

NOTÆ

nio feriam eamdem quintam non amplius excipiendam esse putavit. Etenim jam usque ab initio sæculi V. paganorum idololatriam propemodum defecisse Theodosius junior imperator declarat lege XXII. quam in eos V. Id. Aprilis promulgavit, Asclepiodoto & Mariniano Coss. hoc est A. C. 423. *Paganos*, ait, *qui supersunt (quanquam jam nullos esse credamus) promulgatarum legum jamdudum præscripta compescant*. Quare Theodoret. lib. V. cap. XXXVII. de eodem Theodosio imperatore verba faciens: *Ipsa*, inquit, *idolorum templa, quæ adhuc supererant, funditus destrui jussit, ut posteri ne vestigium quidem ullum pristini erroris possent intueri*.

2. ORATORIUM OSANNÆ &c.) Vocem hanc *Osanna*, quam MSS. omnes retinent, Card. Baron. non agnoscit. Unde vero oratorium istud S. Petri, cujus meminit Onuphrius in lib. de VII. urbis Eccles. ubi de oratorio S. Silvestri, denominationem hujusmodi mutuari potuerit, inquirendum aliis relinquam.

X. 1. DOMUM PROPRIAM &c.) Transtiberim sitam, ubi adhuc ecclesia S. Agathæ. Ea enim esse non potuit, quæ in veteri Suburra fuit, utpote quæ a S. Gregorio Magno fuerat jam antea dedicata, ut in ejus vita num. IV. neque alia in monte Quirinali posita, quæ non monasterii, sed diaconiæ nomine ubique designatur, in Leone III. præsertim num. LXXV. quæque interdum *diaconia S. Agathæ in equo marmoreo* dicitur, ut apud

caniſtra decem, penſantia ſingula libras XII. & alia dona multa largitus eſt.

XI. [1] Eodem tempore [a] nefanda [2] Agarenorum gens [b] a loco, [3] qui *Septem* dicitur, ex Africa transfretantes, [c] Hiſpaniam ingreſſi maximam partem gentis illius [4] cum eorum rege occiderunt, reliquos omnes ſubdidere cum ſuis bonis: & ita eamdem provinciam annis poſſederunt decem. [d] [5] Undecimo anno Rhodanum conabantur fluvium

VARIANTES LECTIONES

XI. *a* Vat. III. *haud dicenda*, Vat. IV. *nec dicenda*. *b* Sic idem Vat. III. & IV. & Flor. Reliqui vero, *cum jam Hiſpaniarum provinciam per decem tenerent annos pervaſam*. *c* Vat. III. *Iſpaniam*, Vat. VIII. *Spaniam*. *d* Vat. IV. *Undecimo vero anno cum uxoribus & parvulis venientes, Aquitaniam Galliæ provinciam quaſi habitaturi ingreſſi ſunt. Karolus tunc Francorum princeps cum Eudone Aquitaniæ principe diſcordiam habebat: qui tamen in unum ſe conjungentes contra eoſdem Sarracenos pari conſilio dimicaverunt. Facta eſt autem Francorum generalis motio contra eos, & circumdantes eos, interemerunt ex eis* CCCLXXV. *mil. ex Francorum vero parte mille tantum quingenti interierunt, ut Francorum miſſa pontifici epiſtola continebat*. Quæ fere ad verbum Paul. Diac. lib. IV. cap. XLVI. Vat. VIII. & plerique alii, *Undecimo vero anno generali facta Francorum munitione contra Sa-*

N O T Æ

apud Onuphrium in lib. ſupra laudato, ubi *de Diaconiis*.

XI. 1. EODEM TEMPORE) Scilicet A. C. 711. ut infra.

2. AGARENORUM GENS) Qui & Sarraceni ex Africa populi. Paralip. lib. I. cap. V. 10. & 20. *Agaræi*. Vide Paul. Diac. lib. VI. cap. XLVI. ubi hæc eadem narrat.

3. A LOCO, QUI SEPTEM DICITUR) Anton. Itiner. *Septem fratres*, montes totidem ita dicti in Africa Tingitana inter Tingin & montem Abylam. Præ ceteris Plin. lib. V. cap. II. *in Abyla quoque monte, & quos* Septem fratres *a ſimili altitudine appellant*. Mela lib. I. cap. V. *montes ſunt alti, qui continenter, & quaſi de induſtria in ordinem expoſiti, ob numerum* Septem, *ob ſimilitudinem* Fratres *vocantur*. In aliquibus MSS. exemplaribus Pauli Diaconi de Geſt. Langob. lib. VI. cap. XLVI. ubi hæc eadem ad verbum refert, *Septa*, Procop. lib. II. de Bello Vandal. cap. 4. *Septum* ſcribitur: Ortelio, fortaſſe quod vulgo *Ceuta*.

4. CUM EORUM REGE) Ruderico, qui poſtremus Gothorum rex in Hiſpaniis, magno cum Sarracenis certamine habito, interiit die XXVI. Julii A. C. 711. ut ex Archiepiſcopo Toletano abunde probat Pagius in Crit. Baron. ad eumdem annum num. XI. & ſeq. Petavius attamen Rationar. Tempor. par. I. lib. VIII. cap. IV. ejuſdem Ruderici regis obitum ad A. C. 714. conſignat: *Eſt*, inquit, *hic annus Chriſti 712. Biennio poſt Rudericus rex magno commiſſo prælio proditus a ſuis ac deſtitutus occubuit*.

5. UNDECIMO VERO ANNO) Qui fuit A. C. 721. inchoatus, Hiſpanica nempe Sarracenorum dominatione ab A. C. 711. non ab A. C. 714. deſumpta. Idque diſerte habetur ex vetuſtiſſimis

vium transire ad Francias occupandum,[6] ubi Eudo præerat, qui facta Francorum generali motione contra Sarracenos, eos circumdantes interfecerunt. Trecenta enim septuaginta quinque millia uno sunt die interfecti, ut ejusdem Eudonis Francorum ducis missa pontifici [e] epistola continebat: mille tantum quingentos ex Francis fuisse mortuos in eodem bello dixerunt. [f] Qui pontifex anno præmisso in benedictionem eis direxerat [7] tres spongias, quibus ad usum mensæ pontifices utebantur. Ex quibus in hora, qua bellum committebatur, idem Eudo Aquitaniæ princeps populo suo permodicas partes [g] tribuit ad sumendum, [h] & ne unus quidem vulneratus est, nec mortuus ex his, qui [i] inde participati sunt. [k] Eo quoque tempore in Campaniæ partibus combustum triticum, hordeum, seu legumina, quasi pluvia, in loco quodam e cœlo missa sunt.

XII. Illis [a] interea diebus Constantinopolis [1] biennium

VARIANTES LECTIONES

Sarracenos, circundantes interemerunt. Tricenta enim &c. *e* Vat. VIII. *epistula*. *f* Vat. I. aliique, *adjiciens, quod anno præmisso in benedictionem a prædicto viro eis directis tribus spongiis, quibus ad usum mensæ pontificis apponuntur, in hora* &c. Vat. IV. ut in contextu. *g* Sic idem, ceteri, *tribuens*. *h* Vat. III. *ex eis ne unus vulneratur*. *i inde*) Ex Vat. IV. *k Eo quoque tempore* &c.) Hinc usque ad illa verba *missa sunt*, Vat. IV. silet.

XII. *a* Vat. I. III. & VIII. & libri editi ut in contextu, Vat. IV. *preterea*. Iidem,

N O T Æ

simis Annalibus Petavianis a Duchesnio vulgatis tom. II. & III. qui eodem anno Christi 721. Sarracenos ab Eudone expugnatos & de Aquitania ejectos asserunt.

6. UBI EUDO PRÆERAT) Aquitaniam scilicet, ubi Eudo dux dominabatur: qui mox dux Francorum dicitur, hoc est *Aquitanorum*.

7. TRES SPONGIAS) Quæ tunc etiam in usu fuisse videntur ad mensas tergendas: de quo Martial. lib. XIV. epigr. 132.

Hæc tibi forte datur tergendis spongia mensis
Utilis, expresso cum levis imbre tumet.

XII. 1. BIENNIUM EST &c.) Beda vero de Sex Ætat. mundi ad A. C. 729. & Paul. Diac. de Gest. Langobard. lib. VI. cap. XLVII. obsidionem istam triennio durasse scribunt: *Sarraceni, cum immenso exercitu Constantinopolim venientes* triennio (Paul. Diac. *per continuum triennium*) *civitatem obsident, donec, civibus multa instantia ad Deum cla-*

nium est a nec dicendis Agarenis mari obsessa: sed, Deo eis contrario, [b] maxima pars eorum fame, & frigore, bello, pestilentiaque periit: ac sic pertæsi obsidionis, cum omnibus suis confusi recesserunt, Leone principe. [2] De populo vero ejusdem civitatis ccc. millia diversi sexus & ætatis, pestilentia vastante, perierunt.

XIII. Eodem tempore [a 1] castrum est Narniæ a Langobardis pervasum. Rex vero Langobardorum [b] Liutprandus, generali motione facta, Ravennam progressus est, atque illam obsedit per dies [c] plurimos: & [d] castrum pervadens Classis, [2] capto eo, plures secum abstu-

VARIANTES LECTIONES

b Iidem, *maxima illic eorum parte fame, ac bello interempta, confusi recesserunt, Leone principe; nam & ejusdem civitatis populum* CCC. *millia dictum est diversi sexus & ætatis fuisse necessitate vastatum pestilentiæ*, Vat. IV. ut in contextu.

XIII. *a* Vat. IV. cum Paul. Diac. *Narnia civitas a Langobardis pervasa est*, Vat. I. & III. ut in contextu. *b* Vat. I. *Liudprandus*, Vat. IV. *Leuzprandus*, alii, *Liutprandus*, ut in contextu. *c* Vat. I. *per dies*, Vat. IV. *per dies aliquot*. *d* Vat. I. & III. perperam, *classes captas abstulit plures, & opes abstulit* &c. Vat. IV.

NOTÆ

clamantibus, plurimi eorum fame, frigore, pestilentia perirent, ac sic pertæsi obsidionis abscederent. Pagius vero in Crit. Baron. ad diem XV. mensis Augusti A. C. 717. ex Theophane & Nicephoro ejusdem obsidionis initium refert: ab eaque urbem Constantinopolim die itidem XV. Augusti insequentis anni liberatam, aliumque fuisse ejus liberationis exitum ostendit. *Die igitur*, Nicephorus & Theophanes inquiunt, *Augusti decima quinta Sarraceni cum magno generis sui dedecore recesserunt. Classe siquidem e littoribus nostris solvente, immissa Dei nutu, Deique matris interventu procella naves hinc inde jactatas dispersit*.

2. DE POPULO VERO &c.) Quæ Paul. Diac. loco superius citato, Beda vero nusquam profert.

XIII. 1. CASTRUM EST NARNIÆ &c.) Civitas in Umbria posita, quæ olim *Nequinum* appellata. Plin. lib. X. cap. IX. *Alter consul in Umbria Nequinum oppidum circumsedit*, & cap. X. *Ita Nequinum in ditionem populi Romani venit. Colonia eo adversus Umbros missa, a flumine, Narnia appellata*. Silius lib. VIII. ℣. 458.

Hispellum, & duro monti per saxa recumbens
Narnia. ——

2. CAPTO EO) Atque adeo civitatem ipsam Ravennam cepisse, diserte habetur ex ipsius Gregorii II. papæ literis Urso duci Venetiarum datis, quas Hieron. Rubeus recitat lib. IV. Histor. Raven. ad A.C. 725. *Quia*, inquit, *peccato favente Ravennatum civitas, quæ multarum caput exstat ecclesiarum, a nefanda gente Langobardorum capta est* &c. Ea vero postquam oppidum Classense ceperat, Liutprandum potitum

abſtulit, [3] & opes tulit innumeras.

XIV. [a] Poſt aliquot dies Baſilius dux, Jordanes chartularius, [1] & Johannes ſubdiaconus, cognomento Lurion, conſilium inierunt, ut pontificem interficerent. Quibus Marinus [2] imperialis ſpatharius, qui Romanum ducatum tenebat, a regia miſſus urbe, [b] imperatore mandante hoc, aſſenſum præbuit: ſed tempus invenire non potuerunt; quia Dei judicio Marinus diſſolutus eſt & contractus, & ſic a Roma receſſit.

XV. Poſtmodum [1] Paulus patricius & exarchus miſſus eſt in Italiam: qui denuo, [a] ut ſcelus ipſi perficerent, meditabantur. [b] Quorum conſilio Romanis patefacto, Jordanem interfecerunt, & Johannem Lurionem: Baſilius vero monachus factus, in loco quodam retruſus vitam finivit.

Illis

VARIANTES LECTIONES

XIV. *a* Vat. IV. *poſt aliquod tempus*. *b* Idem, *imperatore hoc mandante*: Vat. I. male *imperatore mandante hoc, probavit*, ut in editis.

XV. *a* Vat. I. *ut hoc ſcelus perficerent, meditabantur*, Vat. IV. ut in contextu. *b* Vat. I. *quorum conſilium Romanis patefactum eſt, qui morte cuncti Jordanem* &c. Vat. I.

NOTÆ

tum fuiſſe, idem Rubeus narrat ibid. ad A. C. 718.

3. ET OPES TULIT INNUMERAS) Atque inter cetera æneam ſtatuam illam equeſtrem diripuiſſe ac Ticinum adſportaſſe Platina exiſtimat, *quam* (Rubei verba ſunt) *ſpectatricem Solis ac Helitropion a noſtris adhuc appellatam, modo ea in urbe conſpicimus*.

XIV. 1. ET JOHANNES SUBDIACONUS) Card. Baron. ad A. C. 726. num. XXXIII. his recitatis, inde ſubdit: *Fuit iſta prima conjuratio per miniſtros regios provocata, quibus cum etiam alter Judas ſubdiaconus conſpirarat*. Vide ibi quæ vir ſummus habet ad conjurationes alias, ab hæretico imperatore adverſus pontificem virum ſanctiſſimum per imperiales ſui miniſtros toties pertentatas, quas noſter mox refert.

2. IMPERIALIS SPATHARIUS) Palatii imperialis nimirum ex ſtationariis militibus unus. Vide Codin. de Offic. Conſtantinop. num. 46. & ſupra in Sergio num. VIII.

XV. 1. PAULUS PATRICIUS ET EXARCHUS) Quem pontifex hic ſanctiſſimus Urſo duci Venetiarum ſuis ſuperius laudatis literis antea commendaverat, quique poſtmodum dum Ravennates, plerique pro imperatore, plurimi vero pro pontifice, armis inter ſe digladiantur, una cum filio interficitur: *Tandem*, ait Rubeus loco ſuperius citato, *ad arma quum eſſet ventum, is pugnæ exitus fuit, ut Paulus*

 exar-

XVI. [a] Illis vero diebus Paulus patricius, [1] qui exarchus fuerat, [b] imperatoris jussione, eumdem pontificem conabatur interficere, eo quod censum in provincia [c] poni [d] præpediebat, [e 2] & suis opibus ecclesias [f] denudari, sicut in ceteris actum est locis: [g] atque alium in ejus ordinare locum nitebatur. Post hunc spatharius missus est alter cum jussionibus, [h] *ut pontifex a sua sede amoveretur*. Denuo Paulus patricius ad perficiendum tale scelus quos seducere potuit [i] ex Ravennatibns [3] cum suo comite, atque ex castris aliquos misit. Sed motis Romanis, atque undique Langobardis pro defensione pontificis, [4] in ponte Salario [k] Spoletini, atque hinc inde duces Langobardorum circumdantes Romanorum fines [l] hoc præpedierunt.

XVII. [1] Jussionibus itaque postmodum missis, [a] decreverat Leo imperator, [b] ut nulla in ecclesia imago cujuslibet

VARIANTES LECTIONES

XVI. *a* Vat. I. *Paulus vero exarchus*. *b* Idem, *imperatorum*. *c* Idem, *ponere*. *d* Vat. VIII. *præpeditabat*. *e* Libri vulgati tantum, *& cogitaret* &c. *f* Iidem, *denudare*. *g* Vat. III. *atque alius in ejus ordinaretur locum*. *h* Sic Vat. I. Aliqui, *ut pontificem a sua sede amoveret*. *i* Idem Vat. I. *ex Ravenna*. *k* Vat. VIII. *Spolitani*, Vat. IV. *repugnantibus quoque Spoletinis in ponte Salario, & ex altera parte Langobardis Tuscis resistentibus, hoc fieri præpeditum est*. Hæc prope eadem habet Paul. Diac. lib. VI. cap. XLIX. *l* Vat. III. *præpediti sunt*.

XVII. *a* Libri editi, *decreverat imperator*. *b* *ut nulla imago cujuslibet sancti*

NOTÆ

exarchus facinori pœnas sua filiique nece dederit.

XVI. 1. QUI EXARCHUS FUERAT) Is vero exarchus antea itidem fuisse nusquam legitur.

2. ET SUIS OPIBUS ECCLESIAS DENUDARI) Suis videlicet sacris ornamentis. Hæreticus enim imperator inhiabat, ut ait Card. Baron. ad A. C. 726. num. XXXV. *ad ecclesiæ sacra vasa diripienda, eo prætextu, quod essent sacris imaginibus ornata, eademque (ut fecerat Constantinopoli) quasi nefaria inde auferret, & in fiscalem arcam inferret*.

3. CUM SUO COMITE) Qui nimirum Ravennatibus eisdem præerat.

4. IN PONTE SALARIO) Qui supra Anienem ad tertium ab urbe lapidem positus, a via ejus nominis ita cognominatur, Narsetis memoria & insculpto in eo epigrammate illustris.

XVII. 1. JUSSIONIBUS ITAQUE &c.) Edictum vero istud de sacris imaginibus ab ecclesia ubique eliminandis sacrilegus imperator in Italiam misit anno

bet ſancti aut martyris, aut angeli haberetur: [c] ſed omnes juſſerat deponi, & incendi (maledicta enim omnia aſſerebat) & ſi adquieſceret in hoc pontifex Romanus, gratiam imperatoris haberet: ſi hoc fieri præpediret, a ſuo gradu [d] decideret. [e] Deſpiciens ergo vir venerandus profanam principis juſſionem, jam contra imperatorem, quaſi contra hoſtem ſe armavit, renuens hæreſim ejus, ſcribens ubique, *cavere ſe Chriſtianos, quod orta fuiſſet* [f] *impietas*. Igitur permoti omnes [2] Pentapolenſes, atque Venetiarum exercitus, contra [g] imperatoris juſſionem reſtiterunt, dicentes, *nunquam ſe in ejuſdem pontificis condeſcendere necem*: *ſed pro ejus magis defenſione viriliter decertare*, [3] ita ut anathemati Paulum exarchum, vel qui eum [h] direxerat, ejuſque conſentaneos [i] ſubmitterent. Sper-

VARIANTES LECTIONES

cti &c. *c Sed omnes juſſerat* &c. Ex Vat. IV. iſta ſunt. *d* Sic Vat. I. & III. aliqui, *decaderet*, Vat. IV. & VIII. *diſcederet*. *e* In libris editis, *Reſpiciens*, Vat. VIII. *diſpiciens*. *f* Vat. I. *impietas talis*. *g* Vat. I. *imperatorum*. *h* Vat. III. *direxerant*. *i* Editi, *ſubmittunt*.

Libri

NOTÆ

no imperii ſui decimo a die XXV. Martii inchoato, Chriſti vero 726. exeunte vel 727. jam inito, ut præ ceteris ex priori ipſius Gregorii papæ ad ipſum imperatorem epiſtola, quam una cum altera ejuſdem a Frontone Ducæo græce & latine editam Card. Baronius recitat, ita expreſſe habetur: *Decem*, inquit, *annos Dei benignitate recte ambulaſti, neque ſacrarum imaginum mentionem feciſti: nunc autem eas dicis idolorum locum implere, atque illos, qui eas venerantur, idololatras eſſe, teque ad eas evertendas, penituſque delendas converſiſti* &c.

2. PENTAPOLENSES ATQUE VENETIARUM EXERCITUS) Sed non primum iſtud, quod earumdem civitatum populi ſuæ erga Romanos pontifices fidei ac devotionis ſpecimen dedere; vidimus enim ſupra in Sergio num. VII. quum Juſtinianus imperator Zachariam immanem ſuum protoſpatharium Romam ad pontificem Conſtantinopolim deportandum miſerat, quomodo ipſi ſe geſſerint: *Excitatum eſt*, ibi legimus, *cor Ravennatis militiæ, ducatus etiam Pentapolitani, & circumquaque partium, ut non permitterent pontificem Apoſtolicæ ſedis in regiam aſcendere urbem*.

3. ITA UT ANATHEMATI &c.) Hoc eſt, a Chriſti fide alienos (*quod enim apud nos alienatio, hoc apud Hebræos anathema dicitur*, ait S. Gregor. lib. XI. cap. IV. in cap. XXXI. Job) atque inde ab omnibus uti hæreticos impioſque homines abominandos & execrandos eos eſſe proclamarent.

SIBI

Spernentes quoque ordinationes [k] exarchi, [4] sibi omnes ubique in Italia duces elegerunt: atque sic de pontificis, deque sua immunitate cuncti studebant. Cognita vero imperatoris nequitia, omnis Italia consilium iniit, ut sibi eligerent imperatorem, & Constantinopolim ducerent: [5] sed compescuit tale consilium pontifex, sperans [l] de conversione principis.

XVIII. Ipsis interea diebus Exhilaratus dux [a] Neapolis deceptus diabolica [b] instigatione, cum filio suo [c] Hadriano Campaniæ partes tenuit, seducens populum, ut obedirent imperatori, & occiderent pontificem. Tunc Romani omnes secuti eum comprehenderunt, & cum filio suo [d] interfecerunt; [e] dicentes, quod contra pontificem imperatori scripsissent. [f] Orbaverunt [g] post hunc [1] & Pe-

VARIANTES LECTIONES

k Libri editi, *ejus*. *l* Vat.I. *conversionem*, Vat. VIII. ut in contextu.

XVIII. *a Neapolis*) Vat.I. hanc vocem non habet. *b* Vat. VIII. *infocatione*. *c* Vat.III. & Flor. *Badriano*. *d* Vat.III. *occiderunt*. *e* Vat.I. *dicentes contra pontificem imperatori scripsisse*. *f* In editis, *turbaverunt*. *g* MSS. aliquot, *post hæc*. Vat. IV.

NOTÆ

4. SIBI OMNES UBIQUE IN ITALIA DUCES &c.) Quos nempe temporibus Justini imperatoris, Longino Ravennæ exarcho, loco præsidum provincialium institutos, imperatores ipsi ad singulas deinceps Italiæ urbes gubernandas e Græcia ducis nomine mittere solebant: his exauctoratis, tunc quæque Italiæ urbs suum sibi ducem eligere cœpit.

5. SED COMPESCUIT TALE CONSILIUM PONTIFEX) Quod quidem penitus a vero aliena ea esse arguit, quæ scriptores Græci, Theophanes potissimum, indeque Cedrenus & Zonaras literis consignarunt, hujus nempe pontificis suasu ab imperio Leonis, obedientiaque illius Italiæ populos subductos fuisse. Paul. etiam Diac. lib. VI. cap. XLIX. eos quadam in sanctissimum pontificem invidiæ nota non carere his haud multum dissimilibus verbis ostendit: ait enim: *Omnis quoque Ravennæ exercitus, vel Venetiarum talibus jussis uno animo restiterunt, & nisi eos prohibuisset pontifex, imperatorem super se constituere fuissent aggressi*. Et Hieron.Rubeus lib.IV. Histor. Ravenn. *Hanc impietatem*, inquit, *quum monitis Gregorii pontificis (quem tamen Blondus Stephanum putat) Italiæ civitates omnes detrectavissent, Ravennates, Exarchatinique milites persuadere pontifici nituntur, uti Byzantio deleto imperio, alium in Italia Romanorum Cæsarem Augustum, imperatoremque sublegeret. Renuit pontifex, tum ne amplius impii Cæsaris animum exulceraret, tum quod esset in spe, fore ut sententiam aliquando tandem mutaret*.

XVIII. 1. ET PETRUM DUCEM) Qui, ut videtur, in ducatu Neapolitano Exhi-

Petrum ducem. Igitur diſſenſione facta in partibus Ravennæ, [h] alii conſentientes pravitati imperatoris, alii cum pontifice & fidelibus tenentes, inter eos contentione mota, [2] Paulum patricium occiderunt. Langobardis vero [3] Æmiliæ caſtra, [i] Feronianus, Montebelli, Verabulum cum ſuis oppidulis, Buxo, & [k] Perſiceta, Pentapolis quoque, & Auximana civitas ſe tradiderunt.

XIX. [a] Poſt aliquod vero temporis [b] Eutychium patricium eunuchum, [1] qui dudum exarchus fuerat, Neapolim imperator miſit, ut illud, quod exarchus Paulus, ſpatharii quoque, & ceteri malorum conſiliatores facere nequiverunt, ſed ille perficeret.. Sed nec ſic latuit, [c] annuente Deo, [2] miſerabilis dolus: ſed claruit cunctis peſſimum conſilium, quia Chriſti conabantur violare eccleſias, & perdere cunctos, atque diripere omnium bona. Cumque mitteret hominem proprium Romam cum ſcriptis

VARIANTES LECTIONES

b Vat. IV. *aliis conſentientibus* &c. *aliis cum pontifice* &c. *ſe tenentibus*. *i* Vat. I. & VIII. *Ferronianus*, editi, *Ferrorianus*. *k* Vat. VIII. *Perſiceda*, Vat. I. *Pernicleta*, ut in vulgatis, reliqui, ut in contextu.

XIX. *a* Vat. III. *Poſt aliquos vero dies*. *b* Vat. IV. *Euthicium*. *c* Vat. III. & Far-

NOTÆ

Exhilarato fuerat ab imperatore ſubrogatus.

2. PAULUM PATRICIUM OCCIDERUNT) Rubeus, ut ſupra, iſta ſubdit: *Nullibi tamen magis, quam Ravennæ tumultuatum eſt, pleriſque Cæſari, plurimis pontifici obediendum aſſerentibus. Tandem ad arma quum eſſet ventum, is pugnæ exitus fuit, ut Paulus exarchus facinori pœnas ſua filiique nece dederit.*

3. ÆMILIÆ CASTRA &c.) Romani Ducatus oppida inter Im[illegible] & Mutinam. Sigon. vero de Regno Ital. lib. III. ad A. C. 727. eadem caſtra a Liutprando armis occupata, non ei ſponte ſe dedita narrat: *Levi certamine*, inquit, *Feronianum, Montembellum, Buxetum, & Perſicetam in ditionem cum adduxiſſet, demum ipſam etiam urbem Bononiam occupavit*. Atque, ut auctoris noſtri fidem ſequamur, hæc ex Italiæ oppidis prima occurrunt, quæ ab hæretici imperatoris obedientia ſe ſubtrahere, & Langobardorum potius, quam illius imperium pati amplius voluerint.

XIX. 1. QUI DUDUM EXARCHUS FUERAT) Eadem hoc loco, quæ ſuperius num. XVI. de Paulo, cui Eutychius iſte in exarchatu ſucceſſit, adnotanda eſſe videntur. Neque enim alibi poſt Paulum hunc iterum exarchum fuiſſe comperimus.

2. MISERABILIS DOLUS) Quo ſenſu vox iſta *miſerabilis* hoc loco mihi ſit

ptis suis, in quibus continebatur, ut pontifex [d] occideretur cum optimatibus Romæ, [e] agnita crudelissima insania, Romani [f] protinus ipsius patricii missum occidere voluerunt, nisi nimia defensio pontificis præpediret. Tunc eumdem [3] Eutychium exarchum anathematizaverunt, sese magni cum minoribus constringentes sacramento, *nunquam pontificem* [4] *Christianæ fidei zelotem, & ecclesiarum defensorem* [g] *se permittere noceri, aut amoveri: sed mori essent pro ipsius salute omnes parati.* [5] Tunc munera hinc & inde ducibus Langobardorum & regi pollicens plurima, ut a juvamine desisterent pontificis, per suos legatos patricius ille suadebat. Qui rescriptis detestandam viri dolositatem despicientes, una se quasi fratres fidei catena constrinxerunt Romani atque Langobardi, desiderantes cuncti mortem pro defensione pontificis sustinere gloriosam, non illum passuri perferre molestiam, pro fide vera & Christianorum [h] certantes salute.

XX. His ita [a] se habentibus, elegit majus præsidium [b] papa, distribuere scilicet pauperibus largissima manu [c] quæque reperiebat, incumbens orationibus, & jejuniis,

VARIANTES LECTIONES

Farnes. *jubente Deo*, in editis, *innuente Deo latuit*. *d* Sic Vat. I. alii nonnulli, *occideretur, cum optimatibus Romæ* &c. *e* Vat. IV. *agnita crudelissima sententia*, Vat. III. *agnita fuissent præcepta crudelissima*. *f* Idem, *protinus suum patricium missis militibus*. *g* Cod. aliquot mss. *permittere*. *h* Typis editi, *certantem*.

XX. *a* Vat. I. *agentibus*, Farnes. *habentibus*. *b* Vat. I. *pater*. *c* Libri editi, *qua*

NOTÆ

sit accipienda, vide supra in Sergio num. IV. ad illa verba, *pro ejusdem Paschalis miseria*.

3. EUTYCHIUM EXARCHUM ANATHEMATIZAVERUNT) Eodem modo, quo antea populus Romanus in Paulum exarchum hujus decessorem se gesserat.

4. CHRISTIANÆ FIDEI ZELOTEM) studiosum nempe amatorem. Vox e sacris paginis accepta, quæ idem ac *zelator*. Exod. cap. XX. 5. *Ego sum dominus Deus tuus, fortis, zelotes*, & cap. XXXIV. 14. *Dominus zelotes nomen ejus*.

5. TUNC MUNERA &c.) His subdit Card. Baron. ad A. C. 726. num. XXXIX. *At quid tandem satellites sacrilegi imperatoris? Quod ferro perficere non valerent, auro tentant*.

OB

niis, [d] litaniis quoque Deum [e] quotidie [f] deprecans, & [g] ſpe iſta manebat ſemper fultus, pluſquam hominum; gratias tamen voluntati populi referens pro mentis propoſito, blando omnes ſermone, ut bonis in Deum proficerent actibus, & in fide perſiſterent, ſed ne deſiſterent [1] ab amore, vel fide Romani imperii, admonebat. Sic [h] cunctorum corda molliebat & dolores continuos mitigabat.

XXI. Eo tempore per XI. Indictionem dolo a Langobardis pervaſum eſt [a] [1] Sutrienſe caſtellum, quod [b] per CXL. dies ab eiſdem Langobardis poſſeſſum eſt. Sed pontificis [c] continuis ſcriptis, atque [d] commonitionibus [e] ad regem miſſis, quamvis multis datis muneribus, tamen omnibus ſuis opibus nudatum caſtellum antefatus Langobardorum rex, [2] facta donatione beatiſſimis apoſtolis Petro & Paulo, reſtituit atque donavit. [f] Eo autem tempore Indict. XII. menſe Januario per decem & eo amplius dies

VARIANTES LECTIONES

quæ. *d* Vat. I. *& letaniis*. *e* MSS. *cotidie*. *f* Vat. I. *inprecabatur*. *g* Idem *ſpes ita manebat ſemper fultus plus ab hominibus*. *h* Sic idem Vat. I. Ceteri, *totorum*. Hic Vat. VIII. deficit, exſcriptoris vitio, qui ea deinde, quæ ad Gregorium III. hujus ſucceſſorem pertinent, cum his nectit, ab illis verbis incipiens *adſtantibus diaconibus, vel cuncto clero*, quæ in ejuſdem Gregorii III. vita occurrunt, num. III.

XXI. *a* Vat. III. *Scitrienſe*. *b* Baron. *per* XL. *dies*. *c* In vulgatis tantum, *multis continuis ſcriptis*. *d* Vat. IV. *commonicionibus*. *e* Vat. I. *apud regem*. *f* *Eo autem tempore* &c.) Hæc uſque ad finem hujus numeri ex Vat. I. tantum accedunt.

Vat. I.

NOTÆ

XX. 1. AB AMORE, VEL FIDE ROMANI IMPERII) Quod quum nunquam deficere ſanctiſſimus pontifex ſummopere optaret, ſuis continuo monitis populum Romanum erga imperatorem impium quamvis, & ab orthodoxa fide alienum, in officio continere non ceſſabat.

XXI. 1. SUTRIENSE CASTELLUM) Sutrium nempe civitas, de qua in Indice Tomi I. nonnulla diximus. Illa vero a Langobardis dolo invaſa dicitur Indictione XI. decurrente, hoc eſt, A.C. 728. contra fidem, & fœderis jura, quod cum Romanis antea inierant.

2. FACTA DONATIONE) Pari modo civitatum illarum eccleſiæ Romanæ, quas Aiſtulphus rex Langobardorum occupaverat, reſtitutio a Pipino Francorum rege facta, in Stephano III. num. XXIX. reſtitutio, & ſimul donatio dicitur.

dies [3] stella, quæ Aurifer vocitatur, cum radiis in cœlo apparuit in occidua, cujus radii partem Aquilonis respiciebant, & usque ad medium cœlum se extendebant.

XXII. [a] Post aliquod tempus sæpius dicti Eutychius patricius & [b] Liutprandus rex inierunt consilium nefarium, ut congregatis exercitibus, rex subjiceret [1] duces [c] Spoletinum & Beneventanum, [2] & exarchus Romam, & quæ pridem de pontificis persona jussus fuerat, impleret. Qui rex [d] Spoletum veniens, susceptis ab ipsis ducibus sacramentis, atque obsidibus, cum tota sua [e] hoste [f] [3] in Neronis campum concessit. Ad quem egressus pontifex,

VARIANTES LECTIONES

XXII. *a* Vat. I. *Eo vero tempore* &c. Vat. IV. *Post aliquod tempus idem rex generali facta motione, ut subjiceret duces Spolitinum & Beneventanum, susceptis ab ipsis ducibus sacramentis atque obsidibus, cum omni suo exercitu in Neronis campo convenit. Ad quem egressus* &c. *b* Vat. I. & Farnes. *Liudprandus*. *c* Sic Vat. III. *Spolitanum*, Vat. I. Alii, *Spolitinum*. *d* Vat. I. *Spoletium*. *e* Libri editi, *coborte*. *f* Ita Vat. I. Vat. vero III. *in Neronis campo conjunxit*, Vat. IV. ut supra, editi, *se-*

NOTÆ

3. STELLA QUÆ AURIFER VOCITATUR) Beda Hist. Eccles. lib. V. cap. XXIII. cometes fuisse duos scribit, illosque per dies fere quindecim apparuisse: *Anno*, ait, *Dominicæ Incarnationis 729.* (qui XII. Indictioni respondet) *apparuerunt cometæ duæ circa solem, multum intuentibus terrorem incutientes. Una quippe solem præcedebat mane orientem, altera vespere sequebatur occidentem, quasi Orienti simul & Occidenti diræ cladis præsagæ: vel certa una diei, altera noctis præcurrebat exortum, ut utroque tempore mala mortalibus imminere signarent. Portabant autem facem ignis contra Aquilonem, quasi ad accendendum adclinem: apparebantque mense Januario, & duabus ferme septimanis permanebant.*

XXII. 1. DUCES SPOLETINUM ET BENEVENTANUM) Trasemundum & Godeschalcum: unum scilicet, quod a Liutprando rege deficiens, Hilderico extincto, se Spoleti ducem dixerat: *At vero Liutprandus* (ut Paulus Diac. refert lib. VI. cap. LVII.) *Spoletum perveniens, Trasemundum ducatu expulit, eumque clericum fecit. Cujus in loco Agibrandum suum nepotem constituit.* Alterum vero, quod post obitum Gregorii ducis, Liutprandi regis nepotis, ducatum Beneventanum occupaverat: *At vero Gregorius* (ait ibidem Paul. Diac. cap. LVI.) *dum apud Beneventum annis septem ducatum gessisset, vita exemptus est. Post cujus obitum Godeschalcus dux effectus annis tribus Beneventanis præfuit.* In cujus locum rex Liutprandus alterum nepotem suum Gisulphum Romualdi junioris filium subrogavit.

2. ET EXARCHUS ROMAM) Quæ nimirum pro defensione pontificis contra impios hæretici imperatoris conatus tota erat.

3. IN NERONIS CAMPUM CONCES-

tifex, eique [g] præsentatus, studuit, ut potuit, regis mollire animum commonitione pia, ita ut se prosterneret ejus pedibus, & promitteret, se nulli inferre læsionem, [h] & sic recedere. Nam ad tantam compunctionem [4] piis monitis ejus flexus est, ut quæ fuerat indutus exueret, & ante corpus Apostoli poneret [i] mantum, [k] [5] armillausiam, balteum, spatham atque ensem [l] deauratos, nec non coronam auream [m] & crucem argenteam. Post, oratione facta, obsecravit pontificem, ut memoratum exarchum ad pacis concordiam suscipere dignaretur: quod & factum est. Suggesserant autem ei plurimi, ut illa, quæ imperator mandabat, cum exarcho impleret: sed commonitus blanda suasione pontificis, vidit non expedire; & ad partem flexus salutis, illa fecit, quibus institutus erat, nec consensit pravis consiliis, & recessit mitis qui venerat ferus. Sic compressa est adversantium malitia, rege declinante a malis, quæ suggerebant, consiliis.

Igi-

VARIANTES LECTIONES

secessit. g Vat.IV. *se præsentans regis mollivit* &c. h *& sic recedere*) Hæc idem Vat.IV. i *mantum* &c. Vat.IV. hæc non habet. k Farnes. *armilausiam*. l Vat.I. *deauratum*. m Vat.IV. *& crucem argenteam poneret. Postque facta oratione recederet. Suggesserant autem ei plurimi* &c. *consiliis. Post paucos vero dies claruit*, & quæ inde occurrunt num. XXIII. proxime insequenti.

Libri

N O T Æ

CESSIT) In prata videlicet, quæ prope sunt basilicam Vaticanam, ubi Circus Neronis erat. Tacito in Annal. lib. XIV. cap. XIV. campus iste *vallis Vaticana* dicitur: *clausumque valle Vaticana spatium, in quo equos regeret* (Nero) *haud promiscuo spectaculo*.

4. PIIS MONITIS EJUS FLEXUS EST) Hinc Card. Baron. ad A. C. 729. num. I. *Iste quidem*, ait, *Gregorius ubique mirandus, nimirum quod accensos hostis animos iræ, restinxerit, quod & furentem armis regem crucis potentia exuerit, deque illius opimis spoliis tropha ad Petri apostoli confessionem erexerit*.

5. ARMILLAUSIAM) Sive potius *armilausam*, militare indumentum. Isidoro Orig. lib. XIX. cap. XXI. *armelausa*, quam ita describit: *Armelausa vulgo dicta, quod ante & retro divisa atque aperta est, in armos tantum clausa, quasi* armiclausa, *c litera ablata*. Sigon. vero loco superius citato ad A. C. 729. pro armilausa *armillas* scribit: *Inde ad templum sancti Petri, nullis ea tempestate mœnibus septum, accessit* (Liutprandus) *atque ad aram profectus, paludamentum*,

E 2 quo

XXIII. Igitur exarcho Romæ morante venit in partibus Tusciæ [1] in castrum Manturianense quidam seductor, Tiberius nomine, cui cognomen erat Petasius, qui sibi regnum Romani imperii usurpare conabatur, leviores quoque decipiens, ita ut [a] Manturianenses, [2] Lunenses, atque [b] [3] Blerani ei sacramenta præstitissent. Exarchus vero hæc audiens turbatus est: quem sanctissimus papa confortans, [4] & cum eo proceres ecclesiæ mittens atque exercitus, profecti sunt. Quibus venientibus in Manturianense castello, isdem Petasius interemptus est, cujus abscissum [c] caput Constantinopolim ad principem missum est: & [5] nec Romanis plenam gratiam largitus est imperator. [d] Nam post paucos dies claruit malitia imperatoris, qua persequebatur pontificem; ita ut compelleret omnes habitantes Constantinopolim, [e] qua virtute, qua

VARIANTES LECTIONES

XXIII. *a* Libri editi perperam, *Mantuarianenses*, & sic deinceps. *b* Sic Vat. I. & Farnes. Alii, *Bledani*. *c* Idem Vat. I. *capud*. *d* Vat. I. *Post hac*. *e* Vat. IV. *tam*

NOTÆ

quo erat indutus, armillas, *baltheum*, *ensem auratum, coronam auream, & crucem argenteam ante augustissimum corpus apostoli posuit* &c.

XXIII. 1. IN CASTRUM MANTURIANENSE) Manturanum Tusciæ oppidum, quod tunc ditionis Romani ducatus erat. Sigon. loco superius citato ad A. C. 727. *Maturanum* scribit.

2. LUNENSES) Lunæ scilicet populus: quæ pariter Etruriæ civitas est, & portus, hodie *Carraria*: de qua Livius pluribus in locis. Sigon. ibid. sola *Portus* appellatione eam designat. Strabo vero lib. V. pag. 153. *Luna & urbs est, & portus*. Silius item Ital. lib. VIII. v. 481.

Tunc quos a niveis exegit Luna *metallis*
Insignis portu, quo non spatiosior alter
Innumeras cepisse rates, & claudere pontum &c.

3. BLERANI) A Blera, quæ aliud Tusciæ oppidum, sic dicti, hodie *Bieda*: Plinio etiam non uno in loco illius incolæ, *Blerani*.

4. ET CUM EO PROCERES ECCLESIÆ &c.) Card. Baron. loco supra laudato, *sed & mirandus non minus*, inquit, *in eo Gregorius etiam fuit, dum eumdem exarchum, quem sæpius vidimus conspirasse in necem suam, amice susceperit, imo & auxiliaribus copiis præsto fuerit*. Ex his autem conjici facile datur, exercitum populumque Romanum jam tunc ad unius pontificis nutum & stare, & moveri.

5. NEC SIC ROMANIS) Qui non aliud ab imperatore summopere optabant, quam ut errorem suum agnoscens re-

qua blandimentis, ut [f] deponerent omnes imagines ubicunque haberentur, tam Salvatoris, quam ejus sanctæ genitricis, vel omnium sanctorum, easque in medio civitatis, quod dicere crudele est, [g] incenderent, & omnes [h] dealbarent depictas ecclesias.

XXIV. Et quia [a] plerique ex ejusdem civitatis populo tale scelus fieri præpediebant, aliquanti capite truncati, alii in aliqua parte corporis excisi, pœnam pertulerunt. [b] Pro qua causa etiam [1] Germanum sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ antistitem, eo quod ei consensum præbere noluisset, pontificatu privavit isdem imperator, [2] sibique complicem Anastasium presbyterum in ejus loco constituit, quem, missa Romam synodica, dum [c] tali hæresi consentientem [d] Apostolicus reperiret, vir san-

VARIANTES LECTIONES

tam vi, quam blanditiis. *f* Vat. I. *deponeret*. *g* Idem & Farnes. *igni cremaret*, Vat. III. *incenderentur*. *h* Vat. I. & Farnes. *dealbaret*.

XXIV. *a* Vat. IV. *multi ex eis tale scelus* &c. *b* *Pro qua causa* &c. Ita Vat. I. At vero Vat. IV. *Germanus quoque Patriarcha eodem tempore a propria expulsus est sede, quia imperatoris nequitiæ non consensit, sibique* &c. *c* Idem Vat. IV. *tali errore*, Vat. III. *talibus erroribus*. *d* *Apostolicus*, in Flor. legitur.

Vat. IV.

NOTÆ

resipisceret, & aliquando tandem sanctissimum pontificem tam impie persequi cessaret.

XXIV. 1. GERMANUM &c.) De quo in Martyrol. ad diem XII. Maji, *Constantinopoli sancti Germani episcopi, virtutibus & doctrina insignis, qui Leonem Isauricum adversus sacras imagines edictum promulgantem, magna fiducia redarguit*: & Constantinus Manasses latine reddita hæc: *& accersito* (ab imperatore) *sacrorum antistite, qui tunc temporis erat Germanus, de perverso dogmate cum eo communicat. Cum ille non tantum non assentitur ipsius impietati, sed etiam imperatoris audaciam ac furorem reprehenderet, heu pastorem lupus, heu furens cerberus mitem gregis ducem ecclesia pellit & exturbat*. Theophanes item: *& abiens ad locum, qui dicitur Platanium in parentali domo sua quieti operam dedit, summo sacerdotio functus annis* XIV. *mensibus* V. *& diebus* VII. His vero etsi Theophanes illum se abdicasse potius, quam depositum fuisse narret, Joannes tamen Damascenus, cui magis fidendum, orat. II. de Imaginibus, & in exsilium missum fuisse scribit.

2. SIBIQUE COMPLICEM ANASTASIUM &c.) Card. Baron. ad A. C. 728. num. VI. expulsione S. Germani præmissa, hæc ex Actis S. Stephani junioris martyris: *Confestim enim scelestum patriarcham, hoc est, ejusdem (ut dici solet) figlinæ hominem, suffecit, nimirum servum Anastasium, qui in omnibus rebus*

ſanctus non cenſuit [3] fratrem, aut [e] conſacerdotem ſolito vocari: ſed [f] reſcriptis commonitoriis, niſi ad catholicam [g] converteretur fidem, etiam extorrem a ſacerdotali officio eſſe mandavit. Imperatori quoque ſuadens ſalutaria, ut a tali execrabili miſeria declinaret, [h] ſcriptis ſæpius commonuit.

XXV. Hic fecit [1] calicem aureum præcipuum diverſis ornatum lapidibus pretioſis, penſantem lib. xxx. ſimiliter & patenam auream, penſantem lib. xxviii. & ſemis. [2] Hic [a] dimiſit omni clero, monaſteriis, diaconiis, & manſionariis [3] ſolidos duo millia centum & lx. & ad luminaria beati Petri apoſtoli ſolidos mille. Hic fecit ordinationes v. [b] quatuor per menſem Septembrem, & unam menſe Junio, presbyteros xxxv. diaconos iii. epiſcopos per

VARIANTES LECTIONES

e Vat. iv. *ſacerdotem*. *f* Idem, *ſcriptis*. *g* Idem, *rediret*. *h* Codices aliquot, *ſæpius mandavit*.

XXV. *a* Farneſ. *demiſit*. *b* *quatuor per menſem* &c.) Hæc Vat. iv. non le-

NOTÆ

bus ipſi (imperatori) *aſſentiens, ac turpiſſimum obſequium perſolvens, atque omnia ea, quæ ab ipſo gerebantur, ſervilem in modum laudans, huic quoque pernicioſo dogmati patronum ſe adjungebat.*

3. FRATREM AUT CONSACERDOTEM) Id ſiquidem Romanis pontificibus moris erat, viros nempe quoſcumque epiſcopali charactere inſignitos, non *fratris* tantum, ſed & *coepiſcopi*, ſeu *conſacerdotis* appellatione ſalutare, ac præ ceteris plures inter epiſtolas S. Bonifacii archiepiſcopi Moguntini ipſius Gregorii papæ, uti etiam nonnullorum ejus ſucceſſorum epiſtolæ exſtant ad eumdem S. Bonifacium alioſque epiſcopos datæ, quæ ubique hujuſmodi exempla ſuppeditant.

XXV. 1. CALICEM AUREUM PRÆCIPUUM &c.) Præ ceteris nempe inſignem & ſingularem. Huic ſimiles calices alii occurrunt in Joanne VII. num. ii. & infra in Leone III. num. lix. & cxi. Quo ſenſu Leo II. papa, ut in ejus vita num. 1. *cantilena & pſalmodia præcipuus*, & Cicero a Quintiliano lib. vi. cap. iii. *vir in eloquentia præcipuus* appellatur.

2. HIC DIMISIT &c.) Quos ſui poſt obitum in clerum erogandos reliquit. Quæ largitio a ſummis pontificibus jamjam moriturisq; fieri ſolita, corrupto nomine *roga*, quaſi *erogatio* appellabatur. Vide Indicem Tomi 1. in verbo, *Roga*.

3. SOLIDOS DUO MILLIA &c.) Aureos videlicet. *Cujus tamen valoris eſſent*, ut ait Angelus de Nuce in Chron. Caſin. num. 633. *non eſt facile determinare, cum diverſa tunc fuerint ſolidorum ſpecies*. Hoc autem loco, uti etiam alibi, de ſolidis argenteis intelligi poſſe non

per diversa loca [c] CL. Qui etiam sepultus est [d] in basilica beati Petri apostoli [e,4] sub die III. Id. Februarii, Indict. XIIII. [f] Leone & Constantino imperatoribus: [5] & cessavit episcopatus [g] dies XXXV.

VARIANTES LECTIONES

legit. c Idem, CXLVIIII. d Vat. I. *ad beatum Petrum apostolum*. e Vat. IV. & Alex. II. *sub die* XI. *mens. Februar.* f Vat. I. ita. g Idem, *dies* V. *mensem unum*, Alex. II. *diebus* XXXVI.

NOTÆ

non videtur, utpote qui, quemadmodum in Indice Tomi prioris innuimus, nulla ibi solidi aurei mentione facta, ut fieri debuit, tenuis valoris moneta erat, denario scilicet seu iulio argenteo, & parti ejus quartæ respondens. Quapropter de solidis aureis intelligendum hic esse puto, qui pro ratione temporum decem, ut in S. Silvestro num. III. adnotavimus, vel duodecim denarios seu iulios æquabant. Cui conjecturæ adstipulari videtur locus, quem profert laudatus idem de Nuee ex Legibus Langobard. lib. II. tit. XXII. ubi hæc: *de omnibus debitis solvendis per duodecim denarios solidi solvantur.* Panvin. de VII. urbis Eccles. pag. 128. argenteis juliis XV. singulos illorum æquat.

4. SUB DIE III. ID. FEBRUARII &c.) Id est, die XI. Februarii A. C. 731. imperii Leonis Isauri XV. Constantini Copronymi ejus filii XII.

5. ET CESSAVIT EPISCOPATUS DIES XXXV.) Ab eadem die XI. Februarii usque ad XVIII. mensis Martii, qua die Dominica Gregorius hujus nominis III. fuit ordinatus.

XC.

S. GREGORIUS III.

I. [a] GREGORIUS, natione Syrus, ex patre Johanne, [1] sedit annos X. menses VIII. dies *A. C. 731. Leonis Imp. XV. Constantini XII.*

VARIANTES LECTIONES

I. a Vat. I. addit, *tertius*: MSS. vero alii illum non numerant.

Vat. I.

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANNOS &c. DIES X.) Non ab ejus electione, quæ die ipsa obitus Gregorii II. contigit, ut infra; sed ab ejus ordinationis die acceptos, quæ post dies XXXV, ab ejusdem Gregorii morte, seu die XVIII. mensis Martii A. C. 731. celebrata fuit. Ab hac enim die usque ad diem XXVII. Novembris A. C. 741. qua hic pontifex e vivis excessit, die postmodum XXVIII. ejus-

[b] dies XII. Hic fuit [c] [2] vir mitissimus, & valde sapiens, [3] in divinis scripturis sufficienter instructus, [d] [4] Græca Latinaque lingua eruditus, [5] psalmos omnes per ordinem memoriter retinens, & in eorum sensibus subtilissima exercitatione limatus. Lingua quoque [e] in lectione polita, exhortator omnium bonorum operum, [f] fidem catholicam ex immutabilitate conservari perennem: suisque monitis salutaria prædicans, corda fidelium corroborabat, orthodoxæ fidei æmulator ac defensor fortissimus, [6] paupertatis amator, [g] & erga inopes provisor non

VARIANTES LECTIONES

b Vat. I. & cum eo nonnulli alii, *dies* XX. Vat. VII. & Pal. *dies* XXV. Alex. II. & Farnes. *dies* XXIII. Baron. ut in contextu. *c* Vat. VII. *vir mitissimus & sanctissimus*. *d* Alex. II. *eruditus lingua*. *e* Idem, *lectione*. *f* Vat. I. *inmutilate conservari perenniter suis monitis corda* &c. Editi, *plebique florentissime salutaria prædicans, fidei catholicæ & Apostolicæ immutilate conservator perenniter sua monita, corda fidelium corroborans* &c. Vat. III. ut in contextu. *g* Sic Vat. I. Alii, *& erga inopum pro-*

NOTÆ

ejusdem mensis sepultus, anni sunt X. menses VIII. ac dies duntaxat X. depositionis die numerata.

2. VIR MITISSIMUS &c.) Hæc eadem de Leone II. ut in ejus vita num. I. usque ad illa verba, *sed studii sui labore sollicitus*. Nulla autem superiorum pontificum vita hucusque præteriit, ubi scriptor unus, vel alter, qui fuerit, adeo in illorum virtutibus recensendis sese effuderit, ac in ista. Etenim usque ad Bonifacium V. qui ordine fuit LXX. decessorum ejus omnium vitæ historicæ totæ sunt, nulla verbis virtutum illorum mentione facta. Idem Bonifacius primus est, qui *mitissimus, benignus, humilis*, *mitis* iterum, *atque misericors* audiat. Post hunc deinde singulari animi mansuetudine & benignitate laudantur Theodorus, Eugenius, Adeodatus, Agatho, Benedictus II. & Constantinus.

3. VALDE SAPIENS ET IN DIVINIS SCRIPTURIS &c.) Doctrina vero & in sacris paginis versati celebrantur Leo II. Benedictus II. Joannes V. Joannes VII. & Gregorius II.

4. GRÆCA LATINAQUE LINGUA &c.) Etsi alii quidem plures ex Romanis pontificibus græce & latine docti exstiterint, præter hunc tamen Leo tantum II. Græca Latinaque lingua eruditus dicitur.

5. PSALMOS OMNES &c.) Eos nempe memoriter concinens. Hinc idem Leo II. *cantilena & psalmodia præcipuus* laudatur, & Benedictus II. *sic se in divinis scripturis & cantilena a pueritia usque ad presbyterii dignitatem exbibuit, ut decuit virum suo nomine dignum*. De Sergio item papa: *& quia studiosus erat & capax in officio cantilenæ, priori cantorum pro doctrina est traditus*.

6. PAUPERTATIS AMATOR &c.) Miseratione in pauperes & largitate commendantur etiam Theodorus, Eugenius, Adeodatus, Leo II. & Benedictus II.

DI-

non ſolum mentis pietate, ſed ſtudii ſui labore ſollicitus, captivorum etiam redemptor, [b] orphanis quoque & viduis largiter neceſſaria tribuens, amator [i] religioſitatis & Chriſtianæ normæ: & religioſe volentibus vivere, & Dei timorem habere, in ſuis præcordiis dilector exſiſtens. Hic talis, Deo favente, pervenit ad ſacrum ordinem [k] presbyteratus: quem viri Romani, ſeu omnis populus a magno uſque ad parvum [7] divina inſpiratione permoti, cum ejus deceſſor de hoc ſæculo migraſſet, dum ante feretrum in obſequio ſui anteceſſoris [l] eſſet inventus, ſubito eum vi [m] abſtrahentes, in pontificatus ordinem elegerunt.

II. [1] Fuit autem temporibus Leonis imperatoris & Conſtantini filii ejus; ea perſecutione [a] graſſante, quæ per ipſos mota eſt ad depoſitionem & deſtructionem ſacrarum imaginum domini noſtri Jesu Chriſti, & ſanctæ ejus genitricis, ſanctorum apoſtolorum, omniumque ſanctorum martyrum, & confeſſorum, [b] pro quibus idem [c] ſanctiſſimus vir, ut ab hoc reſipiſcerent ac ſe removerent

VARIANTES LECTIONES

proviſionem. *b* Ita MSS. omnes: perperam editi, *orphanorum quoque & viduarum largitor*. *i* Vat. III. *religionis*, Alex. II. *religionis Chriſtianæ*, *& Deo favente, pervenit* &c. *k* Vat. III. *presbyterii*. *l* Alex. II. cum editis, *eſſet intentus*. *m* Sic Vat. IV. Ceteri, *abſtollentes*.

II. *a* Vat. I. *craſſante*. *b* *pro quibus* &c.) Hæc & reliqua uſque ad initium num. XIII. Alex. II. non profert. *c* Vat. IV. *venerabilis*.

Vat. III.

NOTÆ

7. DIVINA INSPIRATIONE PERMOTI &c.) Neque alius poſt Joannem V. qui primus ſine imperiali aſſenſu ex diſpoſitione Juſtiniani imperatoris Benedicto II. illius deceſſori facta, a clero & populo militiaque Romana electus pontifex occurrit, qui ipſa emortuali ſui deceſſoris die, atque ejuſdem cleri & populi inſpiratione, adeo feſtine in ſede pontificali collocatus dicatur.

II. 1. FUIT AUTEM TEMPORIBUS &c.) Ab anno Leonis imperatoris XV. & Conſtantini Copronymi ejus filii XII. uſque ad ejuſdem Leonis XXIV. & poſtremum, a die XXV. Martii inchoatum, & Conſtantini annum primum, a die XIX. Junii, qua pater, cui fuit, ut ait Theophanes, *impietatis æque, ac imperii ſucceſſor*, e vivis exceſſit.

rent errore, commonitoria [d] ſcripta juxta vigorem & inſtitutionem Apoſtolicæ ſedis ([2] quemadmodum & ſanctæ memoriæ [e] deceſſor ipſius direxerat) miſit per Georgium presbyterum: [3] qui humano ductus timore, non eadem ſcripta imperatori porrexit: [f] ſed revertens, ſecum in hanc civitatem Romanam detulit, & hoc domno pontifici patefecit, confitens & ſe reum faciens culpæ. Quem magna comminatione pontifex ipſe voluit ab ordine ſacerdotali privare, [g] reſidens in concilio: ſed obſecrante tam concilio, [h] quam optimatibus, ut non deponeretur, ſed magis pœnitentiæ ſubmitteretur; impoſita ei digna pœnitentia, iterum ſecundo eum [i] cum ejuſdem auctoritatis ſcriptis ad regiam direxit urbem. Sed nequiter [k] augmentata diſpoſitio [l] [4] imperatorum, eadem venerabilia ſcripta in Sicilienſi inſula retinere fecit, nec ad

VARIANTES LECTIONES

d Vat. III. *reſcripta vigore Apoſtolicæ ſedis inſtitutionis*, Vat. I. *ſcripta*, ut in contextu. *e* Vat. III. *prædeceſſor*. *f* Vat. I. *Qui revertens ſecum hic in Romanam civitatem reducens, ipſi ſanctiſſimo pontifici patefecit, confeſſum ſe faciens reum culpæ*, Vat. III. *quæ revertens* &c. *g* Vat. I. & III. *qui reſidens in concilio, & obſecrante* &c. *h* Vat. I. *quam que obtimatibus*. *i* Idem Vat. I. & IV. *cum eadem auctoritate ſcripta*. *k* Card. Baron. ita, MSS. *argumentata*. *l* Vat. I. *eorumdem imperatorum*, Vat. III. *eorum*.

Vat. I.

NOTÆ

2. QUEMADMODUM ET SANCTÆ MEMORIÆ &c.) Idque teſtantur ipſius deceſſoris Gregorii II. epiſtolæ illæ duæ dogmaticæ ad eumdem Leonem imperatorem datæ (eaſque recitat Card. Baron. ad A.C. 726. num. XXXVIII.) quibus ſapientiſſimus pontifex illum de ſui errore & impietate redarguit, atque ut reſipiſceret, etiam atque etiam hortatur & monet.

3. QUI HUMANO DUCTUS TIMORE &c.) Timuit namque, quod deinceps ei contigit, ut infra. Card. Baron. ad A.C. 731. num. III. hunc Georgium presbyterum (ipſe *Gregorium* vocat) ita excuſare videtur: *Siquidem*, ait, *Leonis rugientis & ſævientis crudelitas ipſa oculis viſa perterruit. Majora enim præſens vidit, quam quæ fama perceperat; adeo ut timore correptus defecerit penitus animo, tutius ratus non dare literas, quas acerrimas eſſe ſciebat, quam* [non] *deficiendo, in diſcrimen adducere ſedis Apoſtolicæ majeſtatem*.

4. IMPERATORUM) Ejuſdem videlicet Leonis imperatoris, & Conſtantini ejus filii. Leo namque in pontificatu iſtius Gregorii, qui, ut innuimus, die XVIII. menſis Martii A. C. 731. fuit pontifex conſecratus, uſque ad diem XVIII.

ad regiam urbem pertransire permisit: sed eumdem portitorem pene per annum integrum exilio relegavit.

III. Unde majori fidei ardore permotus pontifex, synodale decretum cum sacerdotali conventu celebravit [1] coram sacrosancta confessione [a] sacratissimi corporis beati Petri apostoli, residentibus cum eodem summo & venerabili papa archiepiscopis, idest, [b] Antonino Gradense archiepiscopo, Joanne archiepiscopo Ravennæ cum ceteris episcopis istius Hesperiæ partis numero XCIII. seu presbyteris sanctæ hujus Apostolicæ sedis, [c] [2] adstantibus diaconibus vel cuncto clero, nobilibus etiam consulibus & reliquis Christianis plebibus simul; decrevit, ut *si quis deinceps antiquæ consuetudinis Apostolicæ ecclesiæ fidelem*

VARIANTES LECTIONES

III. *a* Vat. I. *sanctissimi*. *b* Idem, ut in contextu, Vat. IV. *Antonino Gradense archiepiscopo cum ceteris episcopis Hesperiæ istius, & aliis patribus innumeris, seu presbyteris* &c. *c* Sic idem Vat. IV. Vat. vero I. *plebibus adstantibus*, Vat. III. *plu-*

NOTÆ

XVIII. Junii A. C. 741. superstes fuit, & una cum filio imperium gessit, quem jam inde a die XXXI. mensis Martii A. C. 720. in imperio sui consortem fecerat.

III. 1. CORAM SACROSANCTA CONFESSIONE &c.) Sic Bonifacius II. etiam, ut in ejus vita visum fuit, num. III. & IV. ante eamdem sancti Petri confessionem synodum congregavit, pro electione scilicet Vigilii in sui successorem, & inde aliam, in qua eamdem synodum nullam ibi & irritam declaravit, *ipsumque constitutum*, ut ibi legitur, *in præsentia omnium sacerdotum & cleri & senatus, incendio consumpsit*. Et Bonifacius III. coegit ibidem synodum, in qua constitutum illud fecit, *sub anathemate. ut nullus, pontifice vivente, aut episcopo civitatis suæ, præsumat loqui de successore, aut partes sibi facere, nisi tertia die depositionis ejus, adunato clero, & filiis ecclesiæ*. Ibique Theodorus papa synodo pariter congregata, Pyrrhum patriarcham Constantinopolitanum condamnavit, ut in ejus vita num. III.

2. ADSTANTIBUS DIACONIBUS &c.) In Concilio enim, qui non episcopi, vel presbyteri, non sedebant. In Ord. Roman. Jacobi Cajetani cardinalis, qui apud Mabillon. est XIV. num. CIV. *Et corona facta de sedibus episcoporum, presbyteri a tergo eorum resideant, quos tamen sessuros secum metropolitanus elegerit: qui utique & cum eo judicare aliquid & definire possunt, diacones in conspectu episcoporum stent*. Quem ritum servatum etiam fuisse in synodo Lateranensi, a S. Martino papa pro condemnatione Cyri patriarchæ Alexandrini, & aliorum celebrata, in ejus vita num. III. his diserte declaratur: *Et fecit synodum secundum instituta patrum orthodoxorum in ecclesia domini Salvatoris juxta episco-*

lem usum [d] *contemnens, adversus eamdem venerationem sacrarum imaginum Dei & domini nostri* Jesu *Christi, & sanctæ genitricis ejus semperque virginis immaculatæ* [e] *atque gloriosæ* Mariæ, *beatorum apostolorum & omnium sanctorum depositor* [f] *atque destructor & profanator, vel blasphemus extiterit, sit* [g] *extorris a corpore & sanguine domini nostri* Jesu *Christi, vel totius ecclesiæ unitate atque compage*. Quod & subscriptione sua universi [h] solemniter firmaverunt, & inter cetera instituta [3] probabilium prædecessorum orthodoxorum pontificum annectenda sanxerunt.

IV. Post peractum igitur hoc memoratum superius synodale constitutum, iterum misit [a] alia similiter scripta commonitoria pro erigendis sacris imaginibus per Constantinum defensorem; quæ similiter, ut anteriora, detenta sunt, & portitorem eorum pene per annum integrum fortissima custodia constrinxerunt. Postmodum autem vi auferentes ab eo ipsa scripta, & comminantes ei, [b] post tanti temporis custodiam cum injuriis eum remiserunt. Cuncta etiam generalitas istius provinciæ Italiæ similiter pro erigendis imaginibus supplicationis scripta unanimiter ad eosdem principes direxerunt: quæ & ipsa similiter, ut anteriora, [c] detenta sunt a Sergio patricio [d] & stratego ipsius [e] insulæ Siciliæ: ac fere per octo

VARIANTES LECTIONES

pluribus stantibus. *d* Vat. I. & IV. *contempnens*. *e* Vat. VIII. *adque gloriosa*. *f* Idem, *adque destructor*. *g* Vat. III. *exterus*. *h* Vat. I. *sollempniter*.

IV. *a* Vat. I. *alia similia*. *b* Vat. I. & VIII. *post tot temporis*. *c* Idem Vat. VIII. *abstulta sunt*, Vat. I. *ablata sunt*. *d* Vat. I. *exstratigo*, editi *exstratico*, Vat. IV. & Farnes. ut in contextu. *e* Vat. III. *provinciæ Siciliæ*.

Sic

NOTÆ

scopium Lateranense; residentibus episcopis & presbyteris, adstantibus diaconibus & universo clero &c.

3. PROBABILIUM PRÆDECESSORUM &c.) Qui docti scilicet ac sanctæ probatæque vitæ fuere. Gratian. Decret. X. quæst. I. can. XI. *Quod si ipse* (episcopus) *aut languore detentus, aut aliis*

octo menses detenti portitores, remissi sunt similiter cum exprobrationis injuria. Iterum faciens domnus papa adhortatorias literas pro erigendis sacris imaginibus, & orthodoxæ fidei firmitate, direxit per Petrum defensorem [f] ad regiam urbem tam [1] Anastasio invasori sedis Constantinopolitanæ, quamque principibus Leoni & Constantino.

V. Hic venerabilis papa [1] sex [a] columnas onychinas [b] volubiles, concessas [c] [2] ab Eutychio exarcho, duxit in ecclesiam beati Petri apostoli: quas statuit [d] circa presbyterium ante confessionem, tres a dextris & tres a sinistris, juxta alias antiquas sex [e] [3] filopares, super quas posuit trabes, & vestituit eas argento mundissimo: in qui-

VARIANTES LECTIONES

f Sic Vat. IV. alii vero codices mss. *apud regiam urbem*.

V. *a* Vat. I. & reliqui, *columpnas*. *b* Vat. IV. ut in contextu, ceteri, *volutiles*. *c* Idem, *ab Eutytio*. *d* Vat. I. *erga presbyterium*. *e* Vat. IV. & Farnes. *philopares*, editi, *filiopares*, reliqui ut in contextu.

Farnes.

NOTÆ

aliis occupationibus implicatus id explere nequiverit, presbyteros probabiles, *&* *diaconos mittat, qui redditus basilicarum & reparationes, & ministrantium vitam inquirant*.

IV. 1. ANASTASIO INVASORI &c.) Quem Leo imperator uti suæ impietatis & hæresis complicem, Germano viro sanctissimo expulso, in illius sede collocavit, ut superius in Gregorio II. num. XXIV.

V. 1. SEX COLUMNAS ONYCHINAS VOLUBILES) Ex alabastro scilicet, ut puto, striatas, & ob strias undique in gyrum ductas sic appellatas. Ita infra in Leone III. num. LVII. *simulque &* columnas volubiles *tam in ingressu corporis dextra lævaque ex parte virorum ac mulierum paria octo* &c. & num. CXXIX. *Fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui farum* volubilem *ex argento purissimo* &c.

2. AB EUTYCHIO EXARCHO) Qui ad A. C. 752. exarchatum gessit; quum nempe, ab Aistulpho Langobardorum rege ipsa Ravennatum urbe occupata, in Græciam aufugere fuit coactus, ut Rubeus refert lib. IV. Histor. Ravenn. pag. 221.

3. FILOPARES) Æquales nempe, atque ut puto, ordine ac magnitudine pares. Macer ex Card. Baron. *lithoparias* legit, a λίθος *lapis*, & Πάρος *Paros* insula, ubi lapidicina celebris: inde subdit, *sed in aliquibus codicibus* (bujus Libri Pontificalis) *corrupte* filopares *legitur*. Atqui fere in omnibus *filopares*, duobus exceptis, in quibus *philopares*, in nullo vero *lithoparias* legimus. In Leone III. ut videbitur num. VI. *vela quatuor* filoparia *Alexandrina* se se offerunt, æqualia scilicet. Et in Leone IV. num. LXVI. *gabatas de argento purissimo numero* VI. *Tres quidem* filopares *signo*

quibus sunt expressæ ab uno latere effigies Salvatoris, & apostolorum, & ab alio Dei genitricis, & sanctarum virginum: posuitque super eas [4] lilia, & pharos argenteos, pensantes [f] in unum libras DCC.

VI. [1] Fecit quoque oratorium intra eamdem basilicam juxta arcum principalem [a] [2] in parte virorum: in quo recondidit, in honorem domini Salvatoris sanctæque ejus genitricis, reliquias sanctorum apostolorum, vel omnium sanctorum martyrum, confessorum, [b] atque virginum, perfectorumque justorum in toto orbe terrarum quiescentium. [c] Quorum festis vigiliarum atque natali-

VARIANTES LECTIONES

f Fatnes. *in universum lib.* LXX. ut in vulgatis.

VI. *a* Vat. IV. *partis virorum*. *b* *atque virginum*) Ex eodem Vat. IV. ista accedunt, MSS. plerique, *confessorum perfectorum justorum toto in orbe terrarum requiescentium*, Alex. II. *omniumque sanctorum apostolorum, martyrum, & confessorum*. *Hic diaconiam* &c. *Sergii & Bacchi*, & reliqua, quæ infra num. XIII. habentur. *c* Vat. I. & alii nonnulli, *Quorum festa*, Vat. IV. ut in contextu.

MSS.

NOTÆ

signo Christi &c. quæ Maeti lectionem amplectendam non esse omnino suadent.

4. LILIA ET PHAROS ARGENTEOS &c.) Hoc est, epistilia marmorea ad liliorum similitudinem efformata, & super ipsa lampades argenteas, *pharos* appellatas. In eodem Leone III. num. CXIII. *super ipsas columnas* lilia *poni fecit, & super ipsa* lilia *ex metallis marmoreis platonias posuit*. Et in Leone IV. num. LXVI. *fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui arcus cum columnis &* liliis *de argento purissimo tres* &c.

VI. 1. FECIT QUOQUE ORATORIUM &c.) De quo Romanus basilicæ Vaticanæ canonicus in descriptione ejusdem basilicæ pag. 15. *In choro*, ait, *canonicorum est altare, sive potius oratorium beatæ* MARIÆ *matris domini nostri* JESU *Christi: in quo oratorio beatæ recordationis Gregorius papa III. recondidit*, & reliqua, ut hic. Postmodum subdit: *Inter quas* (reliquias) *ut a nostris majoribus accepimus, recondidit corpus sancti Gabini presbyteri, cujus altare mansit ibi usque ad tempora nostra*.

2. IN PARTE VIRORUM) Mos in ecclesiis diu servatus, ut mulieres a viris separatæ ibi orarent. Amalar. de Offic. Eccles. lib. III. cap. II. *Masculi stant in australi parte, & feminæ in boreali*. Quem quidem ritum ab Hebræis etiam servatum fuisse, Ezechielis locus nos docet, cap. nempe VIII. num. 14. ubi hæc: *& introduxit me per ostium portæ domus Domini, quod respiciebat ad Aquilonem: & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem*: & num. 16. *Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in ostio templi Domini inter vestibulum & altare quasi viginti quinque viri dorsa habentes contra templum Domini, & faciem ad Orientem: & adorabant ad ortum Solis*.

A MO-

taliciorum per ordinem exiſtentium [3] a monachis trium monaſteriorum illic ſervientium [d] quotidie miſſas in eodem loco celebrari juſſit, [e] inſtituens, in canone ita a ſacerdote dicendum: [4] *Quorum* [f] *ſolemnitas hodie in conſpectu tuæ majeſtatis celebratur, domine Deus noſter, toto in orbe terrarum*. Quam inſtitutionem [g] in eodem oratorio in tabulis lapideis [h] conſcribere fecit.

VII. [1] Et faciens ibi pergulam, contulit dona diverſarum ſpecierum, id eſt [a] gabatas [b] aureas duas, [2] & alias [c] ſaxiſcas quinque, cruces aureas quatuor, [d] cruces argenteas IIII. ſimiles, [3] amulas argenteas ſuper auratas pen-

VARIANTES LECTIONES

d MSS. omnes ubique, *cotidie*. *e* Sic Vat. III. *f* Iidem MSS. paſſim, *ſollempnitas*. *g* Vat. III. *in eodem loco*. *h* Ita Vat. I. & III. alii, *conſcribi fecit*.

VII. *a* Vat. IV. *gavatas*, alii, *gabathas*. *b* Vat. III. *argenteas*. *c* Vat. idem, *axiſcas*. *d* Sic idem: alii, *Item cruces argenteas ſimiliter decem*. Sic Vat. I. ceteri, *pa-*

NOTÆ

3. A MONACHIS TRIUM MONASTERIORUM &c.) Id eſt, SS. Joannis & Pauli, a Leone I. ædificati, S. Stephani Majoris, *Catabarbara*, ſeu *Catagalla*, a Galla patricia Romana ſic nuncupati, & S. Martini, ubi nunc SS. Leonum pontificum ſacellum: de quibus ſupra in Leone I. num. VII. ubi tamen monaſterio SS. Joannis & Pauli prætermiſſo, S. Stephani Minoris monaſterium ſecundo loco numeravimus.

4. QUORUM SOLEMNITAS &c.) Walafridus Strabo de Reb. Eccleſ. cap. XXII. *Quod*, inquit, *quia ſpecialiter ad illam pertinet celebritatem* (omnium ſcilicet ſanctorum) *non eſt canoni, qui generaliter dicitur, adnotatum*.

VII. 1. ET FACIENS IBI PERGULAM &c.) Dominico Macro eſt ambulacrum, quo, ut ei videtur, eadem monaſteria baſilicæ jungebantur, atque inde quum per illam ad baſilicam tranſitus eſſet, idem eſſe putat, ac *Tranſenna*, quæ ſupra in Xyſto III. num. V. & pluries in hoc libro occurrit. Hic vero tectum illud eſſe inſtar pergulæ, columnis quatuor ſuffultum, quod in nonnullis veteribus urbis eccleſiis ante altare majus erigitur, vide in Leone III. num. XXXIV. & in Leone IV. num. LVII. *Et in pergula ejuſdem eccleſiæ, quæ eſt ante altare majus, ſuſpendit lilium de argento* &c.

2. ET ALIAS SAXISCAS) Vide ſupra in Hormiſda num. X. In Leone IV. num. LVIII. *& gabatas* ſaxiſcas *penſantes in unum lib. XII. & ſemis*, & num. LXVI. *& unam* (gabatam) *interraſilem, quæ eſt* ſaxiſca &c. Dominicus Macer in Hierolex. *ſaxicas* legit. *Dicitur*, inquit, ſaxica, *quia ad formam conchiliæ marinæ fabricata erat, &* ſaxica *dicitur conchilia, quia in ſaxis nutritur*. Et in Leone III. num. IX. *gabatam* argenteam *ſaxiſcam* legimus, uti etiam alibi.

3. AMULAS ARGENTEAS &c.) Vide Tomi I. Indicem, verbo, *Amæ aureæ & argenteæ*.

FI4

pendentes numero IIII. [4] fibulatoria aurea quinque, [5] coronam auream cum cruce, gemmis ornatam, ſuper altare pendentem: patenas & calices aureos cum gemmis, duos: [e] aquamanus argenteas duas: imaginem ſanctæ Dei genitricis habentem diadema aureum cum gemmis, & collare aureum [f] cum gemmis, & inaures pendentes cum ſex hyacinthis. Faciem quoque altaris & confeſſionem [6] cum ſex [g] regiolis veſtivit argento. In tribus etiam lateribus altaris poſuit cruces argenteas tres, penſantes in unum [h] libras XXXI. [7] caniſtra ſex argentea: [i] duos calices argenteos quotidianos: coronulas argenteas quinque, [8] & calicem [k] aureum unum, qui pendet in abſida ipſius oratorii: & ſuper eamdem abſidam cruces argenteas tres, & cetera, quæ in ornamento pergulæ, [l] ſeu & in veſtibus altaris ordinata ſunt.

VIII. Fecit etiam in eccleſia ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe per circuitum ſuper columnas [1] regulare

can-

VARIANTES LECTIONES

paria duo. e Ita Vat. IV. reliqui, *aquamanile argenteum, par unum*. f Vat. I. *in gemmis pendentibus inaures habentes hyacinthinas* VI. g In editis vero legitur, *regulis*. h Vat. I. *lib.* XXXVI. i Vat. I. *calicem argenteum cotidianum*: ſic etiam Vat. IV. k Vat. I. *argenteum*. l Vat. III. *ſeu in veſte altaris*.

Sic

N O T Æ

4. FIBULATORIA &c.) Infra in Leone IV. num. CIV. *Fibulatoria majora & minora quinque*.

5. CORONAM AUREAM &c.) Ex illis, quæ ornatus cauſſa ſuper altaria pendere ſolebant: de quo hic fere innumera exempla occurrunt.

6. CUM SEX REGIOLIS &c.) Feneſtellis nimirum, ſeu parvis januis, a *regia* derivatis, quæ pro janua paſſim in hoc libro ſumitur. Vide ſupra in Conone num. I. & in Sergio num. XI.

7. CANISTRA SEX ARGENTEA) Hoc eſt, lampades inſtar caniſtri fabrefactas. In Hadriano I. num. LXXXIII. *Fecit in eccleſia beati Petri per diverſa oratoria caniſtra argentea numero* XII. &c. *& in eccleſia ſanctæ Dei genitricis* MARIÆ *trans Tiberim fecit caniſtra argentea* V. &c.

8. ET CALICEM AUREUM UNUM, QUI PENDET &c.) Lampada itidem ad modum calicis efformatam. Sic infra in Leone IV. num. CVIII. ſeſe offerunt *calices* (hoc eſt lampades) *ex argento puriſſimo, qui pendent ſuper arcum principalem* baſilicæ S. Petri.

VIII. 1. REGULARE CANDELARUM &c.) Virgam ſcilicet ferream oblongam argento, vel auro obductam, ad

quam

candelarum ad inſtar eccleſiæ beati Petri apoſtoli. Fecit & ibidem [a] [2] in oratorio ſancto, quod Præſepe dicitur, imaginem auream Dei genitricis, amplectentem Salvatorem, dominum Deum noſtrum, ornatam gemmis diverſis, penſantem libras v. Ipſe renovavit tectum [b] [3] ſancti Chryſogoni martyris, [4] & cameram, ſive parietum picturas. Fecit etiam ibi [c] ciborium de argento, [5] ſeu arcus quinque, [d] penſantes in unum libras [e] ccx. Obtulit ibi coronas argenteas quatuor, [6] phara canthara duo, patenam argenteam unam, [f] calicem argenteum unum: ſeu etiam & veſtes altaris, necnon & vela ſerica alba [7] ornata [g] blatto, circumquaque pendentia.

Con-

VARIANTES LECTIONES

VIII. *a* Sic Farneſ. Alii *candelabrum*, Baron. *candelabrorum*. *b* Vat.I. & IV. *ſancti Griſogoni*. *c* Vat.VIII. & Alex.II. atque alii ubique, *cyburium*. *d* Vat.III. *pendentes*. *e* Vat. I. & Alex.II. CCXX. *f* Vat. III. *calices argenteos*. *g* Idem, & Flor. *balteis*, Vat.IV. *blattio*, Vat.I. aliique, ut in contextu.

Vat.IV.

NOTÆ

quam candelabra in eccleſia per ordinem diſpoſita appendi ſolebant. Alibi vero *regularem* maſculino genere ſcribitur, & abſolute ponitur, ut præ ceteris in Hadriano I. num. LXII. *ubi & regularem ex argento inveſtitum fecit; & poſuit ſuper eumdem* regularem *præfatas tres imagines*: & paullo poſt: *in medio presbyterii faciens alium* regularem *ex argento inveſtitum* &c.

2. IN ORATORIO SANCTO &c.) Quæ vox, *oratorium* ſcilicet, ut hactenus vidimus frequentiſſima eſt: illudque a ſacello, quod & *capella* nuncupatur, omnino differre exiſtimat Dominicus Macer in Hierolex. *Oratorium*, ait, *differt a capella, quia hæc dicitur publicum oratorium, & non poteſt erigi abſque diœceſani licentia*, citatque lib. V. tit. VII. cap. IV. Sexti Decret. ubi tamen hæc differentia poni non videtur, quum ibi *oratoria*, vel *capellæ*, uti ſynonima, proferantur.

3. SANCTI CHRYSOGONI) Cujus eccleſia trans Tiberim poſita, collegiata eſſe deſiit ſub Eugenio IV. ut ex Grimaldo mihi non ſemel laudato, cap. III. & Carmelitis conceſſa, qui eam adhuc inhabitant.

4. ET CAMERAM) Id eſt, ipſius eccleſiæ abſidam, ſeu tribunam. De qua in Indice Tomi I. verbo *Abſida*.

5. SEU ARCUS QUINQUE) Pluries iſtorum arcuum mentio, qui ad eccleſiæ ornatum erant, ut in eodem Indice adnotatum fuit verbo *Arcus*.

6. PHARA CANTHARA DUO) Lampadaria ſcilicet, a *Pharo* maris Ægyptii inſula, in cujus olim turri, a Soſtrato Cnidio ædificata, lampas pro navigantibus noctu accenſa manebat, & a *canthara*, propterea quod hujus formam lampades illæ, quibus eadem pharacanthara, ſeu lampadaria inſtruebantur, referebant.

7. ORNATA BLATTO) leg. *blatta*;

IX. Construxit & monasterium circa eumdem titulum sanctorum martyrum Stephani, Laurentii, atque Chrysogoni; constituens ibidem [1] abbatem & monachorum congregationem, ad persolvendas Deo laudes in eodem titulo diurnis atque nocturnis temporibus [a] ordinatam, secundum instar officiorum ecclesiæ beati Petri apostoli: [2] segregatum videlicet a jure potestatis presbyteri prædicti tituli. In quo monasterio pro sustentatione sanctorum virorum prædia & dona, [b] [3] atque familias largitus est. Sed & alii diversi fideles & amatores domini nostri Jesu Christi [c] eidem monasterio sanctorum martyrum prædia & dona multa [d] devotissime contulerunt. Si-

VARIANTES LECTIONES

IX. *a* Vat. IV. *ordinatum*. *b* Ita Vat. III. Ceteri, *atque familiam*. *c* Vat. I. & III. *in eodem monasterio*. *d* Vat. I. *devotissimi*.

Vat. I.

NOTÆ

ta: alibi *de blattin*, & in Gregorio IV. num. XXII. & inde sparsim, *de blatta Byzantea*: purpura scilicet, a voce Græca σλάττιον, quæ os narium anterius piscis ejusdem purpuræ, seu muricis explicatur.

IX. 1. ABBATEM ET MONACHORUM &c.) Quos archipresbyterum seu priorem, & clericos sæculares in communi viventes fuisse, Jacobi Grimaldi sententia est: idque pluribus demonstrare nititur in MS. mihi pluries laudato, ut supra in Leone I. num. VII. & in Gregorio II. num. III. adnotatum fuit.

2. SEGREGATUM VIDELICET A JURE &c.) Ecclesiarum urbis monasteria presbyteris ipsis titularibus subjecta minime fuisse, ab Innocentio III. etiam declaratur in Decret. lib. III. tit. XXXVII. cap. II. *de Capellis monachorum*: ubi generalis observatio in urbe fuisse dicitur, *ut nullum monasterium titulo sit subjectum*; *incongruum* enim, ut ibi subditur, *videbatur*, *ut regulares sæcularibus supponantur*. Quæ postrema Grimaldi sententiam, monachos nempe illos, qui ecclesiarum sæcularium servitio addicti erant, non regulares, ut ibi monachi S. Laurentii in Piscinula denominantur, sed sæculares fuisse, firmam non adeo esse ostendunt. Quod Urbanus etiam III. manifeste designat ibidem cap. 1. ubi *ad curam monasterio subjectam non monachos, sed sæculares clericos præficiendos esse* decernit. Et Panvin. in libro de VII. urbis Eccles. pag. 132. ubi de monasterio SS. Joannis Baptistæ, Joannis Evangelistæ, & Pancratii, monachos ejusdem monasterii, basilicæ Lateranensi inservientes, a canonicis ipsius basilicæ alios omnino facit.

3. ATQUE FAMILIAS) Id terræ spatium *familia* explicatur, quod unica die arari valeat, vel quod ad unius familiæ sustentationem sufficiens sit. Beda lib. IV. cap. III. Histor. Eccles. *Cui etiam*, inquit, *rex Wlfheri donavit terram*

X. [a] Simili modo renovavit monasterium sanctorum Johannis Evangelistæ, & Johannis Baptistæ, & sancti Pancratii secus ecclesiam Salvatoris [1] antiquitus institutum: quod ab omni ordine monachico extiterat nimia incuria destitutum: in quo prædia & dona contulit; & quæ [b] invenit de ipso monasterio alienata, reddito pretio, in eumdem locum restituit: ubi & congregationem monachorum & abbatem constituit, ad persolvenda quotidie sacra officia laudis divinæ in basilica Salvatoris domini nostri JESU Christi, quæ Constantiniana nuncupatur, juxta Lateranis, diurnis nocturnisque [c] horis ordinatam, juxta instar officiorum ecclesiæ beati Petri apostoli. Item [2] imaginem sanctæ Dei genitricis antiquam deargentavit ac investivit argento mundissimo, pensantem libras L. Item fecit patenam auream magnam cum diversis lapidibus, pensantem libras XXVI. [d] calicem quoque aureum cum

VARIANTES LECTIONES

X. *a* Vat. I. & III. *Simili etiam modo*. *b* Iidem, *invenerat*. *c* Vat. I. & IV. *temporibus*, ut supra. *d* Vat. I. & III. *& calicem similiter cum gemmis pens. lib.*

NOTÆ

ram quinquaginta familiarum *ad construendum monasterium* &c.

X. 1. ANTIQUITUS INSTITUTUM) Etenim sub Pelagio papa A. C. 578. non 68. ut in Chron. Casin. prave legitur, a monachis Casinensibus constructum fuerat; quum nempe, monasterio illorum a Langobardis devastato, Romam confugerant. Panvin. loco superius citato, pag. 134. *Quo vero tempore*, ait, *monachi eo loco cesserint, & canonici multiplicati monachorum munia in psallendo, & horas canonicas cantando supplere cœperint, incompertum. Certum est aliquot sæculis post canonicorum tantum Lateranensium, qui monachorum more in communi vivebant, prioremque, qui abbatis loco omnibus præesset, habebant, mentionem fieri, monachis omnino præteritis* &c. Quamdiu vero iidem monachi in eo monasterio degerint, ex Chronica superius laudata cap. II. fit manifestum, ubi hæc: *ibique*, hoc est, in eodem monasterio Lateranensi, *per centum ac triginta annos, quod Casinense monasterium destructum permansit, habitaverunt*. Quare, si lectio eadem vulgata *centum ac triginta* annorum, retinenda est, jam usque ad A. C. 708. qui primus fuit pontificatus Constantini papæ, ibi eos permansisse liquet.

2. IMAGINEM SANCTÆ DEI GENITRICIS ANTIQUAM &c.) Quo quidem tempore iconomachi imperatores sactas ubique imagines persequebantur, ex hoc nil magis sanctissimo huic pontifici cordi fuisse videtur, ut hactenus patuit, quam sanctorum, ac potissimum

cum gemmis, pensantem libras XXVIIII. Similiter & evangelia aurea [e] cum gemmis, pensantia libras XV.

XI. Fecit autem & tectum [a] noviter, simul & cameram [1] sancti Andreæ apostoli ad sanctum Petrum apostolum, quam & depinxit: & fecit ibi imaginem auream beati Andreæ cum gemmis, pensantem libras VIII. & [b] intro confessionem vestivit argento, quam deauravit auro purissimo. Item [2] basilicam sancti Callisti [c] pontificis & martyris pene a fundamentis dirutam, novis fabricis cum tecto construxit, ac totam depinxit: ubi contulit patenam argenteam & calicem, [d] seu & vestem altaris. Item tectum [3] basilicæ sanctorum Processi & Martiniani a novo construxit, subposita pila fabricis fortissimis, post eorumdem sanctorum veneranda corpora, ad firmitatem murorum basilicæ sanctæ.

XII. Item [1] in ecclesia beati Genesii martyris tectum noviter restauravit: ubi & altare erexit in nomine Salvatoris domini nostri Jesu Christi, in quo contulit pate-

te-

VARIANTES LECTIONES

lib. XXXIIII. *e* Iidem, *in gemmis*. Sic etiam alibi.

XI. *a* Vat. I. *a noviter*. Ita ubique. *b* Vat. IV. & VIII. *introgressionem*. *c* Vat. III. *martyris & pontificis pene a fundamento* &c. *d* Vat. IV. *seu & vestes altaris*.

Vat. III.

NOTÆ

Salvatoris, ejusque sanctissimæ matris imagines vel novas facere, vel antiquas restituere & ornare.

XI. 1. SANCTI ANDREÆ APOSTOLI &c.) Hujus ecclesiæ, quæ ad sanctum Petrum dicitur, est hodie illius basilicæ sacrarium, forma rotundum. Cujus mentio fit etiam in Symmacho num. VI. in Honorio num. II. in Sergio num. X. & infra in Hadriano I. num. XLVI. in Leone III. num. VII. & alibi.

2. BASILICAM SANCTI CALLISTI &c.) Hoc est, S. MARIÆ trans Tiberim, a Callisto papa, ubi Pontiani domus ædificata, ut supra in ejus vita num. III.

3. TECTUM BASILICÆ SANCTORUM PROCESSI ET MARTINIANI) Quæ supra illorum cœmeterium via Appia fuerat ædificata. S. Gregorii homilia XXXII. lib. II. *Ad populum in basilica* (eadem) *SS. Processi & Martiniani die natalis eorum habita* dicitur.

XII. 1. IN ECCLESIA BEATI GENESII) De quo in Martyrol. ad diem XXV. Augusti. Verum quo loco ejus ecclesia sita fuerit, compertum mihi non est.

TE-

tenam argenteam & calicem, ſeu coronam argenteam cum delphinis ſex, nec non & coronulam auream cum cruce,[a] pendentem ſuper altare. Item in baſilica ſanctæ Dei [b] genitricis, quæ ad martyres dicitur,[2] tectum [c] vetuſta carie demolitum [d] purgari fecit ad purum, & [e] cum calce abundantiſſima, ſeu chartis plumbeis [f] a novo reſtauravit, & quæque per circuitum ejuſdem tecti fuerant diſſipata, novo nitore conſtruxit. Item baſilicam ſanctæ Dei genitricis, [3] quæ [g] in Cyro dicitur, in qua antea diaconia, & parvum oratorium fuit, a fundamentis [h] longiorem & latiorem conſtruxit, atque [i] depinxit.

XIII. Item [1] diaconiam ſanctorum martyrum Sergii & [a] Bacchi, ſitam ad beatum Petrum apoſtolum, in qua pridem [b] parvum oratorium erat, a fundamentis ampliori fabrica dilatavit: & concedens omnia, quæ in uſum [c] diaconiæ exiſtunt, ſtatuit, perpetuo tempore pro ſuſtentatione pauperum in diaconiæ miniſterio deſervire. Item in

VARIANTES LECTIONES

XII. *a* Vat. III. *pendente*. *b* Alex. II. *genitricis ad Martyres*, Vat. I. *quæ ad Martyres, tectum* &c. Farneſ. *quæ appellatur ad Martyres*. *c* Vat. I. aliique, *vetuſta caria*, Alex. II. *vetuſtate*, editi, *vetuſta incuria*, Vat. IV. ut in contextu. *d* Var. I. & III. *purgare*. *e* Alex. II. *cum calce abundantiſſimo*. *f* Vat. III. *noviter*. *g* Vat. VIII. *Ad cyro*, Flor. *Ad gyro*, Farneſ. *Aquyro*. *h* Vat. III. *longioris & latioris fabrica* &c. *i* Vat. I. *depincxit*.

XIII. *a* Vat. I. *Bachi*. *b* Alex. III. *oratorium parvum*. *c* Idem, *diaconorum*. Vat. III.

N O T Æ

2. TECTUM VETUSTA CARIE DEMOLITUM &c.) Quo nempe vetuſtiſſima & immanis ipſius templi teſtudo tegebatur.

3. QUÆ IN CYRO DICITUR) Eadem quæ *in Aquiro*: cui hodie adnexa eſt domus ſeu collegium orphanorum. In Leone III. num. LXX. *Et in diaconia ſanctæ* MARIÆ in Cyro *fecit coronam ex argento* &c. & in Gregorio IV. num. XVII. *Immo & in diaconia, quæ vocatur* Cyro, *ſimili modo obtulit veſtem de fundato*.

XIII. 1. DIACONIAM SANCTORUM SERGII ET BACCHI) Sub Capitolio, retro ſcilicet vetus Concordiæ templum, cui proxima eſt eccleſia ſancti Petri (ſupple *in Carcere*) apud quam ſita fuiſſe dicitur. Poſtmodum, ut Grimaldus ex libro Cencii Camerarii, *ab Innocentio III. ſolo æquata, & in beneficium ſimplex*, Canonicatus *nuncupatum*, con-

[2] in cœmeterio beatæ Petronillæ stationem [d] annue dari instituit: ubi obtulit coronam auream, calicem, & patenam argenteam, seu & alia diversa ad ornatum ecclesiæ pertinentia. [3] Item [e] accubita, quæ sunt ad beatum Petrum, [f] in ruina posita, a fundamentis noviter restauravit, [g] atque depinxit. Item [4] in basilica beati Marci, sita foris muros hujus civitatis Romanæ, via Appia, tectum [h] dirutum a novo refecit. Item in ecclesia beati Pauli apostoli mutavit trabes quinque, atque totum ejus basilicæ tectum ab arcu altaris [5] usque ad regias recurrens extruxit atque restauravit. Mutavit quoque trabes in ecclesia sanctæ Dei genitricis Ad præsepe, numero quinque. Fecit vero a novo ecclesiam sanctorum Marcellini & Petri juxta Lateranis. [6] In cœmeteriis quoque beatorum martyrum Januarii, Urbani, Tiburtii, Valeriani, & Maximi, eorum tecta in ruinis posita [i] a novo refecit. Hu-

VARIANTES LECTIONES

d Vat. III. *annuam dari constituit*. *e* Vat. IV. *ad accubida*. *f* Sic Alex. II. Alii, *in ruinis*. *g* Idem, *atque pinxit*. *h* Idem, *diruptum*. *i* Idem, *a novo perfecit*.

Quæ

NOTÆ

conversa, in ecclesia S. Hadriani sub vocabulo SS. Sergii & Bacchi.

2. IN COEMETERIO BEATÆ PETRONILLÆ) Juxta viam Ardeatinam, cœmeterio Prætextati adhærens, atque idem, quod *SS. Nerei & Achillei*: ita denominatum, ob sepulturam, & ipsis postmodum in eo datam. Vide Bosium lib. III. cap. XIX. Romæ Subter.

3. ITEM ACCUBITA) Hoc est, cœnacula seu triclinia, sedilibus pro accumbentibus referta, ubi pontifices solemnioribus anni temporibus prandium ecclesiæ primaribus dare soliti fuere. Ordo Rom. I. num. 12. *Deinde descendunt primates ecclesiæ ad accubita, invitante notario vicedomini, & bibunt ter, de græco semel, de pactis semel, de procoma semel*. De hoc triclinio Vaticano vide infra in Leone III. num. XXVII. ubi *Triclinium majus* dicitur, ab eodem pontifice refectum, & picturis ac musivis eleganter ornatum.

4. IN BASILICA BEATI MARCI &c.) Pontificis nempe, qui ecclesiam istam in via Ardeatina ædificavit supra cœmeterium Balbinæ, ubi etiam sepultus fuit, ut supra in ejus vita num. III.

5. USQUE AD REGIAS) Ita januæ appellatæ, uti supra in Conone num. I. & in Sergio num. XI. ac passim infra.

6. IN COEMETERIIS QUOQUE &c.) Quæ partes cœmeterii Prætextati in via Appia omnia sunt: ac singulis illius sancti, in iis postea conditi, nomen inditum.

CON-

XIV. Hujus temporibus [a] [1] concussa est provincia Romanorum, ditioni subjecta nefandorum Langobardorum, seu & regi eorum [b] Liutprando: veniensque Romam, in campo Neronis tentoria tetendit, deprædataque Campania, multos nobiles de Romanis, [2] more Langobardorum totondit atque vestivit. Pro quo vir Dei undique dolore constrictus [3] sacras claves ex confessione beati Petri apostoli accipiens, partibus Franciæ [c] Carolo, sagacissimo viro, qui tunc regnum regebat Francorum, navali itinere per missos suos direxit, id est, per Anastasium, sanctissimum virum episcopum, nec non & Sergium presbyterum, postulantes a præfato excellentissimo Carolo, ut eos a tanta oppressione Langobardorum liberaret.

XV. [a] Eodem tempore necessitate compulsus, [1] plurimam partem murorum hujus civitatis Romanæ restauravit,

VARIANTES LECTIONES

XIV. *a* Quæ hoc numero inde sequuntur, ex cod. Vat. Alex. III. suppleta sunt: neque enim in libris vulgatis, neque MSS. aliis sese mihi obtulerunt. *b* Cod. idem legit, *Leudprando*. *c* Ibidem, *Karolo*. Sic etiam infra.

XV. *a* Vat. IV. *Ejus temporibus*, reliqui, *Hujus temporibus*, Alex. III. ut in con-

N O T Æ

XIV. 1. CONCUSSA EST PROVINCIA ROMANORUM &c.) Id fusius infra in Zacharia num. II. & seq.

2. MORE LANGOBARDORUM TOTONDIT &c.) Romanos etiam peculiari sua tonsura attonsos fuisse, proditur infra in Hadriano I. pluribus in locis, nempe num. XXXII. ubi Romani pontificem obnixe deprecati fuisse dicuntur, *ut eos in servitium beati Petri sanctæque Romanæ ecclesiæ susciperet, & more Romanorum tonsurari faceret*: & num. XXXIII. *Tunc post præstitum sacramentum, omnes more Romanorum tonsurati sunt*: & paullo post idem dicitur de Firmanis, Auximanis, Anconitanis, aliisque, qui a Langobardorum exercitu deficientes, se pontifici tradiderunt.

3. SACRAS CLAVES &c.) Claves ex confessione, seu corpore beati Petri acceptas, post hunc pontificem alii etiam ejus successores Christianis regibus mittere consuevere, præsertim quum legatos ad eos dirigerent, ut sancti Petri ecclesiæque Romanæ auctoritatis ac jurium, quorum ipsæ claves insignia sunt, defensionem susciperent: quemadmodum a Leone III. papa, qui Carolo Magno eas misit, id peractum quoque fuisse Eginhartus in Annal. tradit.

XV. 1. PLURIMAM PARTEM MURORUM &c.) Quos Gregorius II. ejus decessor instaurare cœperat, sed impe-

vit, alimoniam artificum, & pretium ad emendam calcem de proprio tribuens. Hujus denique temporibus [b] [2] Gallensium castrum recuperatum est, pro quo quotidie expugnabatur ducatus Romanus a ducatu [c] Spoletino; [d] dans pecunias non parvas [e] Trasimundo duci eorum, ut cessarent bella & quæstiones, [f] & sic, ut potuit, causam finire, & in compage sanctæ reipublicæ, atque in corpore a Deo dilecti exercitus Romani eum adnecti præcepit.

XVI. Hic fecit vestes ad altaria, in ecclesia scilicet domini Salvatoris, sanctæ Dei genitricis, sanctorumque apostolorum Petri & Pauli, [1] atque Andreæ, [a] & ceterorum sanctorum in diversis ecclesiis. [b] In Centumcellensium quoque civitate muros dirutos pene a fundamentis fortissime construi fecit.

XVII. Hoc etiam constituit ([a] ut servata sunt secundum constitutum, quod a collegio sacerdotum [b] coram sacro corpore beati Petri factum est pro celebrandis [c] solemniis vigiliarum, atque missarum Christi domini Dei nostri, sanctæque ejus genitricis, vel omnium sanctorum apostolorum, martyrum, confessorum, virginum, perfectorumque justorum toto in orbe terrarum requiescentium)

VARIANTES LECTIONES

contextu, qui addit, *necessitate compulsus*, quæ in aliis non habentur. *b* Sic Alex. III. & Farnes. alii, *Galliensium*, ut in editis. *c* Vat. I. & IV. *Spolitino*, Alex. III. *Spolitano*. *d* Vat. IV. *datis pecuniis non parvis*. *e* Alex. III. *Transimundo*: sic etiam infra. *f* Vat. IV. *& sic causa finita est*.

XVI. *a* Alex. III. aliique, *& ceteras*, Vat. IV. ut in contextu. *b* Alex. III. *In Centumcellensi* &c. *muros diruptos a fundamentis fortissime construere fecit*, Vat. III. & Alex. II. *a fundamento* &c.

XVII. *a* Vat. I. *ut servata, & secundum*, Alex. III. *ut servatam secundum*, Vat. IV. ut in contextu. *b* Vat. VIII. *quoram*. *c* Idem, *sollempniis*.

MSS.

NOTÆ

peditum perficere non potuisse in ejus vita vidimus num. II.

2. GALLENSIUM CASTRUM &c.) Tusciæ suburbicariæ oppidum, *Gallese* Hortæ & Nepe proximum. Anonym. Raven. *Galenese*: in notis illius *urbs ceteris incognita* dicitur.

XVI. 1. ATQUE ANDREÆ) De qua ecclesia supra num. XI.

A MO-

tium) ut in oratorio, nomini eorum dedicato [d] intra ecclesiam beati Petri apostoli sub arcu principali, [1] a monachis vigiliæ [e] celebrarentur, & a presbyteris hebdomadariis missarum solemnia. [f] Iisdemque institutis disposuit, [2] ut in cœmeteriis, circumquaque positis Romæ, in die nataliciorum eorum luminaria ad vigilias [g] faciendas, [3] & oblationes de patriarchio [4] per oblationarium [h] deportarentur, ad celebrandas missas per quem providerit pontifex, qui pro tempore fuerit, sacerdotem.

XVIII. Hic fecit ordinationes tres per mensem Decembris; [a] presbyteros XXIIII. diaconos III. [1] episcopos per

Hæc

VARIANTES LECTIONES

d MSS. plerique, *intro*. *e* Vat. III. aliique nonnulli, *celebrentur*. *f* Farnes. *Isdemque*. *g* Idem, *faciendum*. *h* Vat. III. & Alex. III. *deportentur*.
XVIII. *a* Farnes. *presbyteros* XV. *diaconos* V. *episcopos* &c. XXVIII.

NOTÆ

XVII. 1. A MONACHIS VIGILIÆ CELEBRARENTUR) Hoc est, horas canonicas noctu ternis quoque horis psallendo, uti etiam supra num. VI.

2. UT IN COEMETERIIS &c.) Quod antea ab Joanne III. papa constitutum etiam fuerat, ut in ejus vita num. I.

3. ET OBLATIONES DE PATRIARCHIO &c.) Panem scilicet & vinum pro sacrificio missæ: quas, postquam a pontifice, cui a populo offerebantur, acceptæ fuere, *oblata* plerumque, raro *oblationes* denominatas fuisse observatur. Ordo Roman. V. num. 8. *Pergatque episcopus sustentatus a duobus diaconibus, & ceteris sequentibus primum ad viros* oblationem *cum vino facientes, dein ad feminas. Acolythus vero unus lineum pallium, ut mos est, factum, ante se tenens, accipiat a pontifice* oblatas. *Rediens itaque a populo pontifex, accipiat* oblationem *scholæ sine vino* &c. Hinc sacrosancta etiam eucharistia *oblata* dicta; quod ex iisdem oblationibus consecrabatur. Ordo idem Romanus num. 10. *Acceptis itaque illis, episcopus dividat inter eas sacrosanctum corpus consecratum, rumpatque unam* oblatam, *& ex ea particulam unam in corporale mittat, & aliam in calicem* &c. Ut in basilicam S. Pauli de oblationibus, in patriarchio Lateranensi pontifici factis, sex quotidie oblatæ pro totidem missarum sacrificio deportarentur, hujus pontificis decretum, quod *breve* dicitur, insculptum in ea exstat, quod inter Inscriptiones Antiquas ejusdem basilicæ pag. IV. num. 30. & apud Baron. ad A. C. 741. num. XII. legitur.

4. PER OBLATIONARIUM) Qui subdiaconus erat. Panvin. de Offic. Eccles. *Ex his porro subdiaconis*, inquit, *is* oblationarius *dicebatur, ad cujus per vices ministerium pertinebat suscipere oblationes, pontifici missam celebranti factas, & eas archidiacono præsentare*.

XVIII. 1. EPISCOPOS PER DIVERSA LOCA NUMERO LXXX.) His postea, ut in libris editis, ex Adone

per diversa loca numero LXXX. [b] Qui sepultus est in basilica beati Petri apostoli [2] III. Kal. Decembr. [c] per Indict. X. [3] & cessavit episcopatus [d] dies IIII.

VARIANTES LECTIONES

b Hæc vero, quæ in libris vulgatis leguntur, MSS. codices non agnoscunt. *c per Indict.* X.) Ex cod. Alex. III. accedunt. *d* Vat. I. alia manu, *dies* VIII. Catalog. III. quem priori Tomo præmisimus, *dies* IIII. ut in contextu.

N O T Æ

ne Viennensi adjecta ista fuere: *Qui etiam venerabilem Wlcarium in partibus Franciæ in civitate Vienna, dato pallio, archiepiscopum constituit*. Quæ a mss. codicibus tam Vaticanis, quam aliis, quos consulere potuimus, omnino absunt. De hoc vide Baron. ad A. C. 738. num. X.

2. IIII. KAL. DECEMBR. PER INDICT. X.) Id est die XXVIII. Novembris A. C. 741. quæ sepulturæ dies fuit.

3. ET CESSAVIT EPISCOPATUS DIES IIII.) A die scilicet XXVII. Novembris, qua obiit, usque ad XXX. ejusdem mensis diem, qua Zacharias ejus successor fuit pontifex renunciatus, tam nempe ejus obitus die, quam alia ordinationis Zachariæ enumerata.

XCI.

S. ZACHARIAS

A. C. 741. Constantini Copronymi imp. I.

I. [a] [1] ZACHARIAS, natione Græcus, ex patre [b] Polychronio [2] sedit annos X. menses III. [c] dies XIV. [d] Hic fuit vir mitissimus atque suavis, omnique bo-

VARIANTES LECTIONES

I. *a* In hujus pontificis signo plumbeo apud nos, ZACCHARIAS PAPA, per C duplex scribitur. Atque ita fortasse scriptum in ejus nummo, quem Mediolani in museo Comitis Mediobarbi vidit Mabillonius, ut in suo Itinere Ital. tradit, pag. 18. *b* Vat. I. *Polochronio*. Vat. IV. *Polieromo*, exscriptoris vitio pro *Policronio*. *c* Vat. III. & Alex. II. & Farnes. atque idem Vat. IV. & VIII. *dies* XV. Vat. I. & Alex. III. *dies* XIIII. ut in contextu. *d. Hic fuit*) Ita Vat. IV. Urbin.

N O T Æ

I. 1. ZACHARIAS &c.) Holstenius in suis ad hunc librum notis marginalibus, *Vita*, inquit, *Zachariæ papæ stilo nonnihil puriore & nervoso scripta est, & tota historica*.

2. SEDIT ANNOS X. &c.) A die XXX. Novemb. A. C. 741. Indict. X. usque ad XIV. mensis Martii A. C. 752. Hic

bonitate ornatus, amator [e] cleri & omnis populi Romani, tardus ad irascendum, & velox [f] ad miserendum, nulli malum pro malo reddens, neque vindictam secundum meritum [g] retribuens: sed pius ac misericors a tempore ordinationis suæ omnibus [h] factus est, [i] etiam iis, qui ante sui fuerunt persecutores, bona pro malis reddidit, eosque honoribus promovens, simul & facultatibus [k] ditavit.

II. [1] Hic invenit totam [a] Italiam provinciam valde turbatam, simul & ducatum [b] Romanorum, persequente [c] Liutprando Langobardorum rege, [2] ex occasione [d] Trasimundi ducis [e] Spoletini, [f] qui in hac Romana urbe, eodem rege persequente [g] refugium fecerat. Et dum a præ-

VARIANTES LECTIONES

e Urbin. *clericorum & omnium populorum Romanorum*, Vat. VIII. *clericorum, & omnis populi Romanorum*. *f* Vat. I. & Alex. III. *ad miserandum*, reliqui, ut in contextu. *g* Sic Alex. III. ceteri, *tribuens*. *h* Ita Alex. II. alii, *factus*. *i* Alex. III. ita: reliqui vero, *etiam & his, qui ante sui fuerant persecutores*. *k* Urbin. *ditabit* pro *ditavit*.

II. *a* Vat. III. *Italicam provinciam*. *b* Sic idem, & Vat. IV. & VIII. Alii vero *Romanum*. *c* Vat. IV. *Leuxprando*, Vat. III. & Alex. III. *Leudprando*, Vat. I. *Liudprando*, Flor. ut in contextu. *d* Vat. IV. Urbin. & Alex. III. *Transimundi*. *e* Vat. I. & Alex. III. *Spolitani*. *f* Vat. IV. *quia*. *g* Vat. III. & Alex. II. *perfugium*.

NOTÆ

II. 1. HIC INVENIT &c.) Propter bellum sub Gregorio III. ejus decessore, duos annos ante, hoc est, A. C. 739. a Liutprando Langobardorum rege excitatum. Zacharias ipse ad Austrobertum episcopum Viennensem scribens, cujus epistolam recitat Card. Baron. ad A. C. 742. num. XXX. *Langobardi*, inquit, *quorum sævitia ubique crevit, ita nostros fines devastant, ut (sicut de rege Babylonis propheta dicit) exossaverint nos*.

2. EX OCCASIONE TRASIMUNDI &c.) Sigon. lib. III. de Regno Ital. *Eodem anno* (ipsi 738.) *bellum grave*, inquit, *inter Langobardos est ortum, cujus contagione ipsa quoque Roma magnum est in discrimen adducta. Hoc bellum Trasemundus, dux Spoletanus, excivit. Is defectionem a rege moliens, pacem cum pontifice, urbis Romæ dominatum adepto, composuit, & fœdus atque amicitiam junxit, castro Galliensium reddito, cujus caussa Romanum ille ducatum diu habuerat infestissimum. Itaque ea societate subnixus, regis imperata facere detrectavit. Luitprandus* (sic ipse) *ad dignitatem præsidiumque regni eam pertinere defectionem ratus, paratum continuo adversus eum eduxit exercitum. Transemundus impetum regis non tulit, verum urbe elapsus, ad pontificem, novo prin-*

prædecessore ejus beatæ memoriæ Gregorio papa, atque ab Stephano quondam patricio & duce omnis exercitus Romani [3] prædictus [h] Trasimundus redditus non [i] fuisset; obsessione facta [k] pro eo ab eodem rege, [l] ablatæ sunt a ducatu Romano civitates quatuor, id est Ameria, [m] Hortas, [4] Polimartium, & [n] Blera. Et sic isdem rex Liutprandus [5] ad suum palatium est reversus per [o] mensem Augusti, Indictione VII.

III. Trasimundus vero dux, habito consilio cum Romanis, collectoque [a] generaliter exercitu ducatus Romani, ingressus est per duas partes cum eis in fines ducatus [b] Spoletini. [c] Ubi continuo timore ducti præ multitudine exercitus Romani, eidem Trasimundo se subdiderunt Mar-

VARIANTES LECTIONES

gium, Vat. VIII. *profugium*. *h* Vat. VIII. *Trasemundo*. *i* Idem, *fuissed*. *k* Alex. III. *per eumdem regem*. *l* Vat. VIII. *abstultæ*, Alex. III. *abstractæ*. *m* Vat. VIII. & Alex. II. & III. *Ortas*. *n* Vat. III. & VIII. & Alex. II. *Bleda*: ceteri, ut in contextu. *o* Vat. IV. *mense Augusti*.

III. *a* Libri editi, *generali*, MSS. ut in contextu. *b* Vat. I. *Spolitini*. *c* Alex. III. *Qui continuo timore ducti, Transimundo* &c. Vat. IV. *Cui continuo* &c. exer-

NOTÆ

principatu fulgentem, confugit, atque eum, ut se se tueretur, oravit. Qui & decessorem ejus (Gregorium nempe II.) *promptis nuper adversus exarchum auxiliis protexisset, & cum ipso fœdere se sanctissimo sociasset. Pontifex adhibito in consilium duce Stephano, ex ejus, & militum Romanorum sententia ipsum recepit in fidem* &c.

3. PRÆDICTUS TRASIMUNDUS REDDITUS NON FUISSET &c.) Sigon. ibid. hæc inde subdit. *Luitprandus, ducatu Spoletano prope sine certamine in potestatem redacto, Hildericum nepotem ei præfecit ducem, rebusque Spoletanis compositis, legatos ad pontificem misit, ac Transemundum sibi dedi postulavit, & ni dederet, bello se persequuturum urbem, ostendit. Pontifici haudquaquam e fide dignitateque sua est visum, ducem bene de ecclesia meritum, eumque socium, ac demum etiam dedititium ad supplicium tradere: omniaq; potius adversi belli incommoda patienda, quam tantam fidei jacturam faciendam, ex communi Romanorum consilio ratus haudquaquam se dedere velle hominem dixit.*

4. POLIMARTIUM) Vulgo *Bomarzo*, Tusciæ oppidum, quod pariter inter has & alias ducatus & ecclesiæ Romanæ civitates, quæ a Langobardis sub S. Gregorio Magno tunc etiam invasæ tenebantur, enumeratur, ut in ejus vita num. 11. De quo & infra num. XI.

5. AD SUUM PALATIUM EST REVERSUS &c.) Papiam scilicet, mense Augusti A. C. 739. dum adhuc VII. Indictio in cursu erat.

MAR-

[d] [1] Marsicani, [e] Furconini, [f] Balbenses, atque Pinnenses. Deinde ingressi per [g] Sabinense territorium, venerunt in Reatinam civitatem. [h] Quibus continuo & ipsi se subdiderunt Reatini. Exinde pergentes, ingressi sunt [i] Spoletum [2] per mensem Decembrium [k] Indictione VIII. [3] Tunc erat magna turbatio inter Romanos & Langobardos; quoniam [l] Beneventani, & Spoletini cum Romanis [m] tenebant.

IV. Sed dum isdem Trasimundus Spoletinus dux [a] nollet implere quæ prædicto pontifici, [1] & patricio simul & Romanis promiserat pro recuperandis quatuor civitatibus, quæ pro eo [b] perierant, & alia, quæ spoponderat capitula: & [c] prænominatus rex [d] ad motionem exercitus contra ducatum Romanum se præpararet; [e] in his prædictus beatæ memoriæ Gregorius papa divina voca-

VARIANTES LECTIONES

exercitus Romani, se tradiderunt, Vat. VIII. & Flor. ut in contextu. *d* Vat. VIII. *Marsiani*. *e* Vat. III. & IV. *Forconini*. *f* Ita Vat. VIII. alii, *Valvenses*, Alex. III. *Valenses seu Vicomenses*. *g* Vat. I. *Savinense*, Vat. VIII. *Savinienfe*, Vat. III. & Flor. *Raviniense*, *s* Langobardico pro *r*, cui simile, accepto: Alex. III. pejus, *Ravennense*. *h* Ita Vat. IV. ceteri, *qui continuo*. *i* Vat. I. *Spoletinum*, Alex. III. *Spoletium*. *k* Sic Vat. IV. & Urbin. ceteri, *prædicta Indictione*. *l* Vat. VIII. *Benebentani*. *m* Vat. IV. *juncti erant*.

IV. *a* Vat. I. *noluit*, Alex. III. *noluisset*, Vat. IV. ut in contextu. *b* Idem Vat. IV. *perdiderant*. *c* Vat. VIII. *præmonitus rex*. *d* Vat. I. & VIII. *ad monitionem*, Alex. III. *ad munitionem*, Vat. IV. *admonitione exercitus facta* &c. *se præparavit*. *e* Alex. II. *eodem tempore beatæ memoriæ* &c. Alex. vero III. *in iis prædictus* &c. reliqui, ut in contextu.

Vat. I.

NOTÆ

III. 1. MARSICANI &c.) A comitatu nempe Marsicano, *Furconini* a Furcone, *Balbenses*, seu *Valvenses* a Balba, atque *Pinnenses* a Pinna, hodie *Civita di Penna*, Marsorum & Pelignorum oppidis.

2. PER MENSEM DECEMBREM INDICTIONE VIII.) Quæ nimirum a Cal. Septembris ejusdem A. C. 739. inceperat.

3. TUNC ERAT MAGNA TURBATIO &c.) Quæ quidem ante eumdem mensem Decembrem, ac post mensem Augusti ejusdem anni exstitisse intelligi debet, quum vivente adhuc Gregorio papa hujus decessore, qui die XXVII. Novembris obiit, ea evenisse dicantur.

IV. 1. ET PATRICIO SIMUL &c.) Stephano scilicet, Romani exercitus duci, de quo supra num. II.

EXHOR-

catione ex hac luce ſubtractus eſt, & divino nutu prænominatus Zacharias in pontificatum eſt electus. Cui omnipotens Dominus tantam contulit gratiam, ut etiam pro ſalute populi Romani ſuam ponere animam non dubitaret.

V. Miſſa igitur legatione [a] apud jam dictum regem Langobardorum, ſalutaria illi prædicavit. Cujus ſancti viri admonitionibus inclinatus, prænominatas quatuor civitates, quas a ducatu Romano abſtulerat, reddere ſe promiſit. Dumque [b] motione facta, ad comprehendendum Traſimundum ducem, [c] Spoletum pergeret, [1] exhortatione ſancti viri exercitus Romanus in adjutorium prædicti regis [d] egreſſus eſt. Et dum ipſe Traſimundus ſuam deceptionem conſpiceret, egreſſus [e] a Spoletina civitate, ſe prædicto regi tradidit.

VI. Cumque iſdem rex protraheret dilationem ad reddendas [a] juxta ſuam promiſſionem [b] jam fatas quatuor civitates; prænominatus pontifex, ut vere paſtor populi ſibi a Deo crediti, [c] ſpem ponens in Deo, [1] egreſſus ex hac Romana civitate cum ſacerdotibus & clero, perrexit fiducialiter, [d] & audacter ambulavit [2] uſque ad Interam-

VARIANTES LECTIONES

V. *a* Vat.I. *aput*, Vat.IV. *ad*. *b* Vat.IV. *admonitione militum factis*, Alex.III. *admonitione facta*, Vat. I. *motione facta*, ut in contextu, *ad prabendendum* &c. *c* Ita Vat. IV. Ceteri, *Spolitanum*, vel *Spoletio conjungeret*, *ex adhortatione* &c. *d* Alex. III. *egreſſus eſſet*. *e* Vat. I. & VIII. & Alex.III. *ab Spolitina*, Vat. III. ut in contextu.

VI. *a* Flor. *juxta promiſſiones*. *b* Sic MSS. Editi vero, *jam factam*. *c* Vat.IV. *ſpemſuam*. *d* Vat. VIII. *& audacter ad ambulandum territorium Teramnenſium urbis*,

NOTÆ

V. 1. EXHORTATIONE SANCTI VIRI &c.) Etenim quum Traſimundus quæ pontifici ac Romanis jure jurando ſpoponderat, non adimpleviſſet, effecit, ut ab iis uti ſocius non amplius, ſed uti alienus & quaſi hoſtis haberetur.

VI. 1. EGRESSUS EX HAC ROMANA CIVITATE &c.) Exemplum nempe Gregorii II. ſequutus, qui eidem Liutprando in Neronis campo occurrens, ſui præſentia & eloquio ferocem illius animum demulſit, ut in ejus vita num. XXII.

2. USQUE AD INTERAMNENSIUM

ramnensium urbem, ubi in finibus Spoletinis ipse residebat rex. Qui dum [e] in Hortanam conjunxisset civitatem, ipseque rex ejus [f] cognovisset adventum, misit ad eum [g] Grimualdum missum suum, qui ei obvius factus, usque ad Narniensem civitatem eum perduxit.

VII. Ad cujus sancti viri adventum [a] obviam jam nominatus rex misit duces & [b] satrapas suos, pluremque exercitum: & a [c] Narniensium civitate octavo fere [d] milliario eodem rege eum suscipiente, [e] sextæ feriæ die perduxerunt [1] ad basilicam beati Valentini episcopi & martyris, sitam in prædicta [f] Interamnensium urbe ducatus Spoletini. Ante cujus fores scilicet isdem rex [g] cum optimatibus & reliquo exercitu suo sanctum virum suscepit: factaque oratione, [h] atque salutationem sibi mutuam persolventes, dum divinis eum fuisset commonitus colloquiis, [i] impensaque caritate, ab eadem egressus ecclesia, [2] in ejus obsequium rex dimidium fere milliarium perrexit: & sic in suis tentoriis [k] uterque eadem sextæ feriæ die sunt morati.

Sab-

VARIANTES LECTIONES

urbis, Vat.IV. *& audacter usque ad Interamnensium urbem, ubi* &c. *e* Vat.III. & Flor. *in Hortanam civitatem venisset*, Vat. IV. *convenisset*, alii, ut in contextu. *f* Vat.VIII. *cognovissed*. *g* Sic Vat.I. & III. alii *Grimoaldum*: quod etiam infra.

VII. *a* Vat. VIII. *in obviam jam nominatus rex* &c. Alex.III. *in obviam vero sancti viri jam nominatus rex* &c. *b* Vat.IV. *satraphas*. *c* Alex. III. *Narniensi*. *d* In MSS. ubique, *miliario*, per *l* simplicem. *e* Vat.IV. & Alex.III. *sexta feria*. *f* Vat.I. *Terracinensium*, Farnes. *Terranensium*, sed perperam. *g* Vat.I. *cum reliquis obtimatibus*: sic alii, Vat.IV. ut in contextu. *h* Alex. III. ita, Vat.IV. *mutuam salutationem sibi* &c. *i* Idem, *impensa caritate ab eadem ecclesia egressus*. *k* Alex. III. *utrique*.

Alex.

NOTÆ

SIUM URBEM) In Umbria positam, & *Interamnam* dictam, ut Varro ait de Lingua Lat. lib. IV. cap. V. *quod inter amnes est constituta*. Ejus incolæ Tacito, lib.I. Annal. cap.LXXIX. *Interamnates*. Sic etiam Plinio: *Interamnates*, inquit, *cognomine* Nartes.

VII. 1. AD BASILICAM BEATI VALENTINI &c.) Quæ cathedralis illius civitatis ecclesia est, in qua ejus episcopi S.Valentini martyris corpus reconditur.

2. IN EJUS OBSEQUIUM &c.) Hæc atque alia his similia Romanis pontifi-

VIII. Sabbato vero iterum convenientes, divinâ perfusus gratia, Deo placitis admonitionibus eum est adlocutus; prædicans ei, ab hostili motione, & sanguinis effusione quiescere, & ea, quæ pacis sunt, semper sectari. Cujus piis eloquiis flexus, & constantiam sancti viri & admonitionem [a] admiratus, omnia quæcunque ab eo petiit, per gratiam Spiritus sancti [b] obtinuit. [c] Nam prædictas quatuor civitates, quas ipse ante biennium per obsessionem, factam pro prædicto Trasimundo duce Spoletino, abstulerat, [d] eidem sancto viro cum eorum habitationibus reddidit: [1] quas & per [e] donationem firmavit in oratorio sancti Salvatoris, sito [f] intra ecclesiam beati Petri apostoli, in ejus nomine ædificato.

IX. Sabinense quoque patrimonium, quod [1] per annos prope triginta fuerat ei [a] ablatum, Narniense etiam, & Auximanum, nec non Anconitanum, atque [b] [2] Numanatem, & vallem, quæ vocatur Magna, sitam in territorio Sutrino, per donationis titulum ipsi beato Petro apo-

VARIANTES LECTIONES

VIII. *a* Alex. III. *admirans*. *b* Vat. VIII. *optinuit*, Vat. IV. *obtinuit*. *Nam*, ut in contextu. *c* Alex. II. *& postea prædictas* IIII. *civitates*, *quas ipse rex*. *d* Idem, *eidem sancto pontifici* &c. *redonavit*, alii, *redonavit viro*, Vat. IV. ut in contextu. *e* Idem, *per donationes*. *f* Vat. I. *intro*.

IX. *a* Flor. *abstultum*. *b* Vat. I. & IV. *Humanatem*, Vat. III. *Bumanatem*, editi

N O T Æ

tificibus obsequia ab aliis etiam principibus præstita, vide supra in Joanne I. num. III. & in Constantino num. VI.

VIII. 1. QUAS ET PER DONATIONEM FIRMAVIT) Vide supra in Gregorio II. num. XXI. ac statim infra num. IX.

IX. 1. PER ANNOS PROPE TRIGINTA &c.) A Constantini papæ temporibus, sive ab A. C. 713. a quo annis prope triginta enumeratis, A. C. 742. seu Indictio X. habetur, qua restitutio ista Sabinensis patrimonii, & alia expleta fuisse dicuntur infra num. XII. Sigon. lib. III. de Regno Italiæ; ad eumdem annum 713. *Regno inde*, inquit, *adjunctis legibus, constituto, Luitprandus simul etiam regiæ consulendum vectigalibus ratus, patrimonium alpium Cottiarum, paullo ante ab Ariperto rege pontifici restitutum, repetiit, & alterum etiam Sabinense ademit*.

2. NUMANATEM) A Numana, olim municipium, ut in Inscript. veter. apud Gruterum pag. 446. num. I. M. P. XII. in Anton. Itiner. ab Ancona di-

apostolorum principi [c] reddidit, & pacem cum ducatu Romano ipse rex [d] in viginti confirmavit annos. Sed & captivos omnes, quos [e] detinebat ex diversis provinciis Romanorum, missis literis suis tam [3] in Tusciam suam, quamque [f] trans Padum, [g] & una Ravinianos captivos, Leonem, Sergium, Victorem, & Agnellum consules, prædicto beatissimo redonavit pontifici.

X. In prædicta vero basilica beati Valentini, per ejusdem regis petitionem, [a 1] in locum Cosinensis antistitis, qui transierat, alium ordinavit episcopum. In cujus consecratione dum adesset ipse rex [2] cum suis judicibus, compunctione inspirationis divinæ, [b] dum tantæ orationis dul-

VARIANTES LECTIONES

editi *Humanatense*, Alex. III. ut in contextu. *e* Sic Vat. IV. editi *reconcessit*, MSS. reliqui, *concessit*. *d* Sic Vat. I. & Alex. III. & vulgati, vero alii, *in X. confirmavit annos*. *e* Idem Alex. III. *tenebat*. *f* Vat. VIII. *in Traspadum*. *g* Alex. III. aliique, *una cum Ravinianis captivis, Leone* &c. Vat. IV. ut in contextu.

X. *a* Alex. III. *in locum antistitis*, Vat. VIII. *in locum Consinensium antistitis*, libri editi, *Consignensis antistitis*, Vat. III. & IV. & Flor. ut in contextu, Baron. *Constantini*, Collect. Concil. *Consentini*. *b* Vat. I. & IV. *dulcedine ab eo prolata sanctum virum*, Vat. VIII. *prolata sunt*, editi, *sunt prolata, ut cum sanctum virum*

NOTÆ

distans. Silius Ital. lib. VIII. ℣. 432.

Heu & quos pascunt scopulosæ rura Numanæ.

Anonym. Ravenn. lib. V. cap. 1. *Ancona*, Numana, *Potentia* &c.

3. IN TUSCIAM SUAM) Quæ juris scilicet Romani ducatus non erat. Vide infra num. XI.

X. 1. IN LOCUM COSINENSIS ANTISTITIS) Ughel. Ital. Sacr. To. I. pag. 814. *Constantinus* est hujus nominis II. quo defuncto A. C. 726. in ejus locum Trasimundus sufficitur, postquam a Liutprando victus, ducatuque Spoletino privatus, clericatum suscipere coactus fuit.

2. CUM SUIS JUDICIBUS) Optimatibus nempe. Ita quoque primates ecclesiæ, & militiæ *judices* nuncupantur. In Hadriano I. num. IV. *reverti fecit judices illos hujus Romanæ urbis tam de clero, quamque de militia, qui in exilium* &c. Supra vero in Deusdedit num. II. *veniens Eleutherius patricius & cubicularius Ravennam, occidit omnes, qui in nece Johannis exarchi, &* judicum *reipublicæ mixti fuerunt*. In Severino num. III. *Post triduum autem introivit Mauricius cum* judicibus, *qui inventi sunt cum ipso in consilio* &c. In Theodoro num. II. *Quo veniente in civitatem Romanam, omnes* judices, *seu exercitus Romanus* &c. In Adeodato num. II. *& multi ex* judicibus *ejus truncati, perducti sunt Constantinopolim* &c. In Conone num. II. *E vestigio autem omnes* judices *una cum primatibus exercitus pariter ad ejus salutationem venientes, in ejus laudem*

dulcedinem ab eo prolatam, ſanctumque virum conſpicerent fundere preces, plures ex eiſdem Langobardis [c] in lacrimas ſunt permoti. Eodem vero die dominico poſt peracta miſſarum [d] ſolemnia, ad prandium eumdem regem, [e 3] ad apoſtolicam benedictionem ſuſcipiendam, ipſe beatiſſimus pontifex invitavit: ubi cum tanta ſuavitate eſum ſumpſit & hilaritate cordis, ut diceret ipſe rex, tantum ſe nunquam meminiſſe [f] comeſſatum.

XI. Alia vero die, quæ fuit ſecunda feria, vale faciens ei ipſe rex, [1] miſit in ejus obſequium [a] Agiprandum ducem Cluſinum nepotem ſuum, ſeu [b] Acipertum, vel [c] Ramningum [d] gaſtaldum Tuſcanenſem, atque Grimualdum, qui eidem ſancto viro uſque ad prædictas civitates obſequium facerent, [e] eidemque ipſas civitates cum ſuis habitatoribus traderent: [2] quod & factum eſt. In primis Ame-

VARIANTES LECTIONES

rum &c. Alex. III. ut in contextu. *c* Vat. I. III. & VIII. *in lacrimis*, editi, *ad lacrimas*, Vat. IV. & Alex. III. ut in contextu. *d* Vat. I. & IV. *sollempnia*. *e* Vat. IV. *pro Apoſtolica benedictione ſuſcipienda*. *f* Sic Vat. IV. & VIII. cum editis, ceteri, *comeſſurum*.

XI. *a* Vat. IV. & Alex. III. *Agibrandum*. *b* Vat. I. *Tacipertum*, ut in editis, Sigon. *Tacpertum*. *c* Sic Alex. III. ceteri, *Ramingum*: atque ita deinceps. *d* Vat. I. *caſtaldium*, Vat. IV. *gaſtaldium*, Vat. VIII. & Alex. III. ut in contextu, & ſic deinceps. *e* Ita Alex. III. alii, *eaſdemque civitates cum ſuis* &c.

Vat. III.

NOTÆ

dem omnes ſimul adclamaverunt. In Sergio item num. II. *inito conſilio, primates judicum, & exercitus Romanæ militiæ, vel cleri ſeditioſi pars plurima* &c.

3. AD APOSTOLICAM BENEDICTIONEM &c.) Fercula ſcilicet a pontifice benedicta. Hinc alibi etiam ex res omnes, quæ in quotidianum hominum victum apponi & comparari ſolent, *benedictio* dicuntur, in decret. præſertim par. II. XVI. quæſt. I. can. *Quæſti ſunt*; hæc enim ibi: *Proinde decrevit ſacer iſte conventus, ut epiſcopi & abbates de vineis, vel agris, ac frugibus, quæ ad ſuum, vel fratrum uſum laborant, decimas ſibi pro benedictione, vel hoſpitum ſuſceptione habeant.*

XI. 1. MISIT IN EJUS OBSEQUIUM &c.) Sigon. lib. III. ad A. C. 742. *Legati fuere Hildebrandus nepos regis dux Cluſinus, Tacpertus, & Ramingus & Grimoaldus Etruriæ gaſtaldei.*

2. QUOD ET FACTUM EST) Baron. ad eumdem A.C. 742. num. XXX. *Quod ſpectat ad lugubrem ſtatum Italiæ, Dei miſericordia repente eſt mutatus*

in

Amerinam civitatem, deinde Hortanam: dumque [f] in Polimartium castrum conjunxisset, illudque recepisset, & fuisset itineris longitudo, per circuitum finium reipublicæ eundi [g] usque ad Bleram, per partes Sutrinæ civitatis, & per fines Langobardorum Tusciæ (quia de propinquo erat) id est, [3] per castrum [h] Viterbium; ipse missus regis Grimualdus eumdem beatissimum pontificem perduxit usque ad prædictam Bleranam civitatem, quam & ipsi sancto viro prænominatus Ramningus gastaldus, & jam dictus Grimualdus missi contradiderunt: & sic regressus est papa, Deo propitio, cum victoriæ palma in hanc urbem Romam. Tunc omnem populum adgregans, eos est adlocutus, ut [i] ad persolvendas omnipotenti Deo gratiarum actiones ab ecclesia sanctæ Dei genitricis, quæ vocatur Ad martyres, egressi omnes cum litania generaliter properarent ad beatum Petrum apostolorum principem. & ita factum est.

XII. His autem expletis x. Indictione, [1] in subsequenti xi. Indictione, dum [a] nimium opprimeret prædictus rex provinciam Ravennatium, & esset præparatus [b] ad motionem faciendam, & obsidendam Ravennatium ur-

VARIANTES LECTIONES

f Vat. III. & IV. *in Polimartium castrum venisset*. *g* Iidem, *usque Bleram*. *h* Vat. I. & VIII. *Vitervum*, Vat. IV. *Bitervium*, Flor. *Bitervo*. *i* Vat. IV. *ad persolvendam* &c. *gratiarum actionem*.

XII. *a* Vat. I. *nimio*, Vat. IV. *nimie*. *b* Idem Vat. IV. *ad munitionem*, Vat. I. *ad*

NOTÆ

in melius. Etenim Zacharias pontifex conveniens Longobardorum regem Luithprandum, civitates patrimonii sancti Petri divino auxilio absque armis ab eodem rege recuperat; ut acciderit tunc quasi miraculum a Deo cum post tot turbas, tot depredationes & cædes, inermis Christi vicarius armatos conveniens hostes, eosdem divina potentia superarit, & ad reddenda ablata compulerit, & ad captivos liberos dimittendos adegerit &c.

3. PER CASTRUM VITERBIUM) Civitas hodie episcopalis, admodum celebris, & ejus provinciæ, quæ patrimonium S. Petri dicitur, primaria, milliariis circiter XL. ab urbe dissita.

XII. 1. IN SUBSEQUENTI XI. INDICTIONE &c.) Rubeus lib. IV. Hist. Ravenn. *Luitprandus* (ita legit) *hoc interim spacio e Gallia profectus, amis-*

urbem; cognita motione ejusdem regis, [c] Eutychius excellentissimus patricius & exarchus [2] una cum Johanne archiepiscopo ecclesiæ Ravennatis, atque universus populus prædictæ civitatis, & utrarumque [d] Pentapoleos & Æmiliæ, facta in scriptis obsecratione, prædicto sancto viro miserunt, petentes, ut pro eorum [e] occurreret liberatione. Qui sanctus vir, missa legatione & muneribus, ad obsecrandum eumdem regem, per Benedictum episcopum [3] & vicedominum suum, atque Ambrosium [f] primicerium notariorum, petiit, ut a motione cessaret, & [g] [4] Cæsinate castrum Ravennianis redderet. Sed passus non est. Cujus dum duram [h] mentem conspiceret [i] jam nominatus sanctissimus vir, trophæo fidei munitus, relicta Romana urbe [5] Stephano patricio & duci ad gubernandum, non sicut mercenarius, sed sicut vere pastor, relictis ovibus, [k] ad eas, quæ perituræ erant, redimendas occurrit.

Quo

VARIANTES LECTIONES

ad monitionem faciendi, & obsidendi &c. Sic infra. *c* Vat. I. & IV. *Eutycius*. *d* Sic Vat. IV. Ceteri, *Pentapolim*. *e* Vat. III. *curaret*. *f* Alex. III. *primicerium notarium*. *g* Idem, *Cessinatem Ravennianis*, Vat. I. *Cesinate*, Vat. VIII. *Cesinatem Ravinianis*. *h* Alex. III. ita, ceteri *perseverantiam*, ut in vulgatis. *i* Vat. IV. *prænominatus papa*. *k* Idem, *ad ea, quæ peritura*, Alex. III. *quæ perierant* &c. *cucurrit*.

Vat. III.

NOTÆ

amissa urbe Ravenna vehementer commotus, ipsaque nece Perendei, novo belli consilio, denuo Ravennam obsedit anno septingentesimo quadragesimo tertio, quo eadem Indictio XI. usque ad mensem Septembrem in cursu erat.

2. UNA CUM JOHANNE &c.) Qui Sergio in archiepiscopatu successerat A. C. circiter 718. atque *eodem fere tempore*, ut ait ibidem Rubeus; *quo Luitprandus, Longobardorum rex, donationem alpium Cottiarum, ab Ariperto ecclesiæ Romanæ factam, confirmavit*. Veterem inscriptionem ex æde Classensi S. Apollinaris laudatus Rubeus recitat ad A. C. 725. ubi archiepiscopus iste *venerabilis præsul Johannes almus pontifex junior, in nomine Quinctus* dicitur.

3. ET VICEDOMINUM SUUM, ATQUE &c.) Vide supra in Constantino papa num. III. & IV.

4. CÆSINATE CASTRUM) Ptolemæo Καισαῦρα, Straboni Καισῆνα Cæsena. In Anton. Itiner. *Curvam* (fortasse *Cervam*, hodie *Cervia*) *Cesenam* M. P. XX.

5. STEPHANO PATRICIO &c.) De quo mentio supra num. II. & IV.

ET

XIII. Quo egresso, in itinere dum se orationibus commendaret beato Petro apostolo cum sacerdotibus [1] & clericis suis conviatoribus, nutu omnipotentis Dei, ut non calore urerentur per diem, usque ad locum, [2] ubi tentoria [a] figebant, nubes eos tegebat, quæ & ad vesperum [b] recedebat: alio autem die in eorum protectione erat divinitus instituta. [c] Cui obviam occurrit denominatus excellentissimus exarchus usque ad basilicam beati Christophori, positam in loco, qui vocatur Ad aquilam, [d] [3] uno fere milliario a Ravennatium urbe. Ipsa vero nubes cum eis usque ad basilicam [e] sancti Apollinaris in Ravennatium urbe tegendo conviavit. [f] Exinde factum est aliud signum, ut sanctum pontificem usque in [g] Ticinensium urbem, quo erat iturus, acies igneæ in nubibus præcederent. Egressi autem [h] de civitate Raviniani viri ac mulieres diversi sexus & ætatis, agentes gratias omnipotenti Deo, profusis lacrimis eumdem sanctum susceperunt pontificem; clamantes atque dicentes, [i] *Venit, venit pastor noster, qui suas* [k] *reliquit oves, & ad nos, qui perituri* [l] *eramus, liberandos occurrit.*

Ex

VARIANTES LECTIONES

XIII. *a* Vat. III. *figebat*. *b* Idem, *resedebat*, Vat. IV. ut in contextu. *c* Idem Vat. IV. *Ad cujus præsentiam occurrit*. *d* Sic Vat. III. & Flor. ceteri L. *fere miliario*, numero I. pro L. accepto. *e* Vat. VIII. *beati Apollenaris*. *f* Idem, *& exinde*. *g* Idem *Tichinensium*. *h* Vat. III. *de Ravenna Raviniani*, Vat. VIII. *de civitate Raviniana viri* &c. *i* Sic Alex. III. Ceteri, *Bene venit pastor noster* &c. *k* Vat. VIII. *reliquid*. *l* Ita Vat. IV. alii, *sumus*.

Vat. III.

NOTÆ

XIII. 1. ET CLERICIS SUIS CONVIATORIBUS) In itinere sociis. Mox vero, *nubes cum eis usque ad basilicam sancti Apollinaris in Ravennatium urbe tegendo* conviavit: & num. XVI. *usque ad Padum eumdem sanctum virum* convians *deduxit*.

2. UBI TENTORIA FIGEBANT) Ubi scilicet sistere, ac pernoctare debebant. Lucan. lib. I. ℣. 80.

Deseruere cavo tentoria fixa Lemanno.

3. UNO FERE MILLIARIO) In MSS. plerisque, uti supra adnotavimus, L. fere milliario scribitur: quod librariis tribuendum, qui, ut ait Scaliger, in notis ad lib. II. Varronis de Re Rustica, *sæpe pro* I, L, *& contra, scribunt*.

Ste-

XIV. [a] Ex eadem autem Ravennatium urbe miserat ad prænominatum regem, [1] Stephanum presbyterum [2] & Ambrosium primicerium; [b] adnuntians ei suum adventum. Qui ingressi fines Langobardorum, in civitate, [3] quæ vocatur [c] Imulas, cognoscentes, quod præpeditionem [d] meditabantur facere prædicto sancto viro, ne illuc ambularet, [e] per epistulam scriptam per noctis silentium ei nuntiaverunt. Quo cognito jam nominatus pontifex, lucescente die sabbato, non mortis timore perterritus, sed Christi fretus auxilio, audacter [f] egressus a Ravennatium urbe, & fines Langobardorum ingressus, [g] sequipes factus est suis missis: quos quidem præcedentes eum, ante jam dictus rex dolore [h] perculsus suscipere noluit. Ipse vero summus pontifex vicesima octava die mensis Junii ad Padum [i] conjunxit, ubi & ad suscipiendum eum ipse

VARIANTES LECTIONES

XIV. *a* Vat. III. *ex eadem quoque*, Vat. I. & Alex. III. *ex eadem autem*. *b* Vat. I. & Alex. III. *qui adnuntiarent ei*, reliqui, ut in contextu. *c* Alex. III. ita, Vat. I. *Himulas*, editi *Imola*, Vat. IV. *Imolus*. *d* Vat. VIII. *meditabatur faciendam*, Alex. III. *meditabantur ad faciendam*, Vat. I. *qui præpeditionem nitebantur facere*. *e* Vat. IV. *epistola scripta*, Vat. VIII. aliique ut in contextu. *f* Vat. IV. *a Ravennatium urbe exiens*, Alex. III. *egressus Ravennatium urbem*. *g* Male in editis, & in MSS. aliquot, *sesquipes*. *h* Vat. I. *perpulsus*. *i* Idem, *con-*

NOTÆ

XIV. 1. STEPHANUM PRESBYTERUM) Fortasse qui post obitum Zachariæ pontifex electus, quarta inde die vivere desiit, ut infra.

2. ET AMBROSIUM PRIMICERIUM) Notariorum scilicet, qui apud Aistulphum Langobardorum regem altera legatione fungitur sub Stephano III. ut infra in ejus vita num. VI.

3. QUÆ VOCATUR IMULAS) Olim *Forum Cornelii*, a Cornelio Sulla in Æmilia ædificatum, a quo nomen accepit. Prudentius Peristeph. hymno IX. seu XII. de Passione S. Cassiani Forocorneliensis:

Sulla Forum statuit Cornelius: hoc Itali urbem
Vocitant ab ipso conditoris nomine.

Et Martial. lib. III. epigr. IV.

Romam vade, liber. Si veneris unde, requiret,
Æmiliæ dices de regione viæ.
Si quibus in terris, qua simus in urbe, rogabit;
Cornelii referas me licet esse Foro.

Rubeus lib. III. Hist. Ravenn. pag. 177. novi nominis civitatis hujus originem his verbis explicat: *Clefis* (rex Langobardorum) *Forum Cornelii readificatum, Imolamque novo nomine ab arce, quam ex-*

ipſe rex ſuos miſit optimates. Cum quibus [k] Ticinum conjungens, ubi ipſe reſidebat rex, foris muros ejuſdem civitatis pertranſiens ad horam orationis nonam [l] ad vigilias beati Petri apoſtolorum principis celebrandas & ſolemnia miſſarum, in baſilica ejus, quæ vocatur Ad cœlum aureum, perrexit: & poſt [m 4] completam libationem, in eamdem urbem ingreſſus moratus eſt.

XV. Alio quoque die pro natali celebrando ipſius principis apoſtolorum in prædicta eccleſia, a prænominato rege invitatus, miſſarum ſolemnia celebravit: ibique mutuo ſe ſalutantes, pariter ſuſceperunt [a] cibos, & ſic in prænominatam civitatem [b] regreſſi ſunt. Quem ſanctum virum alio die iſdem rex per optimates ſuos ad ſuum palatium procedere invitavit: qui ab eodem rege nimis honorifice ſuſceptus, ſalutaribus monitis eum adlocutus eſt; obſecrans, ne amplius Ravennatium [c] provinciam [d] opprimeret præfata motione: ſed & ablatos fines

VARIANTES LECTIONES

conjunxit. Ita ubique. Vat. IV. *pervenit*. *k* Idem, *Ticinum pertingens*, ceteri, ut in contextu. *l* Vat. IV. *vigilia beati Petri apoſtolorum principis pro celebrandis ſolempniis*. *m* Vat. I. *ſubpleta libatione*, Vat. IV. cum editis, *poſt completam oblationem* &c. Vat. VIII. *poſt ſuppletam libationem*.

XV. *a* Vat. VIII. *civos* pro *cibos*. *b* Alex. III. *ingreſſi ſunt*. *c* Vat. III. *urbem*. *d* Vat. VIII. *obprimeret per factam motionem: ſed magis & abſtultis Ravennantium provinciam urbis redonaret finibus & caſtrum Ceſinatem*, Alex. III. *Ceſinatem*

NOTÆ

extruxerat, vocatum, Ravennæ, quaſi perpetuum ſtimulum oppoſuit.

4. POST COMPLETAM LIBATIONEM) Poſt peractum ſcilicet miſſæ ſacrificium. Sacrament. Gelaſ. pag. 22. in Septuageſ. ad populum, & pag. 37. Fer. VII. Dominicæ in Quadrageſ. *Sacra nobis, quæſumus Domine, menſæ libatio* &c. Pag. 46. Fer. III. Dominicæ V. poſt communionem: *Vegetet nos, Domine, ſemper, & innovet tua menſa libatio*. Pag. 147. in Natali S. Julianæ, poſt communionem, & pag. 151. in Natali SS. Marci & Marcellini, & in Natali S. Cæciliæ: *Libantes, Domine, menſa tua beata myſteria* &c. Ita quoque *libare* pro *ſacrificare* ab ipſis etiam Latinis ſcriptoribus acceptum paſſim occurrit. Præ ceteris apud Virg. lib. VII. Æneid. ℣. 133.

Nunc pateras libate Jovi, precibuſque vocate
Anchiſen genitorem; & vina reponite menſis.

Et in antiquioribus legibus Romanis apud Cic. lib. II. de Legibus cap. VIII. *certaſque fruges, certaſque bacas ſacerdotes publice libanto*.

RE-

fines Ravennatium urbis sibi [1] redonaret, simul & castrum Cæsinate. Qui prædictus rex post multam duritiem [e] inclinatus est, & fines Ravennatium urbis, quos primitus detinebat, & duas partes territorii [f] castri Cæsinæ ad partem reipublicæ restituit: tertiam vero partem ejusdem castri [g] [2] sub obtentu retinuit, [h] inito constituto, ut usque ad Kal. Junias, dum ejus missi a regia reverterentur urbe, ejusdem castri tertiam partem, quam [i] pignoris causa detinebat, parti reipublicæ restitueret.

XVI. Post hæc autem ipse rex egressus, de loco in locum usque ad Padum [a] eumdem sanctum virum convians deduxit: in quo loco ei vale faciens, [1] cum digna ordinatione eum [b] [2] repedare absolvit; dans in obsequium ejus duces & primates suos, sed & alios viros, qui jam dicta Ravennatium territoria & Cæsinate castrum redderent: & ita factum est. Operatus est enim Deus mirabilia [c] Ravennatium atque Pentapolensium populis, ab op-

VARIANTES LECTIONES

natem, male in editis *Cesinacense*. *e* In aliquibus MSS. legitur, *inclinatus est fines Ravennantium urbis dilatare*, *quos* &c. Vat. IV. ut in contextu. *f* Idem, *Cessini*. *g* Vat. I. *optentu*. *h* Vat. VIII. *per initum constitutum*. Alex. III. *& consilio inito constituit, ut utrique Kal. Junii ejus missi ad regiam urbem revertentur, & idem castrum* &c. Vat. IV. *placito constituto* &c. *i* Sic Vat. III. alii, *pro pignoris causa*.

XVI. *a* Ita Vat. IV. plerique, *eidem sancto viro conviatus eum deduxit*, Farnes. *conviator*, Alex. III. *conviatus deduxit*. *b* Vat. VIII. *repetandum*, alii *repedandum*, Vat. IV. ut in contextu. *c* Alex. II. *& Ravenna & Pentapolis populis*. Vat. I.

NOTÆ

XV. 1. REDONARET) Hoc est, redderet, seu restitueret. Horat. lib. II. Carm. Od. VII.

Quis te redonavit Quiritum
Diis patriis, Italoque cœlo,
Pompei, meorum prime sodalium?

2. SUB OBTENTU) Sub prætextu scilicet, seu pignoris caussa, ut mox exprimitur. Liv. lib. I. cap. LVI. *ut sub ejus obtentu cognominis, liberator ille populi Romani animus, latens opperiretur tempora sua*.

XVI. 1. CUM DIGNA ORDINATIONE) Vulgo *ordinanza*. Hinc *aciem ordinare*, seu disponere.

2. REPEDARE ABSOLVIT) Id est, redeundi potestatem fecit. Quæ loquendi ratio tam hic, quam alibi apud illius ævi scriptores obvia.

AN-

oppressione & calamitate, qua detinebantur, eos liberans: & saturati sunt [d] in frumento, vino, & oleo.

XVII. Reversus autem papa in urbem Romam cum omnibus, qui secum erant, gratias agens Deo, denuo natale apostolorum principum Petri & Pauli [a] cum omni populo celebravit, & sese in orationibus dedit; petens ab omnipotenti Deo misericordiam, & consolationem fieri populo Ravennatium & Romano ab insidiatore & persecutore illo Liutprando rege. [b] Cujus preces non despiciens divina clementia, eumdem regem [c 1] ante diem superius constitutum de hac subtraxit luce, & quievit omnis persecutio. Factumque est gaudium non solum Romanis, sed & Ravennianis, & genti Langobardorum; quoniam & [d] Hildeprandum nepotem ejus, quem ipse reliquerat regem, malivoli projecerant de regno, [e 2] & Ratchisum, qui fuerat [f] dux, sibi Langobardi [g] elegerunt in regem. Ad quem missa relatione beatissimi pontificis, continuo ob reverentiam principis apo-

VARIANTES LECTIONES

d Vat. I. *in frumento & vino*, Vat. IV. *frumento, vino, & oleo*, ceteri, ut in contextu.

XVII. *a* Alex. III. *celebravit cum omni populo Ravennatium & Romano: qui eos ab insidiatore & persecutore liberavit Leudprando rege*. *b* Vat. III. & Alex. II. *Hujus preces*, Alex. III. *Cujus preces non diu divina clementia distulit, sed eumdem regem* &c. *c* Alex. II. *ante constitutum diem*, alii, *ante constitutum de hac* &c. Vat. III. ut in contextu. *d* Vat. I. *Ildeprandum*, Vat. IV. *Hlrprandum*, Alex. II. *quod & Ilprandum*, Alex. III. *Hilbrandum*, Vat. III. & Flor. *quod & Liutprandum*. *e* Alex. II. ita, Alex. III. *Rathgisium*, Vat. I. *Rachisium*, Vat. VIII. *Ratchis*. *f* Alex. II. *dux Langobardiæ*. *g* Vat. IV. *elegerant*.

NOTÆ

XVII. 1. ANTE DIEM SUPERIUS CONSTITUTUM &c.) Hoc est, ante mensem Junium A. C. 744. quo, incerto tamen die ac mense, Liutprandum vivendi finem fecisse, ex Paulo Diacono colligitur, qui lib. VI. cap. ultimo ejus regni annos numerat: *At vero*, inquit, *Liudprandus postquam triginta & uno anno, septemque mensibus principatum obtinuit, jam ætate maturus, hujus vitæ cursum explevit*. Anno siquidem septingentesimo duodecimo, quo regnare cœpit, tempora hæc addita, annum septingentesimum quadragesimum quartum contingunt.

2. ET RATCHISUM &c.) Cujus in regem electio ante quartam saltem diem mensis Martii ejusdem anni 744. evenire haud potuit, ut ex legibus Langobardicis ab ipso Ratchisio rege con-

fir-

apostolorum, & ejus precibus inclinatus, [b] in viginti annorum spatium invicem inita pace, universus Italiæ quievit populus.

XVIII. Hic papa venerabilis in Lateranensi patriarchio [1] ante basilicam beatæ memoriæ Theodori papæ a novo fecit triclinium, quod diversis marmoribus, [a] & vitro, metallis, atque [b] musivo, & pictura [c] ornavit: sed [d] & sacris imaginibus tam [2] oratorium beati Silvestri, quam & porticum decoravit: ubi etiam [3] & suam substantiam omnem per manus Ambrosii primicerii notariorum introduci mandavit. Fecit autem a fundamentis [e] ante scrinium Lateranense porticum atque turrem: ubi & portas æreas [f] atque cancellos instituit, [g] & figuram Salvatoris ante fores ornavit, [h] & per figuram ascendentes quoque scalas in superioribus, & super eam-

VARIANTES LECTIONES

rant. *b* Alex. II. & Flor. *a* XX. *annorum spatio*, editi, *usque ad viginti* &c.

XVIII. *a* Vat. IV. *& vitri metallis*. *b* Vat. VIII. *musibo*. *c* Flor. *ordinavit*. *d* Vat. IV. *& sacras imagines tam oratorii* &c. *quam & porticus*. *e* Alex. III. *inter scrinium*. *f* Vat. VIII. *adque*. *g* Sic Vat. IV. & Alex. III. alii, *& per figuram Salvatoris*. *h & per figuram ascendentes* &c.) Sic Alex. III. alii, *& per*

N O T Æ

firmatis, & ex illius diplomate, quod refert Ughell. tom. II. Ital. sacræ, conjicit Pagius in Crit. Baron. ad A.C. 746. num. V. Immo nec ante menses sex, aut septem post obitum Liutprandi contingere id potuit, ut habet Hieronym. Rub. Hist. Ravenn. ad A. C. 743. ubi hæc: *Verum Zacharia Romam reverso, Ravennatibus præpotenti Deo gratias agentibus, & pontificem optimum Ravennatium, ac Pentapolitanorum vindicem conclamantibus, Luitprandus vitam amisit. Subrogatur in ejus locum Ildebrandus nepos, qui item post menses sex fato functus, seu ut Blondus affirmat, a suis dignitate privatus, successorem habuit Rachin, Fori Julii ducem*. Card. Baron. ad eumdem A.C. 744. num. XXV. *Successit Luithprando Hildebrandus ejus nepos, qui septem tantum menses regnavit, & quidem dominio aspero: ob id genti suæ minime gratus, a Longobardis ipsis simul conspirantibus est redactus in ordinem, in locumque ipsius subrogatur Rachis dux Forojuliensis, quem ob virtutem bellicam, humanitati ac pietati conjunctam, dignum existimarunt, qui fortissimæ Longobardorum genti præesset.*

XVIII. 1. ANTE BASILICAM &c.) De qua superius in Sergio papa num. II. & IX.

2. ORATORIUM BEATI SILVESTRI) De quo etiam in ejusdem Sergii papæ vita num. II.

3. ET SUAM SUBSTANTIAM OMNEM) Supellectilem nempe sacram, & omnia, quæ ipsius oratorii usui & ornamento esse poterant.

AR-

eamdem turrim [i] triclinium & cancellos æreos construxit: ubi & orbis terrarum descriptionem depinxit, atque diversis [k] versiculis ornavit: Omne etiam patriarchium pene a novo restauravit. In magna enim penuria eumdem locum [l] invenerat.

XIX. [a] In ecclesia quoque sanctorum principum apostolorum Petri & Pauli pendentia vela [b] inter columnas ex palliis sericis fecit: [c] In prædicta etiam ecclesia beati Petri omnes codices [d] domus suæ proprios, qui in circulo anni leguntur ad matutinos, [e] [1] armarii opere ordinavit. Hic [f] [2] domum cultam Lauretum noviter ordinavit; adjiciens ei & massam [g] Fontinianam, quæ cognominatur [h] Pannaria. Ipse etiam viginti auri libras pro emendo oleo annue, ut de lucro eorum in luminariis Apostolicis proficiat, instituit: & constituto sub anathematis vinculo obligavit. [i] Fecit & vestem

VARIANTES LECTIONES

per ascendentes &c. *i* Alex. II. *triclinium fecit*. *k* Alex. III. *versibus*. *l* Alex. II. *invenit*.

XIX. *a* Libri editi cum Vat. I. *Hic in ecclesia Apostolorum principum* &c. Flor. & Vat. III. & IV. ut in contextu. *b* Vat. I. & IV. *inter columpnas ex palleis syricis*, Alex. II. *ex palleis sericis*, Alex. III. ut in contextu. *c* In prædicta &c. Hinc usque ad num. XX. initium Alex. II. filet, Vat. I. & alii, *Hic in ecclesia prædicti principis Apostolorum omnes* &c. Flor. I. *Hic* &c. *ipsius sancti principis* &c. Vat. IV. ut in contextu. *d* Alex. III. *domui suæ proprios*. *e armario opere* Ita Vat. III. & Flor. I. editi cum Vat. I. & IV. ut in contextu. Alex. III. *armarium opere*. *f* Alex. III. *domum incultam* (leg. *cultam*) *sancti Laurentii*. *g* Vat. I. & IV. *Fontijanam*, Alex. III. *Fontejanam*, Vat. III. & Flor. I. *Fontinianas*. *h* male in editis *Paunaria*. *i* Flor. I. *Fecit & vestes* &c.

Alex. III.

NOTÆ

XIX. 1. ARMARII OPERE ORDINAVIT) Pluteis nempe instructis, suos in iis libros ordine dispositos recondi mandavit Sidon. lib. II. epist. IX. *Huc libri affatim in promptu. Videre te crederes aut grammaticales pluteos, aut Athenæi cuneos, aut armaria extructa bibliopolarum*.

2. DOMUM CULTAM) quæ & *domoculta*, prædia sunt colonis atque ædificiis instructa, tunc ita denominata, ut vidimus supra, in S. Silvestro num. XIX. & passim infra videbimus. In vita Ludovici Pii: *Eadem etiam tempestate quum Leo Apostolicus gravaretur adverso incommodo prædia omnia, quæ illi* (*Romani scilicet*) domocultas *appellant*. *& noviter ab eodem Apostolico instituta erant &c.* in quibus & oratoria constructa fuisse patet infra num. XXV.

stem sub altare beati Petri ex auro textam, habentem nativitatem Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi: ornavitque eam ex gemmis pretiosis. Simulque & vela serica [3] alytina quatuor, quæ & ornavit [k 4] cum rosis, & ornamentis variis auro textis. Item fecit coronam de argento purissimo cum delphinis ex proprio suo, pensantem libras cxx.

XX. Hic beatissimus vir, [1] juxta ritum ecclesiasticum [a] fidei suæ sponsionem orthodoxam ecclesiæ misit Constantinopolitanæ Synodicam, simulque aliam suggestionem dirigens serenissimo principi Constantino. Et pergentes [2] Apostolicæ sedis Responsales ad regiam urbem, invenerunt intra palatium regiæ potestatis invasorem quemdam [b] & rebellem [c 3] Artavastum nomine. Dum enim isdem imperator ad dimican-

VARIANTES LECTIONES

k Alex. III. *in roteis*, vulgati cum Vat. I. *cum rotis*.

XX. *a* Ita Vat. I. Vat. VIII. *& fidei suæ sponsionem orthodoxam ecclesiæ* &c. editi, *& fidei suæ sponsionem orthodoxam synodicam ecclesiæ* &c. Vat. III. ut in editis, Vat. IV. *fidei suæ* &c. conjunctionem & non agnoscens. *b* Vat. VIII. *& revellem*. *c* Alex. III. *Astravastum*, deinceps vero *Artavastum*, ut in contextu, Vat. I. & VIII. & vulgati *Artaustum*, Vat. IV. *Arthaustum & Artaustum*, Vat. III.

N O T Æ

3. ALYTINA) Aeu scilicet picta, quæ non ita facile solvi queunt, a voce Græca ἄλυτος, latine *insolubilis*.

4. CUM ROSIS) Codices tam MSS. quam editi hoc loco legunt, *in rotis*. Sic etiam infra in Leone III. num. XCVIII. *Necnon & rotas de chrysoclavo*, & num. XCIX. *& rotas de chrysoclavo ornatas in circuitu de Tyrio*. Ipse vero *cum rosis*, *& rosas* legendum esse putarim, ut vulgati & MSS. iidem codices habent in eodem Leone III. num. XXVIII. *fecit tetravela holoserica alytina* IIII. *cum bastillis &* rosis *chrysoclavis*. & num. CIV. *tabulam de stauraci cum historia crucifixi ornatam de Tyrio, &* rosas *de chrysoclavo*: quibus exornatæ fuisse videntur vestes illæ rosatæ, ideo sic dictæ, quarum mentio in eodem Leone, atque alibi frequens valde.

XX. 1. JUXTA RITUM ECCLESIASTICUM) Hujus antiquissimi ritus mentio facta est in Vitaliano num. I. ubi: *Hic direxit Responsales suos cum synodica juxta consuetudinem in regiam urbem ad piissimos principes*.

2. APOSTOLICÆ SEDIS RESPONSALES) Qui & apocrisarii, seu missi, hodie nuncii.

3. ARTAVASTUM NOMINE) Paul. Diac. in Hist. Miscell. lib. XXI. extremo, & lib. XXII. *Artabasdus* dicitur. *Quia vero*, inquit, *paternum principatum cum malitia suscepit* (Constantinus V. Copronymus dictus) *non modicam in brevi tempore demonstrat nequitiam*,

micandum [4] contra Agarenorum properasset [d] gentem; illico præfatus Artavastus, datis populo, qui in regia remanserat urbe, præmiis, imperiale arripuit solium. Sed postmodum [e] antefatus Constantinus princeps aggregans [f] orientalium exercituum multitudinem, pergensque Constantinopolim, [g] & eamdem viriliter expugnans atque extrinsecus circumvallans, comprehendit civitatem, & pristinum regni sui adeptus est fastigium: statimque jam fati [h] Artavasti ejusque filiorum eruit oculos, & plures ex suis rebellibus [i] exules a propriis fecit habitaculis. Post hæc vero requirens [k] missum Apostolicæ sedis, quem [l] ibidem tempore perturbationis contigerat advenisse, eumque repertum ad sedem absolvit redire apostolicam. & juxta quod beatissimus pontifex postulaverat, donationem in scriptis de duabus [m] massis, [5] quæ Nymphas & [n] Normias appellantur, juris publici existentes, sanctissimo eidem ac beatissimo papæ, sanctæque Romanæ ecclesiæ jure perpetuo direxit possidendas.

Hujus

VARIANTES LECTIONES

Vat. III. & Flor. *Aslaustum*. Sic infra. *d* Alex. III. *regem*. *e* Vat. I. *antelatus*, Vat. III. *antedictus*, Vat. IV. *præfatus* Alex. III. ut in contextu. *f* Vat. IV. *Orientalis exercitus*. *g* Sic idem Vat. IV. alii, *& eamdem*. *h* Vat. III. *Austausti*, Vat. VIII. *Arstausi*. *i* Alex. III. *exules fecit*. *k* Vat. IV. *missos* &c. *quos ibidem* &c. *eosque repertos* &c.. *l* Vat. I. *ibidem imperatoris perturbatione*. *m* Libri vulgati, *mansis*. *n* Vat. IV. *Normis*.

Vat. I.

NOTÆ

tiam, ita ut ab omnibus ob impudentiam confestim odio haberetur, & Artabasdo Europalati & Comiti Obsicii, qui Annam sororem ejus duxerat, vis pro capessendo imperio imponeretur. In nummo aureo plane singulari exhibetur caput a fronte Artavasdi cum epigraphe DNO ARTAVASDO; ab altera parte caput a fronte Constantini Copronymi cum epigraphe DNO CONSTANTINU. Exstat Parisiis apud dominum De Cleves.

4. CONTRA AGARENORUM &c.) Adversus nempe Evilid Arabum ducem, qui anno imperii ejusdem Constantini secundo mortuus est, ut ex Paullo Diacono lib. eodem XXII.

5. QUÆ NYMPHAS &c.) De alia ejusdem nominis massa, seu possessione sub civitate Falisca ab imperatore Constantino Magno Basilicæ S. Crucis in Jerusalem dono data, mentio facta est in S. Silvestro papa num. XXIII. Quænam vero hæ fuerint, atque ubi agnoscendæ sint, ignoro.

CLE-

XXI. Hujus temporibus [a] Carolomannus frater Pipini, filius [b] Caroli Francorum regis, præſentis vitæ relinquens gloriam atque poteſtatem terrenam, ad beatum Petrum apoſtolorum principem devotus cum aliquantis ſuis advenit fidelibus, ſeſeque eidem contulit [c] Apoſtolico, [d] in ſpiritali habitu ſe fore ſpondens permanſurum, [e] [1] clericatus jugum ab eodem ſanctiſſimo ſuſcepit [f] pontifice. Et inter alia multa dona obtulit beato Petro apoſtolo ante confeſſionem [2] arcum argenteum majorem, penſantem libras LXX. . [3] Et poſt aliquantum temporis ad beati Benedicti, quod in Aquinenſium finibus ſitum eſt, profectus eſt, monaſterium: in quo & ſuam finire vitam jurejurando profeſſus eſt.

Por-

VARIANTES LECTIONES

XXI. *a* Vat. I. *Carulomannus*, Vat. IV. *Karolomannus*, Alex. II. *Karlomannus*, Alex. III. *Karlomagnus*. *b* MSS. omnes, *Karoli*. *c* Alex. III. *Apoſtolico*. *d* Idem, *ſpirituali*. *e* Vat. III. & Flor. I. *& clericatum*, Alex. II. *& clericatus vicem*. *f* Vat. IV. *pontifice: & poſt aliquantum finire vitam jurejurando profeſſus eſt*.

Vat, IV,

NOTÆ

XXI. 1. CLERICATUS JUGUM &c.) Monachalem ſcilicet habitum. Eginhartus in vita Caroli Magni cap. II. *Frater ejus* (Pippini) *Carolomannus, incertum quibus de cauſis; tamen videtur, quod amore contemplativæ converſationis ſuccenſus, operoſa temporalis regni adminiſtratione relicta, Romam ſe in otium contulit, ibique, habitu permutato, monachus factus, in monte Soracte apud eccleſiam beati Silveſtri conſtructo monaſterio cum fratribus ſecum ad hoc venientibus, per aliquot annos optata quiete perfruitur.* Idque A. C. 747. contigiſſe Herman. Contract. aliorumque Annales teſtantur. De varia hujus Carolomanni ſcriptione vide quæ adnotat Angelus de Nuce ad cap. VII. Chronol. Caſin. & infra in Steph. II. num. XXI.

2. ARCUM ARGENTEUM MAJOREM) Qui aræ maximæ, ſive Apoſtolorum confeſſionis ornamento eſſet. Arcus hujuſmodi argentei, quibus ciboria & martyrum confeſſiones ornari ſolebant, pluries hucuſque, in Symmaco papa præſertim, ſeſe obtulerunt.

3. ET POST ALIQUANTUM TEMPORIS &c.) Hoc idem Eginhartus loco ſuperius laudato: Illum tamen in monaſterio apud Caſſinum ſuæ vitæ reliquum complevisse non ita liquido conſtat. Eginhartus enim ipſe in Annal. ad A. C. 753. in Galliam profectum eum fuiſſe, *juſſu Abbatis ſui*, inquit, *ut apud fratrem precibus Romani pontificis obſiſteret*. Inde ſubdit: *Invitus tamen hoc feciſſe putatur, quia nec ille abbatis ſui juſſa contemnere, nec abbas illius præceptis regis Langobardorum, qui ei hoc imperaverat, audebat reſiſtere*. Anno poſtmodum 755. in Gallia idem Eginhartus Viennæ; Herman. Contract. aliique Lugduni vivendi finem feciſſe narrant,

PLU-

XXII. [a] Porro eodem tempore contigit, [1] plures [b] Veneticorum hanc Romanam advenisse in urbem negotiatores: & mercimonii nundinas propagantes, multitudinem mancipiorum [c] virilis scilicet & feminini generis emere visi sunt: quos & in Africam ad paganam gentem nitebantur perducere. Quo cognito, isdem sanctissimus pater fieri prohibuit hoc; judicans, quod justum non esset, [2] ut Christi abluti baptismo paganis gentibus deservirent: datoque eisdem [d] Veneticis pretio, quod in eorum emptione se dedisse professi sunt, cunctos a jugo servitutis redemit, atque [e] more liberorum degendos absolvit.

XXIII. [a] [1] Ipsis temporibus Ratchis Langobardorum rex ad capiendam civitatem Perusinam, sicut cetera Pentapoleos oppida, vehementi profectus est cum indignatione: quam & circumdans fortiter expugnabat. Hoc audiens sanctissi-

VARIANTES LECTIONES

XXII. *a* Vat. IV. *Eodem tempore* &c. *ad Romanam venire urbem* &c. *b* Vat. VIII. *Benoticorum*. *c* Alex. II. *virorum scilicet & feminarum*, Alex. III. & Alex. IV. *virilis scilicet & feminei generis*. *d* Vat. VIII. *Beneticis*. *e* Idem, *more liverorum*.

XXIII. *a* Vat. IV. *Ratchisus*, Alex. III. *Rathgis*, Vat. I. & III. ut in contextu.

N O T Æ

XXII. 1. PLURES VENETICORUM) Tunc primi Venetiarum incolæ, ita etiam a Paullo Diacono lib. VI. cap. LIV. appellati. *Rursus*, inquit, *cum Ravennam Hildebrandus regis nepos, & Peredeo Vincentinus dux obtinerent, irruentibus subito Veneticis, Hildebrandus ab eis captus est, Peredeo viriliter pugnans occubuit*.

2. UT CHRISTI ABLUTI BAPTISMO) De Christianis mancipiis, quæ a Judæis emi solebant, jamdudum pontificiis legibus cautum fuisse S. Gregor. lib. II. epist. XXXVII. nos docet: qui de hoc antiquas decessorum suorum pontificum sanctiones confirmat. *Mancipia autem*, inquit, *Christiana quæcumque eum* (Judæum) *comparavisse patuerit, ad libertatem juxta legum præcepta, sine omni ambiguitate perducite, ne, quod absit, Christiana religio Judæis subdita polluatur*. quæ in Decr. Gratiani habentur XIII. dist. LIV.

XXIII. 1. IPSIS TEMPORIBUS RATCHIS &c.) Hæc eadem Leo Ostiens. in sua Chronica Casinensi cap. VIII. A. C. 749. id contigisse, Sigebertus in sua Chronica ita narrat. *Rachis*, inquit, *Langobardorum rex, dum rupto fœdere Romam inquietare nititur, a Zacharia papa non solum a malo reprimitur, sed etiam ejus instinctu cum uxore & filiis Romam veniens, monachus efficitur, cui Aistulphus frater ejus substitutus regnavit annos VII*.

AD

ctissimus papa, continuo spe divina fretus, assumptis aliquantis ex suo clero optimatibus, quantocius ad eamdem [b] perrexit civitatem: impensisque eidem regi plurimis muneribus, atque oppido eum deprecans, opitulante Domino, ab obsidione ipsius civitatis eum amovit. Cui & salutaria prædicans, Deo auctore, [c] valuit animum ejus ad [d] spiritale studium inclinare. Post aliquantos enim dies isdem [e] Ratchis reliquens regalem dignitatem, devote cum uxore & filiis [2] ad beati Petri principis apostolorum [f] conjunxit limina: [g] [3] acceptaque a præfato sanctissimo papa oratione, clericus effectus, monachico indutus est habitu cum uxore [4] & filiis.

XXIV. Hujus denique temporibus magnum thesaurum Dominus Deus noster in hac Romana urbe per eumdem almificum papam propalare dignatus est. In venerabili itaque patriarchio sacratissimum beati Georgii martyris isdem sanctissi-

VARIANTES LECTIONES

textu. *b* Vat. IV. *pervenit*. *c* Vat. IV. *inclinavit*. *d* MSS. aliqui, *in spiritali studio inclinare*. *e* Alex. III. *Rathchis*. *f* Vat. I. *conjuncxit*, Vat. IV. *perrexit*. *g* Vat. I., *Ibi accepta a prælato* &c. Vat. III. *a relato* &c.

VAT. I.

NOTÆ

2. AD BEATI PETRI &c. CONJUNXIT LIMINA) Perrexit scilicet, seu pervenit: quod alibi adnotatum est. Leo III. papa in epist. quæ inter epistolas S. Bonifacii est LXXV. *Cum ad limina*, inquit, *beatorum principum Apostolorum Bernharius venerabilis episcopus una cum Adthardo religioso abbate* &c. *conjunxissent* &c. Quæ verbi hujus acceptio apud illius ævi scriptores obvia.

3. ACCEPTAQUE &c. ORATIONE) Hoc est, *benedictione*. In Vigilio num. IV. *Plebs vero & populus sequebantur eum adclamantes, ut orationem ab eo acciperent. Data oratione, respondit omnis populus*, Amen, *& mota est navis*.

4. ET FILIIS) Leo Ostien. *& filia* legit ibidem: *cum jam per annos quinque, & sex menses regnasset, Romam una cum uxore* & filia *ad beati Petri apostolorum principis limina devotus advenit. Ibique a præfato Apostolicæ sedis præsule Zacharia comam attonsus, & clericus factus, monachico etiam habitu simul cum uxore &* filia *est indutus*: mox vero, *uxor vero illius nomine Tasia, & filia Rattruda, concedente & adjuvante præfato abbate, monasterium puellarum non longe a Casino in loco, qui Plumbariola vocatur, propriis sumptibus extruxerunt, multisque ditatum opibus, ibi sub magna cautela, & districtione regulari vitam agentes, ultimum diem clauserunt*.

VI.

ctissimus papa in capsa reconditum reperit [a] caput: in qua & [b] [1] pictacium pariter invenit, literis exaratum Græcis, [c] ipsius caput esse [d] significans. Qui sanctissimus papa omnino hilaris & satisfactus, illico aggregato hujus Romanæ urbis populo, cum hymnis & canticis spiritalibus in venerabilem diaconiam ejus nomine consecratam, sitam in hac Romana civitate regione secunda [2] ad Velum aureum, illud [e] deduci fecit: ubi immensa beneficia atque miracula omnipotens Deus ad laudem nominis sui per eumdem sacratissimum martyrem operari [f] dignatur.

XXV. Hujus temporibus defunctus est Theodorus major filius Megisti [a] Cataxanti. ob veniam suorum delictorum prædium, quo ex hereditate fruebatur paterna, situm quinto ab hac Romana urbe milliario, via Tiburtina, in quo & oratorium sanctæ Cæciliæ esse dinoscitur, beato Petro [b] reliquit. Quod ipse beatissimus papa magnæ constructionis fabri-

VARIANTES LECTIONES

XXIV. *a* Vat. I. & IV. *capud*. *b* Alex. II. *epitapheum*. c. Vat. I. & IV. *ipsum capud esse*, Vat. VIII. *ipsud esse*. *d* editi, *significantes*. *e deduci fecit*. Alex. II. & Flor. I. quæ deinde usque ad ea verba num. XXVIII. *Hic dilexit clerum* &c. reliqua sunt, his paucis more suo contrahunt: *& per diversa loca dirutas ecclesias restauravit, sicut ab antiquitus fuerant restauratæ*, & *vestes* & *donaria obtulit*. *f* Vat. IV. *dignatus est*.

XXV. *a* Vat. IV. *Cathasanti*, Alex. III. *Cathaxanti*. Vat. VIII. *Catasantim*. reliqui, ut in contextu. *b* Vat. IV. *dereliquit*. Vat. I. & VIII. *dereliquid*. Alex. III.

NOTÆ

XXIV. 1. PICTACIUM) Quod & *pytacium* & *pitacium*, diminutivum *pitaciolum*. Proprie panni frustulum, sed similitudinarie pro parva chartæ schedula, superiore fronte inscripta, seu epitaphio a sequioris ævi scriptoribus accipitur. Præ ceteris Johannes Diacon. lib. II. cap. XLV. *Et scribens orationem in pictatio, dedit uni diaconorum suorum*, Flodoard. Hist. Rhemens. lib. III. cap. XXIII. *Pitaciolum irrationabiliter confectum, & manu sua subscriptum*, & Zacharias papa in epist. inter epistolas S. Bonifacii XLII. *Continebant enim capitula in pyctacio ab eis porrecto*.

2. AD VELUM AUREUM) pro ad *Velabrum*, seu *Velavrum*, ut passim *v* consonante pro *b* posito; unde *Velum aureum* apud infimi ævi scriptores, de quo supra in S. Leone II. num. V. dicitur hic *in regione* II. positum, quæ in divisione quatuordecim antiquæ urbis regionum a S. Clemente facta, ex octava, ad quam velabrum spectabat, & undecima, ut Nardinus, seu prima, ut Bosius, constituta fuit. De qua divisione vide supra in eodem S. Clemente num. II. & in Simplicio num. II.

fabricis atque picturis decoravit: ampliavitque in eo fines ex omni parte. Data enim digna recompensatione iis, qui in vicino ejusdem loci possessiones tenere videbantur; nemini vim inferens, sed magis, ut condecet patri, cuncta secus eumdem locum amica pactione emit pretio, & domum cultam beato Petro eumdem locum in perpetuo statuit permanendum: quæ domus culta sanctæ Cæciliæ usque in hodiernum diem vocatur. Construxit quoque in ea & oratorium sancti [c] [1] abba Cyri: ubi & multas sanctorum condidit reliquias: quam videlicet domum cultam usui proprio [d] dominicæ rationis descripsit.

XXVI. Constituit etiam aliam domum cultam in XIIII. milliario ab hac Romana urbe, [a] [1] patrimonio Tusciæ: & constitutionibus obligavit usui ecclesiæ permanenda tam loca, quæ ab Anna relicta sunt, [b] quam quæ ab Agathone primicerio beato Petro esse videntur concessa. Hic massas, quæ [c] [2] vocantur Antius & Formias, suo studio juri beati Petri

VARIANTES LECTIONES

c Alex. III. *abbatis Cyri*. *d* Vat. I. *dominicæ videlicet ditionis*, vulgata editio, *dominicæ videlicet traditionis*.

XXVI. *a* Ita Vat. VIII. & Alex. III. reliqui, *patrimonium Tusciæ*, ut in editis. *b quam quæ ab Agathone* &c. Ita ex Vat. IV. *c* Vat. idem, & VIII. & Alex. III.

NOTÆ

XXV. 1. ABBA CYRI) *Abba* pro *Abbas* indeclinabile, uti apud Hebræos & Syros, a quibus originem suam hoc nomen agnoscit. Ita pariter in Leone III. num. LXXXI. enunciatur: *Fecit autem & in oratorio sancti Abba Cyri, quod ponitur in Xenodochio, quod appellatur a Valeriis, canistrum* &c. Grimald. in lib. Canonicor. S. Petri pag. mihi 60. *Ista ecclesia*, inquit, *ponitur sicut est a Benedicto Canonico S. Petri in suo Rituali, ad militias Tiberianas, ubi est turris militiarum. Imminet huic ecclesiæ monasterium S. Sixti* [al. S. Catharinæ, eundo versus S. Mariam in Campo Carleo] *in clivi descensu eundo versus S. Quiricum sinistrorsum extat ad clivi medium, nunc profanata, & in domum conversa, quæ domus habet in fronte imaginem antiquam Salvatoris; nam dicta ecclesia nostro tempore vocabatur S. Salvator. Cernitur ibi & campanile ad balnea Pauli.*

XXVI. 1. PATRIMONIO TUSCIÆ) seu ducatu Romano, ad quem præcipue spectasse videntur Ameria, Hortæ, Polimartium, Sutrium & Blera, & loca alia usque ad Viterbium, quod Langobardorum Tusciæ confinium dicitur in Zacharia num. XI.

2. ANTIUS & FORMIAS) sic dictæ ut puto, quia in territorio Antii una, Formiarum altera.

Aro-

Petri adquisivit: quas & domos cultas statuit. De omnibus itaque superius adnexis domocultis [d] [3] Apostolicæ exarationis constituta faciens, atque [4] sacerdotale collegium adgregans, sub anathematis interdictionibus statuit, nulli successorum ejus pontificum, vel alii cuilibet personæ licere ipsas domos cultas ab usu ecclesiæ quoquo modo alienare.

XXVII. Hic beatissimus papa statuit, crebris diebus alimentorum sumptus, qui & [a] eleemosyna usque nunc appellatur, de venerabili patriarchio [b] [1] a paracellarariis, pauperibus & peregrinis, qui [2] ad beatum Petrum [c] morantur, deportari, eisque erogari: necnon ut omnibus & [d] inopibus & infirmis, per universas regiones istius Romanæ urbis constitutis, [e] curiose distribuerentur. Hujus temporibus contigit

VARIANTES LECTIONES

Alex. III. *Anthius*, editi *Antrus*. *d* Alex. III. *Apostolicæ ex ratione*, leg. *exarationis*, ut in editis, & in contextu.

XXVII. *a* Vat. IV. *eleemosynæ*. *b* editi cum MSS. nonnullis *a paracellariis*. *c* Alex. III. *demorantur*. *d* Vat. IV. *pauperibus*. *e* Ita Vat. idem, ceteri *eamdem*

NOTÆ

3. APOSTOLICÆ EXARATIONIS CONSTITUTA) Bullas scilicet pontificis signo firmatas.

4. SACERDOTALE COLLEGIUM) Cardinalium, quod *sacrum* inde appellatum. In Hadriano num. LVII. *ita videlicet statuens ejus almifica beatitudo una cum sacerdotali collegio* &c.

XXVII. I. A PARACELLARARIIS) Palatii pontificii dispensatoribus. Infra in Hadriano num. eodem: *& quinquaginta panes* &c. *& caldaria plena pulmento erogentur omni die per manus unius fidelissimi* paracelllararii. Ita denominari a *paracellario*, quod idem ac penuarium, vulgo *dispensa*. In Hadriano ibidem: *simili modo curiose* in paracellario *prænominatæ sanctæ nostræ ecclesiæ deducantur, & separatim reponantur*; mox vero, *capita centum exinde occidantur, & in eodem* paracellario *reponantur*.

2. AD BEATUM PETRUM) In hospitali sancti Gregorii ad gradus basilicæ Vaticanæ, de quo Mallius, *Fecit Xenodochium beatus Gregorius juxta gradus beati Petri, & constituit ibi tres cantores, cum primicerio, qui jugiter officiarent missam ad altare beati Petri* &c.: *& virga staret juxta altare cum duobus & tribus & quatuor* &c. *Hinc ecclesiæ sanctæ* MARIÆ *virgariorum*, ut ait Grimaldus in lib. Canonicor. basilicæ Vaticanæ cap. I. & *sanctus Gregorius Armenorum appellabatur*, propter Armenos, qui in eodem hospitali degebant: demolitum fuisse sub Pio IV. anno 1398. in libro Censuali Archivi sancti Petri fol. 54. idem Grimaldus refert.

tigit ſubito [f] [3] tegimen tituli beati Chriſti martyris Euſebii cadere. [g] Qui ſanctiſſimus vir tota ſua virtute decertans, prudenterque elaborans, ſicut antiquitus fuerat, rurſus quod ceciderat, reparavit, [h] atque optime reſtauravit.

XXVIII. Hic præcipuus pontifex fecit [a] veſtem ſuper altare [1] beati Andreæ apoſtoli ad beatum Petrum nimis optimam. Multa etiam loca ſanctorùm in meliorem ſtatum perduxit, & veſtes optimas ſuper altaria earumdem Dei eccleſiarum fecit. Hic dilexit clerum ſuum valde, [2] atque presbyteria eis annue in duplo & amplius tribuit; omnes utpote pater & bonus paſtor amplectens, & utiliter fovens, & penitus quempiam tribulari minime permittens. Hujus [b] denique temporibus in magna ſecuritate & lætitia populus a Deo illi commiſſus degens vixit.

XXIX. Hic beatiſſimus papa ſuo prudentiſſimo ſtudio IIII. [1] dialogorum libros, quos beatæ recordationis Gregorius papa fecit, de latino in græcum [a] tranſtulit eloquium: & plures, qui latinam [b] ignorabant lectionem, [c] per eorum illuminavit lectionum hiſtoriam. Hic fecit ordinationes III.

per

VARIANTES LECTIONES

dem ſimiliter diſtribui ipſam alimentorum conſtituit eleemoſynam. *f* Ita Alex. III. alii *tegumentum*. *g* Idem, *qui vir venerabilis tota ſua decertans virtute*. reliqui *cum tota ſua* &c.. *b* Vat. VIII. *adque obtime*.

XXVIII. *a* Sic Vat. I. & III. Alii *veſtes* &c. *nimis optimas*. *b* Vat. I. & III. *itaque*, Vat. IV. *autem*, Farneſ. & Flor. I. ut in contextu.

XXIX. *a* Vat. VIII. Farneſ. & Flor. I. *tranſlatavit*. *b* Libri editi, *ignorant*. *c* Ita Vat. I. Alex. III. *per earum illuminavit* &c. editi, *per ejuſdem lectionis illuminavit* &c.

Ita

NOTÆ

3. TEGIMEN TITULI &c.) Quod & *tegumen*, *tegumentum*, & *tegmen*, vulgo *ſoffitto*. Cic. lib. II. de Nat. Deor. *tegmen cœli*. Infra in Stephano II. num. XIII. *Reſtauravit & tegumen cœmeterii ſancti Soteris, quod ceciderat*.

XXVIII. 1. BEATI ANDREÆ APOSTOLI) Cujus eccleſia olim, quod hodie baſilicæ Vaticanæ ſacrarium. Hæc eadem *monaſterium*, & in Symmacho, ut viſum eſt ſupra, num. VI. *baſilica* nuncupatur. Vide quæ ibi paucis adnotavimus.

2. ATQUE PRESBYTERIA &c.) Vide ſupra in Deus dedit num. IV. in Bonifacio V. num. I. & in Johanne V. num. V.

XXIX. 1. IIII. DIALOGORUM LIBROS

per mensem Martium [d] & Decembrium, [e] presbyteros xxx. diaconos v. episcopos per diversa loca numero LXXXV. [2] Qui sepultus est ad beatum Petrum apostolum Idibus Martii, Indictione v. [3] & cessavit episcopatus ejus dies XII.

STE-

VARIANTES LECTIONES

d Ita Farnes. & Flor. I. *e* Iidem, *presbyteros* XXIII. *diaconos* VI. *episcopos* per *diversa loca* XXXV.


Vat. I.

NOTÆ

... ROS &c.) *Quos*, ut ait Johan. Diacon. in vita sancti Gregorii lib. IV. cap. LXXV. *Orientalibus ecclesiis divulgavit, quamvis astuta Græcorum perversitas in commemoratione Spiritus sancti a Patre procedentis, nomen Filii suaptim radens abstulerit*. Lib. namque II. cap. ultimo quum S. Gregorius scripsisset: *Quum enim constet, quia Paracli us spiritus a Patre semper procedat & Filio*, his ista in Græcis Zachariæ exemplaribus substituerunt: *Aperte igitur patet, quod Paraclitus Spiritus a Patre procedit, & in filio permanet*.

2. QUI SEPULTUS EST &c.) In sequenti nempe die post obitum, qui accidit die XIV. Martii A. C. 752. quo Indictio v. in cursu erat.

3. ET CESSAVIT) Ab eadem die XIV. Martii, sive a Zachariæ papæ obitu usque ad diem ejusdem mensis XXVI. qua die Dominica post subitam presbyteri Stephani in pontificem electi mortem Stephanus alter, qui sequitur, electus fuit & ordinatus.



STE-

XCII.

STEPHANUS II.

Ann. Chr. 752. Constantini Copronymi imp. 11.

I. [1] STEPHANUS, natione Romanus, ex patre Constantino, [a] sedit annos V. [2] dies XXVIII. Hic post patris sui transitum parvus derelictus, in venerabili cubiculo Lateranensi [b] [3] pro doctrina Apostolicæ traditionis sub suis prædecessoribus beatæ memoriæ Gregorio & Zacharia pontificibus permansit: quem singillatim per ecclesiasticos ordines [c] promoventes, diaconatus ordine eum ordinaverunt.

II. [1] Defuncto vero beatæ memoriæ domno [a] Zacharia papa, Stephanum quemdam presbyterum ad [b] ordinem pontificatus cunctus populus sibi [c] elegit, & [d] [2] intus Lateranense

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Vat. I. *dies* XXXVIII. leg. XXVIII. ut in editis & in contextu. Alex. II. *diebus* XCVIIII. leg. XXVIIII. Farnes. dies XXIII. *b* Alex. III. *per doctrinam*, Vat. IV. *sub doctrina* &c. *suorum prædecessorum* &c. *c* Alex. III. *provectum, diaconum ordinaverunt*.

II. *a* Vat. VIII. *Zaccharia* cum duplici *c*, ut in signis ejus plumbeis. *b* Vat. III. *ordinationem*. *c* Alex. II. *elegerunt*. *d* Farnes. *intro*.

Far-

N O T Æ

I. 1. STEPHANUS II.) Quem III. cum Baronio, aliisque quandoque diximus, quum vero hic fidem MSS. codicum sequi oporteat, II. illum diximus; quod in iisdem codicibus vel II. vel omnino numero carens occurrit. In Vat. I. diserte II. scribitur: ceteri vero quamvis tam istum, quam Stephanos alios duos, qui Paulo & Leoni III. successere, non ullo numero signent; Stephanum tamen, qui Hadrianum II. decessorem habuit, V. numerant, non VI. sicuti eumdem numerassent, si Stephanus non ordinatus, sed tantummodo electus, de quo paullo infra, tunc uti pontifex habitus, & ejus nominis II. dictus fuisset. Legitur præterea vetus inscriptio Vaticana apud Mallium, in qua itidem Stephanus hic II. appellatur non III. *Subjacet hic Stephanus Romanus papa secundus*.

2. SEDIT ANNOS V. DIES XXVIII.) A die videlicet XXVI. Martii A. C 752. usque ad diem XXV. Aprilis, qua mortuus est, in dies pontificatus, ut infra, non numeratam A. C. 757. die inde sequenti sepultus.

3. PRO DOCTRINA &c.) Ita etiam Paulus ejus successor *ab ineunte ætate in Lateranensi patriarchio* &c. *pro eruditione ecclesiasticæ disciplinæ traditus* dicitur.

II. 1. DEFUNCTO VERO &c.) Post dies nimirum XII. a morte Zachariæ, seu die XXVI. Martii.

2. ET INTUS LATERANENSE PATRIARCHIUM MISIT) De pontificibus,

ſe patriarchium miſit: ubi biduo manens, tertia die, poſtquam a ſuo ſomno ſurgeret, & ſedens familiares cauſas ſuas diſponeret, ſubito, dum ſederet, alienatus obmutuit, [3] & ſequenti die defunctus eſt.

III. Poſt hæc vero [1] cunctus Dei populus [a] congregatus eſt intra venerabilem baſilicam ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe, ubi omnes miſericordiam Domini Dei noſtri petentes, & ipſius Dominæ noſtræ ſanctæ ſemperque virginis Dei genitricis MARIÆ, bono animo, & conſona voce prædictum beatiſſimum virum ſibi [b] elegerunt pontificem. quem omnes ſincera mente [c] cum laudibus & præconiis in baſilicam Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, deportaverunt: [d] & exinde intus venerabile patriarchium juxta morem intromiſerunt. erat enim iſdem beatiſſimus papa amator eccleſiarum Dei, traditionem etiam eccleſiaſticam [e] firma ſtabilitate conſervans, pauperum Chriſti velox ſubventor, verbi Dei in magna conſtantia prædicator, viduas & pupillos multo melius viſitans, fortiſſimus etiam ovilis ſui cum Dei virtute defenſor.

IV. Mox vero reſtauravit quatuor in hac Romana urbe ſita antiquitus xenodochia, quæ a diuturnis & [a] longinquis temporibus deſtituta manebant [b] & inordinata; omnem uti-

VARIANTES LECTIONES

III. *a* Farneſ. *congregatus intro.* *b* Libri editi, *eligunt.* *c* Vat. IV. *cum laudum præconiis.* *d* vulgata editio, *& exinde intus venerunt, & in patriarchium* &c. Vat. VIII. ut in contextu. *e* Vat. III. & Flor. *firmam ſtabiliter conſervans.* Vat. IV. *conſervabat.*

IV. *a* Alex. III. *Longævis*: reliqui ut in contextu. *b* Ita Farneſ. aliique: Libri

N O T Æ

bus, qui ſtatim poſt ſuam electionem ad baſilicam Lateranenſem cum plauſu, ac populi totius acclamationibus deducti fuere, alia plura tam ſupra, quam infra exempla occurrent.

3. ET SEQUENTI DIE) Quæ fuit XXX. menſis Martii, ſeu quarta a ſuæ electionis die.

III. 1. CUNCTUS DEI POPULUS &c.) Clerus nimirum, & judicum Romanæque militiæ optimates, quorum acclamationibus per ea tempora Romani pontifices eligi ſolebant, ut præter Stephanos iſtos electi fuiſſe dicuntur Conon, & Gregorius III. atque inde Paulus, Leo III. Stephanus IV. Paſchalis, Eugenius, Valentinus, Gregorius IV. Sergius II. & Leo IV.

PER

utilitatem in diverſis eorum locis eis diſponens, intus etiam & foris: in quibus & multa contulit dona, quæ [1] per privilegii paginam ſub anathematis [c] interdicto confirmavit. [d] Pari modo a novo fundaſſe dinoſcitur & xenodochium in [e] Platana, centum pauperum Chriſti [2] diſpoſitum illic faciens; quotidianum videlicet victum eis decernens tribui. Foris muros quoque hujus civitatis Romanæ ſecus baſilicam beati Petri apoſtoli duo fecit xenodochia, in quibus & plura contulit [f] dona: quæ & ſociavit venerabilibus diaconiis illic [g] a foris exiſtentibus, ideſt, [3] diaconiæ ſanctæ Dei genitricis, & beati Silveſtri: [h] & privilegiis apoſtolicis perenniter [i] permanenda [k] munivit.

V. [a] [1] Inter hæc vero dum magna perſecutio a Langobardorum rege [b] Aiſtulpho in hac Romana urbe vel ſubjacen-

VARIANTES LECTIONES

Libri editi, *& in eis ordinavit*. *c* Farneſ. *interdictu*. *d* male in editis, *patrii modo*. *e* In vulgatis, *Plantana*. Flor. *Platanam*. *f* Vulgati Codices, *bona*. *g* Flor. ita. *h* Farneſ. *ex*. *i* MSS. aliquot, *permanſura*. *k* Sic Flor. Alex. III. *monuit*. Vat. VIII. *munibit*. Flor. *univit*. Poſt hæc autem Alex. III. iſta ſubjicit: *Hujus temporibus adveniens Humaldus* (qui alibi *Hunaldus*) *dux Aquitaniæ ad limina Apoſtolorum, ibique ſe perſeveraturum eſſe promiſit. Qui poſtmodum diabolica fraude deceptus votum frangens, Langobardis expediens, maligna abbortans: ſed ſicuti meruit, lapidibus digna morte finivit.*

V. *a* Vat. IV. *Inter hæc vero bona, quæ agebat, magnam perſecutionem Langobardorum rex Aiſtulphus in hac Romana urbe* &c. fecit. *b* Alex. III. *Haiſtulfo*. Far-

NOTÆ

IV. 1. PER PRIVILEGII PAGINAM &c.) Hoc idem in Zacharia num. XXVI. per *Apoſtolicæ exarationis inſtituta* exprimitur: quæ infra *privilegia Apoſtolica* dicuntur.

2. DISPOSITUM &c.) Proviſionem nempe illic faciens, ſeu diſponens, ut ſupra. Tacit. Hiſt. lib. II. cap. V. de Muciano: *aptior ſermone, diſpoſitu, proviſuque civilium rerum peritus*.

3. DIACONIÆ SANCTÆ DEI GENITRICIS ET BEATI SILVESTRI) Quarum una S. Maria in Palatiolo dicebatur, prope eccleſiam S. Michaelis ſita: altera S. Silveſtri juxta hoſpitale S. Gregorii ad gradus baſilicæ Vaticanæ, de quo ſupra in Zacharia num. XXVII. Eccleſias vero iſtas ſi quis alius diaconias appellet, compertum mihi non eſt.

V. 1. INTER HÆC VERO &c.) Menſe nempe Junio A. C. 752. qui tertius pontificatus Stephani menſis erat, Aiſtulphus rex Langobardorum, rupto pacis fœdere, quod in annos quadraginta cum pontifice ac ducatu Romano pepigerat, Romam & ſubjacentia ei loca minis & armis vexare cœpit.

Pau-

centibus ei civitatibus [c] extitiſſet, & vehemens ejuſdem regis ſævitia immineret, iſdem beatiſſimus papa tertio ordinationis ſuæ Apoſtolatus menſe diſponens germanum ſuum, ſanctiſſimum ſcilicet [2] Paulum diaconum, atque [3] Ambroſium primicerium plurimis cum muneribus ad eumdem Langobardorum regem Aiſtulphum [d] ob pacis ordinanda atque firmanda fœdera miſit. [e] Qui præfati viri ad eum [f] conjungentes, impartitis muneribus, [g] quo facilius eadem pro re apud eum [h] impetrarent, in quadraginta annorum ſpatium [i] pacis fœdus cum eo ordinantes confirmaverunt.

VI. At vero iſdem protervus Langobardorum rex, antiqui hoſtis invaſus verſutia, ipſa fœdera pacis [1] poſt pene quatuor menſes, in perjurii incidens reatum, diſrupit. [a] Multas etiam præfato ſanctiſſimo viro, vel cuncto populo Ro-

VARIANTES LECTIONES

Farneſ. *Aiſtolfo*. *c* Vat. VIII. *extitiſſe*. *d* Alex. II. *propter*. Libri editi, *ad*. *e* Vat. I. & Farneſ. *Qui prælati viri*. *f* Vat. IV. *jungentes*. Flor. *contingentes*. editi, *convenientes*. *g* Farneſ. *quaſi facilius*. *h* Idem, *impetrantes*. *i* Vat. I. & Alex. III. *pacti fœdus*.

VI. *a* Farneſ. *Multas jamfato*.

Vat. IV.

NOTÆ

2. PAULUM DIACONUM &c.) quem Stephanus ejus frater in pontificatu ſui ſucceſſorem habuit.

3. AMBROSIUM PRIMICERIUM &c.) Qui, ut ait Anaſtaſ. in Hiſtor. in Agaunenſi ſeu ſancti Mauricii monaſterio &c. *Stephanus papa aliquantis commoratus eſt diebus, ubi Ambroſius primicerius febre correptus defunctus eſt*. De inſigni vero Romanæ eccleſiæ primicerii munere quæ Onuphrius Panvinus habet, exſcribimus: *Ceterum*, ait, *inter* VII. *antiquos Romanæ eccleſiæ officiales primi & nobiliſſimi erant primicerius, & ſecundicerius ab officiis nomina ſortiti. Hi papæ continuo aſſiſtebant, quorum loca hodie tenent duo diaconi cardinales primi; judiceſque rerum palatinarum erant; a dextra lævaque pontificem in omnibus proceſſionibus comitabantur: ſine quorum conſilio nihil quod magni momenti eſſet, pontifex tranſigebat; inde papæ conſiliarii dicti: Octavam ſuper epiſcopos in matutinis feſtorum ſolemnium lectionem legebant*. Præter hos autem & alii primicerii erant, puta notariorum, judicum, & defenſorum, hoc eſt, inter illos primi: atque apud Ammianum Marcellinum, ut idem Onuphrius adnotat, primicerii protectorum, domeſticorum & ſimilium occurrunt. Item ſupra in Conſtantino papa num. II. primicerius exercitus inſulæ Siciliæ habetur.

VI. 1. POST PENE QUATUOR MENSES) Hoc eſt, menſe Octobri ejuſdem anni 752.

Romano ingerens contumelias, varias illi minas dirigebat; cupiens [b] quippe, Deo sibi contrario, cunctam hanc provinciam invadere, onerosum tributum hujus Romanæ urbis inhabitantibus adhibere nitebatur; per unumquodque scilicet caput [2] singulos auri solidos annue [c] auferre inhiabat: & suæ jurisdictioni civitatem hanc Romanam vel subjacentia ei castra subdere indignanter asserebat.

VII. Cernens vero isdem sanctissimus papa, [a] valde præfati regis perniciosam imminere sævitiam, accersitis ad se venerabilium monasteriorum sanctorum Vincentii & Benedicti [1] religiosis abbatibus, sua vice eidem misit crudelissimo regi; obnixe per eos postulans pacis fœdera, cum quiete utrarumque partium, [b] populo Dei obtinere confirmanda. Quos [c] [2] Nepe suscipiens, & omnino contemptui habens,

VARIANTES LECTIONES

b Vat. IV. *quippe e contrario*. *c* Libri editi, *inferre*.

VII. *a* In editis, *valide*, Vat. IV. *valde perniciosam sævitiam regis*. *b* Vulgati, *populi Dei*. *c* In libris editis, *nempe*.

Iidem,

NOTÆ

2. SINGULOS AURI SOLIDOS) Qui singuli argenteis quindecim nostræ monetæ (quos Julios vocant) æstimari posse videntur, ut ex Panvinio de VII. urbis Eccles. pag. 128. & 157. ubi de reditibus basilicæ & fonti Lateranensi a Constantino M. assignatis: cui summa solidorum 4159. & alia 10234. sunt nostratis pecuniæ 6239. & 15351. ut innuimus supra in Gregorio II. num. XXV.

VII. 1. RELIGIOSIS ABBATIBUS) Jacobus Grimaldus, qui, ut in Greg. II. num. II. & in Gregorio III. num. IX. adnotavimus, sæculares, non regulares eos fuisse censuit: *Habentur*, inquit, *in archivo S. Petri antiqua instrumenta locationum 600. annorum, in quibus clare patet degentes in his monasteriis non fuisse monachos, sed presbyteros: & in quolibet monasterio erat archipresbyter unus, quem Anastasius* (veteres nempe libri hujus Pontificalis scriptores) *vocat* abbatem, *fuit etiam dictus præpositus & prior* &c.. Sed ut recte conjicit & adnotat Angel. de Nuce ad Chron. Casin. cap. VIII. abbates illi monachi regulares fuere, Optatus nempe abbas monasterii Casinensis S. Benedicti, & Anno abbas monasterii S. Vincentii, quod ad Vulturni fluminis fontem situm est, & nunc magna congregatione refulget, a tribus nobilibus fratribus, hoc est Tato, Taso, & Paldo jam tunc ædificatum, sicuti viri eruditissimi Autberti ejusdem monasterii abbatis in volumine, quod de hac re composuit, scripta significant, ait Paul. Warnefrid. de Gest. Langob. cap. XL.

2. NEPE) quæ & *Nepet* episcopalis Etruriæ civitas Sutrio proxima. Paterculus lib. I. cap. XIV. *Post septem annos, quam Galli urbem ceperunt, Sutrium*

bens, eorum ſprevit [d] munera, & ad ſuæ animæ detrimentum ſine effectu cauſæ confuſos ad propria [3] abſolvit monaſteria, obteſtans eos minime ad præfatum [e] ſanctiſſimum papam [f] declinare. Quod audiens ipſe præcipuus pater, extemplo, juxta quod crebro conſueverat, omnipotenti Domino Deo noſtro ſuam populique ſibi commiſſi commendans contulit cauſam: [4] & hanc lugubrem ejus divinæ majeſtati inſinuavit lamentationem.

VIII. Dum hæc agerentur [a] conjunxit Romam [1] Johannes imperialis [b] ſilentiarius deferens eidem ſanctiſſimo pontifici [c] regiam juſſionem: ſimulque [d] [2] & aliam ad nomen præ-

VARIANTES LECTIONES

d Iidem, *monita*. *e* MSS. aliquot, *venerabilem*. *f* Farneſ. *declinari*.

VIII. *a* Vat. III. *convenit*, Vat. IV. *pervenit*. *b* Vat. III. *conſiliarius*. *c* *regiam*) Quæ vox in Vat. I. & Farneſ. minime habetur. *d* Vat. I. & Alex. III. *& aliam* &c. *adhortationis adnexa verba juſſionem*, Vat. III. *& alia* &c. *adhortionis*

NOTÆ

trium deducta colonia eſt, & poſt annum Setina, novemque interjectis annis Nepe. Plin. lib. III. cap. V. *Herbanum*, Nepet, *Novem pagi*: atque ita Sigonius ad Livii lib. VI. cap. IX. ſcribendum eſſe contendit.

3. ABSOLVIT) Dimiſit, ſeu abeundi poteſtatem fecit. Quo ſenſu apud poſterioris ævi ſcriptores verbi hujus acceptio frequens. Atque ut exempla alia plurima omittam, in Annal. Francor. ad A. C. 797. *legatum rex magnifice ſuſcipiens, poſt paucos dies* abſolvit, *& abire permiſit*. Gregor. III. inter epiſtolas S. Bonifacii, epiſt. CXXVII. *qui perfecta*, inquit, *oratione, ad acceptum laborem angelo Domini præviante, a nobis eſt abſolutus*: & epiſt. CXXVIII. *ut ſacra docet ſcriptura eum edocentes, ad vos cariſſimi remeandum abſolvimus*.

4. ET HANC LUGUBREM &c. LAMENTATIONEM) Quam tamen a librariis exſcriptam minime fuiſſe evidens eſt, quum in nullo ex MSS. codicibus appareat.

VIII. 1. JOHANNES IMPERIALIS SILENTIARIUS) ſeu conſiliarius: A voce latina *ſilentium*: græce σιλεντιάριος & σιλεντιάριος, cujus nominis officiales in aula imperiali duplices erant, ut Ducangius in Gloſſar. Græco-Barb. *Alii*, ait, *minores, quorum munus fuerit populo ſilentium indicere, & ut ſilentium tenerent, ſedulo curare: alii majores, quippe ſenatores* &c. *ut enim a* ſecreto *dicebantur* ſecretarii, *ſic a* ſilentio ſilentiarii *audiebant: nam quia ſenatores ſecreta tegere debebant & ſilere de rebus in ſenatu actis, ideo* ſecretarii & ſilentiarii *nomen eis adhæſit*. Quæ poſtrema nominis derivatio mihi minus arridet: Nam quum uniuſcujuſque ſenatoris ſit de rebus, quæ in ſenatu pertractantur ſilere, jam ſenatores omnes ſilentiarii appellati fuiſſent.

2. ET ALIAM AD NOMEN &c.) Et aliam videlicet hortatoriam imperatoris juſſionem, ſeu epiſtolam, ad prædictum Aiſtulphum regem directam.

 ADHÆ-

prædicti regis impii detulit, adhortationis adnexis verbis jussionem: ut scilicet reipublicæ loca, diabolico ab eodem rege usurpata ingenio, proprio restitueret [e] dominio. [f] Quem videlicet imperialem missum confestim sæpefatus sanctissimus papa cum suo germano prædicto sanctissimo Paulo diacono ad eumdem misit nequissimum Aistulphum Ravennam. Quibus susceptis, cum inani eos absolvit responso; [g] [3] adhærens eidem imperiali misso quemdam propriæ gentis nefarium virum, diabolicis imbutum consiliis, ad regiam [h] profecturum urbem.

IX. Reversique [a] legati Romam, ac præsentati eidem sanctissimo papæ, [b] enarraverunt, se nihil egisse. [c] Tunc præfatus sanctissimus vir, agnito [d] maligno regis consilio, [1] misit in regiam urbem suos missos & Apostolicos [e] affatus cum præfato imperiali misso, deprecans imperialem clementiam, ut juxta [f] quod ei sæpius exhortando scripserat, cum exercitu, ad tuendas has Italiæ partes, modis omnibus adveniret,

VARIANTES LECTIONES

tionis adnexu verba jussionum, Vat. IV. *& aliam* &c. *retulit adhortationis adnectens verba, ut* &c. *e* Alex. III. *domino*, reliqui, ut in contextu. *f* Sic idem Vat. I. & III. Vat. IV. *confestim præfatus papa cum suo germano Paulo prædicto diacono ad regem misit*, Alex. III. *Ipse autem pontifex cum eodem imperiali misso confestim sæpefatum sanctissimum Paulum diaconum* &c. *g* Vat. IV. *adjungens*. *h* Sic idem, vulgati, *properandum*.

IX. *a Legati*) Farnes. vocem hanc non agnoscit. *b* Sic Vat. I. ceteri, *narraverunt ei, se* &c. *c* MSS. Flor. & Farnes. *prælatus*, quod sæpe. Vat. IV. *beatissimus papa*. *d* In editis, *maligni regis*. *e* Farnes. *affatos*. *f* Sic Alex. III. Vat. vero I. *quod ei sæpius exercitandas has Italiæ in partes scripserat, cum exercitu* &c. Vat. IV.

NOTÆ

3. ADHÆRENS EIDEM &c.) Socians scilicet eidem. Sic infra num. XLIII. *& adhærens eis missum Apostolicæ sedis*, hoc est *mittens cum eis* &c. ut ibi cod. Vat. legit.

IX. 1. MISIT IN REGIAM URBEM &c.) Quo titulo imperialis sedes Constantinopolitana passim indigitabatur. Ex hoc autem nondum Romam, ejusque ducatum ab obedientia imperatorum Orientalium sese omnino subduxisse apparet: quorum tamen ratio nulla posthac ab iis est habita; quum quod ab eisdem imperatoribus auxilium suis Romanus pontifex legationibus frustra expostulaverat, & ipse coactus fuerit suorum decessorum Gregorii II. & Gregorii III. & Zachariæ exemplo ab regibus Francorum petere, ut infra patebit num. XV.

NISI

ret, & de morsibus filii iniquitatis Romanam hanc urbem vel cunctam [g] Italiam provinciam liberaret.

X. Inter hæc vero permanens in sua [a] pernicie [b] præfatus atrocissimus Langobardorum rex Aistulphus, exarsit furore vehementi, & [c] fremens ut leo, pestiferas minas Romanis dirigere non desinebat; asserens, omnes uno gladio [d] jugulandos, [1] nisi suæ, [e] ut præfatum est, subderent sese [f] ditioni. [g] Rursumque antefatus sanctissimus pater, congregato universo Romano cœtu, taliter eos paterno amore [h] admonuit, inquiens: *Quæso vos*, [i] *filii carissimi, pro nostrorum delictorum mole Domini imploremus clementiam; & ipse noster erit adjutor, liberabitque nos sua providentissima misericordia a persequentium manibus*. [k] Cujus salutaribus admonitionibus cunctus obediens populus, congregati unanimiter omnes, lacrimis fusis omnipotentem Dominum deprecati sunt.

XI. [1] In una vero dierum cum multa humilitate [a] sollicite [2] processit [b] ad litanias cum sacratissima imagine Domini

VARIANTES LECTIONES

Vat. IV. *quod eis sæpius tribulatis scripserat, has Italiæ in partes modis omnibus* &c. *g* Idem Vat. IV. & Alex. III. *Italiæ provinciam*.

X. *a* Vat. IV. *nequitia*. *b* Flor. *prælatus*. *c* Vat. IV. *frendens*. *d* Sic Alex. III. ceteri, *jugulari*, ut in editis. *e* Farnes. *ut prælatum est*, Vat. III. & Flor. *ut prædictum est*, ceteri, ut in contextu. *f* Vat. VIII. *dicioni*. *g* Vat. IV. *rursusque*. *h* Vat. III. & Flor. *admonebat*. *i* Vat. IV. & Alex. III. *Karissimi*. *k* Sic idem Alex. III. reliqui, *salutiferis*.

XI. *a* Vat. I. & Alex. III. *sollicite procedens*, Farnes. *solite*, ceteri, ut in contextu. *b* Vat. IV. *in letanias*, editi, *in letania*.

Vat. I.

NOTÆ

X. 1. NISI SUÆ &c. SUBDERENT SESE DITIONI) Aistulphus enim cernens, Romam ac totam fere Italiam, quod a proprio sui domino destituta, jam jam sese in libertatem esse vindicaturam, ut suos illa fasces ejus imperio submitteret, armis eam invadere, minisque atrocibus terrere, satis rem commodam esse atque opportunam existimaverat.

XI. 1. IN UNA VERO DIERUM &c.) Ante mensem Septembris, vel Octobris, ut videtur, A. C. 753. altero ejus pontificatus anno.

2. PROCESSIT AD LITANIAS) Inde *processiones* dictæ. Vide Indicem, verbo *Litaniæ*, & Macri Hierolex. ubi de iis fusius.

QUA

ni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, [3] quæ [c] acheropita nuncupatur: simulque cum ea alia diversa sacra [d] mysteria ejiciens, [e] propriisque humeris ipsam sanctam imaginem cum reliquis sacerdotibus gestans; nudis pedibus tam ipse quam universa plebs [f] incedentes ad ecclesiam sanctę Dei genitricis, quæ ad præsepe nuncupatur, posito [g] in omnium capitibus populorum cinere, cum maximo fletu & ululatu misericordissimum Dominum Deum [h] deprecati sunt; [i] alligans & colligans connectensque ad adorandam crucem Domini Dei nostri [4] pactum scilicet illud, quod nefandus rex Langobardorum [k] disruperat.

XII. [a] Hic etiam beatissimus papa omnes suos sacerdotes & clerum in Lateranensi patriarchio sedule adgregans, admonebat, divinam totis nisibus [b] scrutari scripturam, & in lectione vacare spirituali, ut efficaces invenirentur in omni responso & assertione adversariorum ecclesiæ Dei. Nec enim cessabat indesinenter admonendo & [c] confortando cunctum Dei populum, sobrie pieque agere, atque ab omni pra-

VARIANTES LECTIONES

c Vat. I. *ancheropsita*: hincque in editis, *antheropsita*, Farnes. *acheropyta*, Flor. ut in contextu, alii *acheropsita*. *d* In Vat. I. atque inde in editis, *ministeria*. *e* Vat. I. & Alex. III. *proprio humero*. *f* Vat. IV. *pergentes*. *g* Alex. III. *in omnibus capitibus cinere*. *h* Idem, *adorabant*. *i alligans & colligens*) Sic Alex. idem, Vat. IV. *Alligavit quoque, & connexuit adoranda* &c. *k* editi, *disrupit*.

XII. *a Hic etiam* &c.) Hinc usque ad initium num. XVI. Vat. IV. non legit. *b* Farnes. *sectari*. *c* in editis perperam, *confutando*.

Omni-

NOTÆ

3. QUÆ ACHEROPITA NUNCUPATUR) Id est, non manu facta: Panvin. de VII. urbis Eccles. ubi de Oratorio Sancta sanctorum, in cujus sacello hæc sacra Salvatoris imago servatur, qui primum mentionem ejus faciat, ante hujus vitæ scriptorem, quem *Bibliothecarium* appellat, se non alium invenisse ait. Mox vero, *super hoc altare* (Johannis diaconi Lateranensis verba sunt, quæ Panvinus recitat) *est imago S. Salvatoris mirabiliter in quadam tabula depicta, quam Lucas evangelista designavit, sed virtus Domini angelico perfecit officio*.

4. PACTUM SCILICET ILLUD &c.) Quemadmodum supra num. V.

OMNI-

pravitate ſeſe cuſtodire. [d] [1] Omnibus autem prænominatis ſacerdotibus dum de cœleſtibus ſuadebat, terrenis honoribus & dationibus eos attrahebat, ut cuncti ornati in eccleſia invenirentur: tunicas, planetas, aut [2] caſulas, unicuique eorum tribuens: aliis pretii dationem, ut qui crediti a fœneratoribus fuerant, liberarentur; ut tota eccleſia Dei in ſummum deveniret honorem.

XIII. Hic beatiſſimus [a] vir pro ſalute provinciæ & omnium Chriſtianorum omni Sabbatorum die litaniam, omni poſtpoſito neglectu, fieri ſtatuit; [b] uno quidem Sabbato ad ſanctam Dei genitricem ad præſepe: alio uno ad beatum Petrum apoſtolum, & alio ad beatum Paulum apoſtolum.

XIV. [a] Hic [1] fecit rugas ante altare ſanctæ Mariæ ſemper virginis, quæ appellatur ad præſepe: quas ex argento veſtivit, penſantes libras XL. Hic reſtauravit baſilicam ſancti Lauren-

ren-

VARIANTES LECTIONES

d Omnibus autem &c.) Quæ hujus numeri reliqua ſunt, ex Alex. III. adjecimus.

XIII. *a* Ex MSS. quidam *Papa*, aliqui, *vir*, ut in contextu. *b* Alex. III. ita, Vat. I. *unum quidem Sabbatum*, Vat. III. *unam quidem* &c.

XIV. *a Hic fecit rugas* &c. Hæc etiam ex Alex. III. explevimus uſque ad illa

la

NOTÆ

XII. 1. OMNIBUS AUTEM &c.) Pietas hic & liberalitas ejus eccleſiaſtico viro atque adeo ſummo pontifice dignæ commendantur.

2. CASULAS) Quæ ſacerdotalia indumenta erant ita denominatæ, quia rotundæ atque undique clauſæ, *eo modo*, inquit Macer in ſuo Hierolexico, *quo adhuc utuntur Græci, qui eam φιλόνιον appellant*. Ejus figuram apud eumdem videre eſt.

XIV. 1. FECIT RUGAS) quæ etiam *regiæ*, majores vel minores, portæ ſcilicet, & Cencio Camerario in Ceremoniali *rigæ* appellantur. Quidquid præterea de hac voce Macer in Hierolexico, & Ducangius in Gloſſar. varie ſentiant, cancellos eas fuiſſe, qui ante altaria & presbyteria potiſſimum ponebantur, ſeu potius parvas januas ſeu feneſtellas in iiſdem cancellis hinc inde efformatas, non erit mihi dubitandum. Ordo Rom. VIII. num. III. *ipſe ſubdiaconus indutus tunicam albam & tenens orarium in manu, ſtat ante rugas altaris*, hoc eſt, ante cancellos: & num. IV. *tenens eum archidiaconus ducit foras rugas altaris*. Mecum ſentit vir clariſſimæ memoriæ Johannes Mabillonius in Commentario ad Ordinem Rom. pag. CXXXV. ubi rectius præ ceteris ac fuſius de hoc vocabulo diſſerit.

ſi-

rentii [b] ſuper ſanctum Clementem, [a] ſitam regione tertia: quæ a diuturnis temporibus diruta manebat:reſtauravit & tegumen [c] [3] cœmeterii ſancti Soteris, quod ceciderat. [d] Fecit autem & veſtem altaris ad ſanctam Dei genitricem, quæ vocatur ad Martyres: quam & ipſe illuc cum litania pergens ſuis propriis manibus inveſtivit. Præterea renovavit in atrio ante fores beati Petri apoſtoli, [4] qui Quadriporticus dicitur, columnas marmoreas VIII. miræ pulchritudinis [5] ſculptoſque deſuper quadros compoſuit.

Ita-

VARIANTES LECTIONES

la verba, *Hic reſtauravit* &c. *b* Alex. idem, *ſuper ſanctum Clementem, & tegumen: quæ a diuturnis* &c. *manebant*. *c* Vat. III. *ſancti Soteris*. *d fecit autem & veſtem* &c..) Iſta quoque ad hujus numeri extrema ex eodem Alex. III. ſunt.

Ita-

NOTÆ

2. SITAM REGIONE TERTIA) Inter eccleſiaſticas, quarum tertia antiquæ urbis regioni V. reſpondebat, ubi eccleſiæ S. Clementis & S. Laurentii poſitæ.

3. COEMETERII SANCTI SOTERIS) Quod in via Appia ponitur, & cœmeterii Callixti partem eſſe exiſtimat Boſius lib. III. cap. XX. Romæ ſubter.

4. QUI QUADRIPORTICUS DICITUR);A Conſtantino M. ædificata; cujus antea mentio facta eſt in Symmacho num. VII. & in Dono num. I. De eadem Panvin. vide de VII. urbis Eccleſ. cap. IV. ubi de Baſilica S. Petri.

5. SCULPTOSQUE DESUPER QUADROS) Vaſa ſcilicet marmorea in quadrum fabrefacta, atque inter ſpatia octo illarum columnarum ad aquam ex canthato cadentem recipiendam poſita. Grimald. in libro de Canonicis S.Petri mihi pluries laudato cap. I. ubi baſilicæ Vaticanæ atrium deſcribit. *Cantharus*, inquit, *erat pinea ærea in medio atrii in uſum fontis ita appellata. Habebat magnum aquæ fontem egredientem de pinnaculo pineæ & alii fontes in ſingulis nucum nodis grato aſpectu cadentes. Aqua cadebat in vas quadrum, ſitum & fabrefactum in ſpatiis columnarum ex magnis marmoribus antiquis: in quolibet duo gryphones erant marmore ſculpti, pharetram tenentes in medio eorum. Unum ex his ſervandum curavi ſub fornice novi pavimenti*. (Liceat mihi quæ de atrio S. Petri reliqua ſunt, huc tranſcribere) *Sepiebant pineam octo nobiliſſimæ columnæ porphyreticæ, in una ex his ſculptus erat Imperator unus, in altera olim ablatus fuit. Supra columnarum coronam cernebantur elegantiſſimi pavones ænei aurati, quorum meminit vita Innocentii III. in Vaticano. Præcepit enim Viterbienſibus ut portas æreas & pavones canthari baſilicæ S. Petri inſtaurarent, quos abſtulerant tempore Friderici Imperatoris. Coronæ Zophorus ſculptus erat crucibus Græcis cum quatuor columbis ſupra, & infra crucis brachia cum draconibus ad vas bibentibus, & aliis ornamentis. A corona Zophori rurſum totum erat ex ære opertorium cum ſigno Chriſti, & quatuor delphinis in angulis, per quos decur-*

XV. [a] Itaque isdem sanctissimus vir jam præfato pestifero Langobardorum regi cum innumera munera immensis vicibus tribuens, deprecaretur pro gregibus sibi a Deo commissis & perditis ovibus, scilicet & pro universo [b] exarchatu Ravennæ atque [c] cunctæ istius Italiæ provinciæ populo, quem diabolica fraude ipse impius [d] deceperat rex, & possidebat, & cum ab eo nihil hac de re [e] obtinere se cerneret: præterea & ab [f] imperiali potentia nullum esse subveniendi auxilium; tunc quemadmodum decessores ejus beatæ memoriæ domnus Gregorius, [g] & Gregorius alius, atque domnus Zacharias beatissimi pontifices [h] [1] Carulo excellentissimo bonæ memoriæ regi Francorum direxerunt, petentes sibi ut subveniret propter oppressiones ac invasiones, quas & ipsi in hac Romana provincia a nefanda Langobardorum gente perpessi sunt; ita modo & ipse venerabilis pater divina gratia inspiratus, clam per quemdam peregrinum suas misit literas [i] Pippino regi Francorum, [k] nimium dolorem hujus provinciæ con-

VARIANTES LECTIONES

XV. *a Itaque isdem* &c. Sic idem Alex. III. ceteri, *Itaque dum isdem* &c. *jamfatum pestiferum* &c. *innumerabilia tribuens munera, deprecaretur* &c. Vat. IV. *universis vicibus innumera* &c. *b* Libri editi, *exercitu*. *c* Alex. III. & Farnes. ita, editi, *cunctæ Italiæ provinciæ populo*. *d* Vat. IV. *decerpserat*. *e* Sic Alex. III. reliqui, *obtineret: cernens præterea* &c. *f* Vat. IV. *Imperatoris potentia*. *g* Alex. III. & *item Gregorius*. *h* Ita Cod. Farnes. Alii *Karolo*. *i* Vat. VIII. ita & sic deinceps cum duplici *p*, quidam alii, *Pipino*. *k nimium dolorem* &c. Sic Alex. III. usque ad ea, quæ hujus numeri reliqua sunt. Ceteri vero, *literas* &c.

NOTÆ

decurrebat aqua pluens e cœlo super opertorium, quod ad arcus factum erat, cum cratibus æneis ad arcus pariter elaboratis. Hos delphinos sustinebant marmorei agni cum cophino panis, symbolum Christi. Item in vertice arcuum opertorii sub Paulo V. P. M. dum ad templi frontem erigendam pinea prædicta loco suo mota fuit, & in hortos Vaticanos translata, apparuerunt immediate sub ipsa tres magni tubones plumbei ex proximo clivo viridarii & nemoris Vaticani, ut fabri a subterraneo ductu judicarunt, aquam deducentes, quilibet horum tubo formam unius libræ aquæ ad hodiernam mensuram habebat. Hi profecto tubones erant, quos Hadrianus fecerat &c.

XV. 1. CARULO &c.) Carolomanno regis Pippini patri, qui sub Zacharia papa regno abdicato, monasticam vitam elegit, ut supra.

continentes. Quibus etiam rogavit, ut suos isdem Francorum rex Romam dirigeret missos, per quos ad se eum accersiens venire fecisset.

XVI. Et dum valide ab eodem Langobardorum rege, civitates & provincia ista Romanorum opprimerentur, subito [a] conjunxit missus jam fati regis Francorum, nomine, [b] Rotdigangus abbas, per quem isdem rex misit in responsis, omnem voluntatem ac petitionem prædicti sanctissimi papæ [c] adimplere se velle. [d] Et postmodum alius missus, familiaris ejus conjunxit, ea ipsa adnuntians.

XVII. Cumque a Langobardis, ut præfatum est, antiqua Romana urbs & castra universa distringerentur, ita, ut etiam & [a] [1] Ciccanense castellum, quod [b] colonorum sanctæ Dei ecclesiæ existebat, usurparent; illico a regia urbe [c] conjunxit sæpedictus [2] Johannes imperialis silentiarius cum missis ipsius sanctissimi pontificis, deferens secum [d] ea, quæ deportaverat iniqui Langobardorum regis missus, simul & jussionem imperialem, [e] in qua erat insertum, *ad Langobardorum regem eumdem sanctissimum papam esse properaturum, ob recipiendam Ravennatium urbem & civitates ad eam pertinen-*

VARIANTES LECTIONES

ras &c. *ex nimio dolore huic provinciæ inhærenti conscriptas. Adhuc* (Farnes. *A tunc*) *etiam nec cessavit, dirigens, ut suos Romam ipse Francorum rex mitteret missos, per quos eum ad se accersiri faceret*.

XVI. *a* Vat. I. *advenit*. *b* Sic idem, ut in contextu, Vat. IV. *Rotdigandus*, Farnes. *Rottigangus*, editi *Rodigangus*, Flor. aliique, *Rotdigangus*, Pagius legit, *Drottegangus*. *c* Sic Alex. III. *d* Vat. IV. *Postmodum vero & alios missos familiares sibi direxit, ea ipsa adnuntiantes*.

XVII. *a* Flor. *Cucavese*. *b* Alex. III. *Colonia*. *c* Vat. IV. *venit*, Alex. III. *advenit*, ceteri, ut in contextu. *d* Vat. IV. *ea, quæ portaverat*, libri editi, *& quæ deportaverat*. *e* Iidem prave legunt, *in qua inherat insertum a Longobardorum rege eum-*

NOTÆ

XVII. 1. CICCANENSE CASTELLUM) Latii oppidum, millia pass. XXX. ab urbe distans, Columnensium hodie ditionis.

2. JOHANNES IMPERIALIS SILENTIARIUS CUM MISSIS &c.) De quibus supra num. VIII. & IX.

ROT-

tinentes: pro quo & de præsenti [f] direxit ad eumdem regem suum missum pro sua, & qui cum eo ituri erant, indemnitate.

XVIII. [a] Ipso itaque reverso, extemplo & missi jam fati Pippini regis Francorum conjunxerunt, idest [1] Rotdigangus episcopus & Autcharius dux; quatenus prædictum sanctissimum papam (juxta quod ipse [b] petendo miserat) [c] ad suum regem in Franciam deducerent. Quem etiam paratum invenerunt ad prædictum Langobardorum regem [d] properare, pro recolligendis universis dominicis perditis [e] ovibus.

XIX. Tunc consulens isdem beatissimus papa omnipotentis Dei nostri misericordiam, [1] egressus est ab hac Romana urbe ad beatissimum Petrum apostolum XIIII. die mensis [a] Octobris, [b] [2] indictione VII. secutique sunt eum plures Romanorum & exterarum civitatum populi, flentes ululantesque: & nequaquam eum penitus ambulare sinebant. [c] Qui sanctissimus vir sese in Dei virtute, & protectione sanctæ Dei genitricis MARIÆ & beatorum principum apostolorum [d] confidens, constanter pro salute omnium, licet infirmitate corporis [e] detentus, laboriosum [f] adgressus est iter,

VARIANTES LECTIONES

eumdem sanctissimum papam esse properatum. *f* in editis (*Stephanus papa*) quæ non apparent in cod. Farnes. uti nec verbum illud *blasphemum*, quod verbo *regem* in iis, & in MSS. aliquot præponitur.

XVIII. *a* Alex. III. *ipsoque reverso mox missi jam venerant, idest Rothgandus & Autharius*. *b* Flor. *petendum*. *c* Idem, *in Frantiam*, aliqui, *ad suum Franciæ deducerent regem*, vel cum vulgatis, *regem deducerent*. *d* MSS. cum editis, *properandum*. *e* Editi, *ovilibus*.

XIX. *a* Vat. I. *Octubrii*. *b* Farnes. *Indictionis septimæ*. *c* editi, *Qui videlicet sanctissimus vir*. *d* Farnes. *conferens*. *e* Flor. *defectus*. *f* Alex. III. *arripuit*.

In

NOTÆ

XVIII. 1. ROTDIGANGUS) Pagio *Chrodigangus*, episcopus Metensis.

XIX. 1. EGRESSUS EST AB HAC ROMANA URBE &c.) A patriarchio videlicet Lateranensi ad basilicam Vaticanam, quæ semper, quia trans Tiberim, extra urbem habita fuit.

2. INDICTIONE VII.) Hoc est, A. C. 754. pontificatus sui III.

iter; confortans atque commendans cunctam dominicam plebem bono pastori Domino nostro, & beato apostolorum principi Petro. Et assumens secum [g] ex hujus sanctæ ecclesiæ [h] clero quosdam sacerdotes, proceres etiam, & ceteros [i] clericalis ordinis, nec non [k] ex militia optimates, Christo prævio, cœptum [l] profecutus est iter, magnam illi [m] cœli serenitatem Domino in ipso itinere tribuente.

XX. Igitur [a] conjungente eo [b] [1] XL. milliario in Langobardorum fines, una noctium [2] signum in cœlo magnum apparuit, quasi [c] gladius igneus ad partem australem, declinans a Galliæ partibus in Langobardorum [d] partes. Itaque unus ex eisdem Francorum missis, scilicet [e] Autcharius dux, quantocyus procedens, [f] Ticino eum præstolatus est.

XXI. Cum vero [a] appropinquasset jam fatus beatissimus papa ad civitatem Papiam, direxit ad eum sæpefatus [b] Aistulphus, nequissimus rex, missos suos; obtestans eum, ne ulla penitus ratione auderet illi verbum dicere de repetenda Ravennatium civitate & exarchatu ei pertinente, vel de reliquis reipublicæ locis, quæ ipse vel ejus prædecessores

VARIANTES LECTIONES

g In vulgatis, *ex hac sancta ecclesia*. b Alex. III. *Sede*. i Vulgati, *clericorum ordinis*. k Iidem, *Et ex militiæ optimatibus*. l Vat. I. & IV. *profectus est iter*. m Vat. IV. *cælestem*.

XX. a Vat. IV. *perveniente eo in Langobardorum fines una* &c. b XL. *milliario*) ex Alex. III. ista explevimus. c Vat. I. *globus igneus*, Var. III. & Flor. *gladius ingens*. d Vat. idem III. *partem*. e Flor. *Autcaris*. f Vat. I. & III. *procedens Ticinum*.

XXI. a Vat. VIII. *appropinquassed*. b Vat. I. & Farnes. *Aistolfus*, & sic deinceps.

NOTÆ

XX. 1. XL. MILLIARIO) Prope Viterbium, quod Langobardorum Tusciæ confinium erat, ut in Zacharia num. XI.

2. SIGNUM IN COELO MAGNUM &c.) Veluti signum illud Langobardorum cladem & exitium a Gallia processurum portenderet. Sigebertus in Chron. ad ann. 752. *Stephanus papa*, inquit, *ad expetendum Pippini regis auxilium cogitur in Franciam venire, cui in veniendo in una noctium apparuit magnum signum in cælo: globus scilicet igneus a parte australi declinans a Galliæ finibus in partes Langobardorum*.

UT

fores Langobardorum reges invaserant. Ille vero ita ei misit in responsis; asserens, quod [c] per nullius trepidationis terrorem sileret ab hujuscemodi petendi causa. Veniens vero in Papiam civitatem, & prædicto nefando regi præsentatus, [d] plura illi tribuit munera, nimis eum obsecrans atque lacrimis petens profusis, [1] ut dominicas, quas abstulerat, redderet oves, & propria propriis restitueret: [e] quod nullo modo impetrare valuit. Imperialis quoque missus simili modo hoc petiit, [f] & imperiales literas illi tribuit: sed nihil obtinere potuit.

XXII. Prædicti vero Francorum missi imminebant fortiter apud eumdem Aistulphum, ut præfatum sanctissimum papam in Franciam pergere [a] relaxaret. Ad hæc convocans jam dictum beatissimum virum rex interrogavit; *si ei in Franciam properandi esset voluntas?* quod videlicet ille nequaquam siluit; sed suam illi voluntatem propalavit. Unde ipse rex commotus ut leo, dentibus [b] fremuit: pro quo [c] & diversis vicibus suos [d] optimates ad eum misit clam ut eum quoquomodo detentum [e] ad alia declinarent.

XXIII. Sequenti vero die iterum, [a] [1] præsente Rotdigango sanctissimo episcopo, interrogavit eumdem beatissimum papam jam fatus Langobardorum rex; [b] *si vellet ire in Franciam?*

VARIANTES LECTIONES

cepe. *c* Alex. III. ita: reliqui, *pro nullius trepidatione terroris*. *d* Idem, *multa tribuit munera*. *e* Sic Alex. III. ceteri, *sed nullo modo apud eum hæc impetrare valuit*. *f* Idem, *nam imperiales literas illi tribuit, & nihil obtinere valuit*. Vat. 1. *missus & ille simili modo* &c. libri editi, *Nam & imperialis missus* &c.

XXII *a* Alex. III. *ne permitterent*: sed perperam. *b* Vat. 1. *fremebat*. *c* Alex. III. *& frequentius*. *d* Sic Flor. Alii, *satellites*, ut in editis. *e* MSS. plerique, *a tali intentu*, ut in vulgatis.

XXIII. *a* Male in editis, *Alias vero præsente* &c. Farnes. *Alio vero die*. *b* Vat. 1. *si velle*

NOTÆ

XXI. 1. UT DOMINICAS &c) Romani nempe ducatus populos, qui sanctæ Dei ecclesiæ erant. Sic etiam supra num. XVIII. *pro recolligendis*, ait, *universis Dominicis perditis ovibus*: mox item num. XIX. *confortans atque commendans cunctam* dominicam *plebem bono pastori Domino nostro* &c.

XXIII. 1. PRÆSENTE ROTDIGANGO) Cujus supra mentio nu. XVIII.

EPI-

ciam? [c] & ille respondit, *ita: quod si tua est voluntas me relaxandi, mea omnino est ambulandi*. Tunc absolutus est ab eo: & assumens ex hujus sanctæ Dei ecclesiæ sacerdotibus vel clero Georgium episcopum Ostiensem, [d] Wilcharium [2] episcopum Nomentanum, Leonem, Philippum, Georgium, & Stephanum presbyteros, Theophilactum, [e] archidiaconum, Pardum [f] [3] & Gemmulum [g] diaconos, [4] Ambrosium primicerium, [h] Bonifacium [i] secundicerium, Leonem & Christophorum [5] regionarios, [k] sive & ceteros; quintadecima die mensis Novembris [l] prædicta VII. Indictione a civitate Papia movens, [m] suum in Franciam profectus est iter.

XXIV. Post ejus autem absolutionem adhuc nitebatur [a] nequissimus rex Aistulphus ab hoc eum deviare itinere: quod minime eumdem beatum virum latuit. Unde & cum nimia [b] celeritate, Deo prævio, [1] ad Francorum [c] conjunxit

VARIANTES LECTIONES

si velle haberet Franciam ambulandi? Vat. III. *si vellet adire Franciam?* Vat. IV. ut in contextu. *c* Vat. I. & III. *& ita affatus est*, Vat. IV. *Qui respondit*. *d* Vat. I. *Wilcarium*, Vat. IV. & Flor. *Quilcharium*. Alex. III. *Wilcharium episcopum Nomento*. *e* Flor. *archidiaconem*. *f* Idem Alex. III. *Gemulum*. *g* MSS. plerique, *diacones*. *h* Idem, *Bonefacium*. *i* libri editi, *secundum*. *k* Iidem, *secum*, Farnes. *seu*. *l* MSS. nonnulli, *prædictæ* VII. *indictionis*. *m* Alex. III. *in Franciam cœpit proficisci*.

XXIV. *a* MSS. nonnulli, *suprascriptus Langobardorum rex*. *b* Sic Vat. III. & Flor. Alii, *celeritate*, ut in editis. *c* Vat. IV. *pervenit*.

Idem

NOTÆ

2. EPISCOPUM NOMENTANUM) Qui secundus, seu primus post episcopum Silvæ Candidæ in synodalibus actionibus subscribere solebat. In Synodo Romana sub Zacharia papa ejus pontificatus anno IV. *Benedictus episcopus sanctæ ecclesiæ Nomentanæ* subscribit.

3. ET GEMMULUM) Cujus binæ exstant ad S. Bonifacium epistolæ, hoc est CXLVIII. & CXLIX.

4. AMBROSIUM PRIMICERIUM) Qui, ut infra, dum pontifex in monasterio Agaunensi S. Mauritii moraretur, febri correptus obiit.

5. REGIONARIOS) Ex septem scilicet subdiaconis, qui regionarii appellabantur, hic ordine positos post primicerium & secundicerium, qui iis præferebantur, ut in Ord. Rom. I. num. II. & alibi.

XXIV. I. AD FRANCORUM CONJUNXIT CLUSAS) hoc est, ad ipsas alpium fauces, quæ Franciam propemodum & Gallias claudunt, illasque ab

Ita-

xit clusas. Quas ingressus cum his, qui secum erant, confestim laudes omnipotenti Deo reddidit: Inde quoque cœptum gradiens iter, [2] ad venerabile monasterium Christi martyris Mauricii, in quo constitutum pariter erat, [d] secum Francorum regem [e] convenire, annuente Domino, sospes beatissimus pater cum omnibus, qui cum eo erant, advenit. In quo & aliquantis diebus [f] moratus est. [g] Ibi Ambrosius Primicerius febre correptus defunctus est. [h] Conjunxerunt quoque se illi in prædicto monasterio Agaunensi [3] Fulradus abbas & Rothardus dux, directi a sæpefato Pippino excellentissimo Francorum rege; petentes eumdem sanctissimum pontificem ad suum progredi regem: quem in magno honore cum omnibus, qui cum eo erant, [i] ad eum deduxerunt.

XXV. Audiens vero rex Pippinus ejusdem beatissimi pontificis adventum, nimis festinanter in ejus advenit occursum una cum conjuge & filiis, atque primatibus. [a] Pro quo

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *se cum*. *e* Editi perperam, *conveniri*. *f* male in editis, *demorantes*. *g* *Ibi Ambrosius* &c. Hæc ex Alex. III. accedunt. *h* Vat. IV. *Tunc convenerunt in prædictum monasterium Agaunensem Floradus*, Flor. *Foltatus*, Vat. VIII. *Folrabt*. Vat. III. *Foltadus* &c. *Kottardus*, Vat. IV. *Kotardus*. *i* Alex. III. *adduxerunt*.

XXV. *a* Alex. III. *Pro quo & non pauca milia cum filio suo Karolo* &c. Farnes. ut in contextu, & sic mox; quidam vero, *& fere ad centum* &c. *Pro quo ad fere*

NOTÆ

Italia dividunt. De his Cic. Orat. de Provinc. Consular. num 14. *Alpibus*, inquit, *Italiam muniverat ante natura, non sine aliquo numine divino. Nam si illæ aditus Gallorum immanitati multitudinique patuisset, nunquam hæc urbi summo imperio domicilium ac sedem præbuisset*: & in L. Pisonem; num. 33. *cujus ego imperio non alpium vallum contra ascensum transgressionemque Gallorum, non Rheni fossam* &c. *objicio & oppono*.

2. AD VENERABILE MONASTERIUM &c.) quod Agaunense & Tornatense dicitur, a proximis ejus nominis oppidis, a S. Sigismundo Burgundiæ rege conditum, & a canonicis regularibus ordinis S. Augustini a pluribus sæculis inhabitatum, ut Pagius in Crit. Baron. ad A. C. 515. num. VI.

3. FULRADUS ABBAS) Presbyter & capellanus, sive archicapellanus palatii. Pagius ibid. ad A. C. 753. num. IV.

QUI

quo ad fere centum millia filium suum nomine Karolum in occursum ipsius coangelici papæ præmisit cum pluribus ex suis optimatibus: ipseque in palatio suo in loco, [1] qui vocatur [b] *Ponticone*, ad fere trium millium spatium [2] descendens de equo suo, cum magna humilitate terræ prostratus [3] una cum sua conjuge, [c] filiis, & optimatibus suis eumdem sanctissimum papam suscepit, cui [4] & vice stratoris usque in aliquantum loci [5] juxta ejus [d] sellarem properavit.

XXVI. Tunc prædictus almificus vir cum omnibus suis excelsa voce gloriam & incessabiles laudes omnipotenti Deo referens, cum hymnis & canticis spiritalibus usque ad præfatum palatium Ponticonem pariter cum jam dicto rege profectus est, sexta Januarii mensis die, in apparitionis Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi sacratissima [a] solemnitate. Ibique [b] intus in oratorio eis consedentibus, mox ibi-

VARIANTES LECTIONES

fere centum &c. *b* Vat. III. & Flor. *Pontianum*. *c* Vat. III. *filiis etiam, & primatibus*. *d* Idem, *sellam*: sic etiam Flor. Anselm. *sellare*.

XXVI. *a* Vat. I. & IV. *sollempnitate*. *b* Sic Alex. III, Reliqui, *intus oratorium*.

NOTÆ

XXV. 1. QUI VOCATUR PONTICONE) Vel *Pontigone*, quod villa regia erat: de qua præ ceteris Mabillon. de Re diplom. pag. 317.

2. DESCENDENS DE EQUO SUO &c.) Haud minori honore & obsequio Johannem & Constantinum summos pontifices Constantinopolim adventantes susceptos fuisse ab Justino & Tiberio imperatoribus, vidimus supra.

3. UNA CUM SUA CONJUGE, FILIIS &c.) Betrada nomine, & Carolo (qui Magnus postea cognominatus) & Carolomanno.

4. ET VICE STRATORIS &c.) Pontificem scilicet in equum ascendentem sublevans, indeque freno manu prehenso, illum equitantem per aliquantulum loci spatium deducens: quemadmodum ab aliis etiam principibus viris factitatum fuisse, a Ludovico præsertim II. imperatore erga Nicolaum I. papam, hæc ut infra in ejus vita declarant. *Excellentissimus quem cum vidisset Augustus, obvius in adventum ejus occurrit, frenumque Cæsar equi pontificis suis manibus adprehendens, pedestri more quantum sagittæ jactus extenditur, traxit*. mox item, *Imperator equo descendit, equumque pontificis iterum, ut meminimus supra, traxit*.

5. JUXTA EJUS SELLAREM) De quo supra in Constantino num. v. Ori & sellarium in Ord. Rom. I. apud Mabillon. num. 5. ubi, *Cum vero ecclesiam introierit pontifex, non ascendit continuo ad altare, sed prius intrat in secretarium sustentatus a diaconibus, qui eum susceperint de sellario descendentem*.

DI-

ibidem beatiſſimus papa prædictum Chriſtianiſſimum regem lacrimabiliter deprecatus eſt, ut pacis fœdera & cauſam beati Petri, & reipublicæ Romanorum [1] diſponeret. Qui [c] de præſenti jurejurando ſpondens eidem beatiſſimo papæ ſatiſfecit, omnibus ejus mandatis & admonitionibus ſeſe totis [d] viribus obedire, &, ut illi [e] placitum eſſet, exarchatum Ravennæ [2] ſeu cetera loca juri reipublicæ modis omnibus reddere.

XXVII. Sed quia tempus hiemale imminebat, eumdem ſanctiſſimum papam cum ſuis omnibus [a] in Pariſias apud venerabile monaſterium beati Dionyſii [b] ad hiemandum pergere rogavit. Quo peracto, & eo in eodem venerabili monaſterio cum jam fato Chriſtianiſſimo Pippino [c] convivante, [1] poſt aliquantos dies, Domino annuente, iſdem Chriſtianiſſimus Pippinus rex ab eodem ſanctiſſimo papa, Chriſti gratia, cum duobus filiis ſuis, reges uncti ſunt Francorum.

XXVIII. [a] [1] Quo tempore iſdem beatiſſimus papa præ nimio

VARIANTES LECTIONES

terium. *c* Vat. IV. *in præſenti*. *d* *niſibus* Vat. I. *e* Alex. III. *placitum foret*.

XXVII. *a* Vat. I. & Farneſ. *in Pariſio*, Flor. *in Pariſiaco*, Vat. IV. *in Pariſiacum*. Alex. III. ut in contextu. *b* Idem Alex. III. *ad exhivernandum*, Vat. III. & Farneſ. vulgari, *ad habitandum*, ceteri, *ad hibernandum pergere fecit*. *c* Vat. III. ita, Vat. IV. *conjungente*, Vat. I. *conveniente*.

XXVIII. *a* Sic Alex. III. Farneſ. *Et beatiſſimus* &c. Ceteri autem, *Poſtea vero bea-*

N O T Æ

XXVI. 1. DISPONERET) hoc eſt, procuraret, ejuſque tutelam ac defenſionem ſuſciperet.

2. SEU CETERA LOCA &c. REDDERE) Uti quæ juris non amplius imperii, unde iis auxilii nulla ſpes erat, ſed eccleſiæ Romanæ, cui propterea jam ſponte ſeſe dediderant, & ab Aiſtulpho vi erepta, agnoſcebantur.

XXVII. 1. POST ALIQUANTOS DIES &c.) Unctionem vero iſtam Pipini filiorumque illius Caroli & Carolomanni in reges Francorum, non ante diem XXVIII. ſeu dominicam ſecundam Julii ejuſdem A. C. 754. a Stephano papa celebratam fuiſſe, auctor eſt Hildrinus apud Surium. Idcirco poſtquam paſcha, quod in diem incidit XIV. Aprilis, in Villa Cariſiaco celebraverat, & ad monaſterium ipſum S. Dionyſii denuo redierat, atque adeo poſtquam ibi graviter infirmatus convaluerat.

XXVIII. 1. QUO TEMPORE &c.) Eodem ſcilicet menſe Junio, ut ex Baron. ad eumdem A. C. 754. num. 11. & ſeqq.

nimio labore itineris, atque temporis inæqualitate fortiter ægrotavit ita, ut etiam omnes tam sui, quam etiam & Francorum, ibidem existentium [b] homines de vita illius desperarent. Sed Domini Dei nostri ineffabili clementia, qui non deserit sperantes in se, [c] salvum cupiens omnem Christianismum, dum eum mane mortuum invenire sperarent, subito alia die sanus repertus est.

XXIX. Pippinus vero jamfatus rex [a] cum admonitionis gratia [1] & oratione ipsius venerabilis pontificis absolutus, ad locum, [2] qui Carisiacus appellatur, pergens; ibique congregans cunctos proceres regiæ suæ potestatis, & eos tanti patris sancta admonitione imbuens; statuit cum eis, quod semel, Christo favente, una cum eodem beatissimo papa decreverat, [b] perficere.

XXX. [1] Interea nefandissimus Aistulphus [a] Carolomannum fratrem benignissimi Pippini regis, qui in monasterio beati

VARIANTES LECTIONES

beatissimus &c. *in tantum infirmatus est, ut omnes* &c. Vat. IV. *quamque etiam Franci ibidem existentes* &c. *b* Vat. I. *omnes*. *c* Vulgata editio cum Vat. I. *salvum cupiens domnum Christianissimum*, aliqui vero, *salvum cupiens omnem hominem fieri*.

XXIX. *a* Alex. III. ita, alii cum editis, *cum admonitione & gratia*. *b* Idem, *facere*, Farnes. ut in contextu.

XXX. *a* Vat. I. & Farnes. *Carulomannum*, Vat. III. & IV. *Karolomagno fratri*, Vat. VIII. *Karolomanno fratri*, Alex. III. *Karlomagnum fratrem*. Sic

N O T Æ

XXIX. 1. ET ORATIONE) Oratio pro benedictio passim. Supra in Vigilio num. IV. *Plebs vero & populus sequebantur eum adclamantes ut* orationem *ab eo acciperent*. *Data* oratione, *respondit omnis populus*, Amen. Ita dicta, quia post orationem sequitur. Amalar. in Eglog. ad Ord. Rom. num. XXIX. *Post orationem & communicationem benedictio sequitur: quoniam postquam Christus in cruce oravit, & coram discipulis manducavit, & reliquias eis dedit, elevatis manibus suis benedixit eos*. Mox vero: *Nostra quippe benedictio, postulatio est apud Deum*.

2. QUI CARISIACUS &c.) Sic infra in Hadriano num. XLII. leg. *Carisiacum*. Celeberrima olim regum Francorum villa, ad Isaram fluvium sita, Gallis hodie *Quiersi*, seu *Chiersi*. De qua vide Mabillon. Disquition. quam tomo IV. de Re diplom. pag. 258. inseruit.

XXX. 1. INTEREA &c.) Dum pontifex nimirum in villa Carisiaco adhuc versabatur.

DIA-

beati Benedicti devote per revolutum temporis spatium [b] monachice militaverat, [2] diabolicis [c] suadendo suasionibus [d] in Franciæ provinciam ad sibi obediendum, atque ad adversandum causæ redemptionis sanctæ Dei ecclesiæ reipublicæ Romanorum direxit. Dumque [e] conjunxisset illuc, nitebatur omnino [f] & vehementius decertabat sanctæ Dei ecclesiæ [g] causam subvertere, juxta quod a præfato nec dicendo Aistulpho [h] tyranno fuerat directus. Sed propitiante Domino minime valuit sui germani Christianissimi Pippini regis Francorum [3] in hoc firmissimum cor inclinare. Potius autem [i] comperta nequissimi Aistulphi versutia, tota se virtute isdem excellentissimus Pippinus Francorum rex [k] fratri professus est decertare pro causa sanctæ Dei ecclesiæ, sicut pridem jam fato beatissimo spoponderat pontifici. Tunc pari consilio isdem sanctissimus papa cum denominato Francorum rege juxta id, quod præfatus [l] Carolomannus Deo se devo-

VARIANTES LECTIONES

b Sic idem Alex. III. Vat. IV. *monachus degebat*, alii, *monachice degebat*. *c* Vat. I. & cum eo libri vulgati, *ei*, Farnes. *eum suasionibus suadens*. *d* Vat. IV. *in Franciæ provintiam*. *e* Vat. IV., *illuc pervenisset*. *f* Alex. III. *& vehementer certabat*. *g* Vat. I. & Alex. III. *causas*. *h* Vat. IV. *rege*. Sic etiam Flor. *i* Vat. IV. & Flor. *comperto Aistulfi ingenio*. *k fratri professus est*. Ita Vat. III. *l* Vat. IV. *Karlo-*

NOTÆ

2. DIABOLICIS SUADENDO &c.) Carolomannum sui potissimum abbatis suasionibus atque præceptis ægre legationem istam obiisse, scriptores fere omnes consentiunt. Leo Ostiens. in Chron. Casin. cap. VII. *Postmodum vero*, inquit, *ab Aistulpho Langobardorum rege pro quibusdam rei suæ utilitatibus ad Fratrem suum Pipinum regem in Franciam ire rogatus, vix ægre*, regi hoc annuente abbate, *profectus est*: Et Eginhart. in Annal. ad ann. 753. eamdem legationem suscepisse, *quia*, inquit, *nec ille abbatis sui jussa contemnere, nec abbas illius præceptis regis Langobardorum, qui ei hoc imperavit, audebat resistere*. De hac Baron. ad ann. 754. num. VII. Sigebertus in Chron. ad ann. 752. *Mittitur* (ait) *Carlomannus monachus ab Aistulpho ad Pippinum fratrem ad perturbandam Apostolicam petitionem*.

3. IN HOC FIRMISSIMUM COR INCLINARE &c.) Ut nempe quod beato Petro apostolo, ejusque successori Stephano scripto spoponderat, non adimpleret. Leo Ostiens. ibid. *Fecitque*, ait, *idem gloriosus rex una cum prædictis filiis suis promissionem & concessionem beato Petro, ejusque vicario de civitatibus ac territoriis Italiæ per designatum confinium. A Lunis cum insula Corsica* &c. *eamque donationem propria manu sua*

devoverat [m] monachicam ducere vitam, [4] in monasterio eum Viennæ in [n] Francia collocaverunt: ubi & post aliquantos dies divina vocatione de hac luce [o] migravit die nempe XVII. Augusti anno Domini DCCLV.

XXXI. Porro Christianissimus Pippinus Francorum rex, ut vere beati Petri fidelis, atque jamfati sanctissimi pontificis salutiferis obtemperans [a] monitis, direxit suos [b] missos Aistulpho nequissimo Langobardorum regi propter pacis fœdera, & proprietatis sanctæ Dei ecclesiæ [c] reipublicæ restituenda jura: [1] atque bis & tertio juxta sæpefati beatissimi papæ admonitionem eumdem [d] deprecatus est, [2] & plura ei pollicitus est munera, ut tantummodo pacifice propria restitueret propriis, sed ille, [3] peccato [e] impediente, obedire [f] distulit.

Ad

VARIANTES LECTIONES

Karlomannus. *m* Vat. III. & IV. *in monachica degere vita*, alii, *monachicam degere vitam*, Alex. III. ut in contextu. *n* Vat. III. & Flor. *collocavit*, Alex. III. *in quodam monasterio Franciæ eum collocaverunt*. *o migravit*) Vat. IV. ista subiicit, quæ ceteri MSS. codices non agnoscunt.

XXXI. *a* Vat. IV. *jussis*, Vat. I. & Flor. *rogis*. *b* Vat. IV. *nuntios*. *c* Alex. III. *& reipublicæ*; *d* Vat. IV. *precatus est*. *e* Alex. III. ita, alii, *imminente*. *f* Vat. IV. *noluit*. Vat. I.

NOTÆ

sua filiorumque suorum, multorumque judicum, & optimatum suorum corroboratam.

4. IN MONASTERIO EUM VIENNÆ &c.) Eginhart. in vita Caroli Magni cap. III. in monasterio Casinensi illum vivendi finem fecisse scribit: *relicto*, inquit, *monte* (Soracte, quo primum se contulit) *in Samnium provinciam ad monasterium S. Benedicti situm in castro Cassino, secessit, & ibi quod reliquum erat temporalis vitæ, religiose conversando complevit*. Huic vero refragatur præter hujus vitæ scriptorem, Martyrol. Benedictinum ad diem XV. Kal. Septembr. seu XVII. Augusti, ubi hæc: *Viennæ in Gallia depositio beati Carolomanni, quondam Austrasiæ & Germaniæ principis, & monachi Casinensis summæ patientiæ & humilitatis viri*: Et præter alios Herman. Contract. qui tamen Lugduni, non Viennæ defunctum fuisse narrat. Cui aperte refragatur etiam Sigebertus in Chron. ad ann. 754. cujus hæc verba sunt. *Carlomannus monachus Viennæ moritur*.

XXXI. 1. ATQUE BIS ET TERTIO &c.) Nam ut sine sanguinis effusione id perficeretur, humanissimus & pacis amator pontifex pro viribus curabat, ut non semel infra declaratur.

2. ET PLURA EI POLLICITUS EST MUNERA) Quæ postea per ipsius pontificis manus, ut infra, propter Dei amorem distribuit.

3. PECCATO IMPEDIENTE) Et infra, *iniquitate ejus obsistente*.

PRO-

XXXII. Ad hæc iſdem eximius Francorum rex cernens, quod atrociſsimi Aiſtulphi nequaquam valeret quoquomodo ſaxeum emollire cor, generalem contra eum decrevit facere motionem. Et dum jam fere medium itineris ſpatium Francorum [a] exercitus graderentur cunei, rurſum ipſe ſanctiſsimus vir præfatum benigniſsimum deprecatus eſt Pippinum regem, [b] ut demum ſæviſsimo Aiſtulpho dirigeret aliquem miſſum; ſi quo modo [c] potuiſſet, vel ſero tandem ejus [d] ſedare ſævitiam [1] & propria propriis reſtituere, ſaluberrime ſuaderet abſque humani ſanguinis effuſione. [e] Et ita factumeſt: atque denuo ipſe benigniſsimus Francorum rex ſuos eidem Aiſtulpho regi [f] miſſos miſit.

XXXIII. Sed & beatiſsimus iſdem papa, ut pius pater & bonus paſtor, ne ſanguis effunderetur Chriſtianorum, admonitionis & obſecrationis [a] ex Apoſtolica auctoritate ei direxit literas, [b] conjurans eum atque obteſtans fortiter per omnia divina myſteria, & futuri examinis diem, ut pacifice ſine ulla ſanguinis effuſione propria ſanctæ Dei eccleſiæ reipublicæ Romanorum redderet jura. [c] [1] Sed iniquitate ejus

VARIANTES LECTIONES

XXXII. *a* Vat. I. *exercituum*. *b* Vat. I. & IV. *demum ſæviſſimo Aiſtolfo* (Vat. VIII. *Aſtolfo*) *dirigi Langobardorum regi*, *ſi quo modo* &c. Vat. III. *ut demum dirigeretur Langobardorum regi* &c. *c* Vat. VIII. *potuiſſed*. *d* Vat. III. & IV. *mollire cor*, Alex. III. *emollire cor*, ut ſupra, Vat. I. ut in contextu. *e* Alex. III. *Quod ita & fecit: ac denuo eidem Haiſtulfo miſſos miſit*. *f* Vat. IV. *miſit nuntios*.

XXXIII. *a* Sic Alex. III. reliqui, *Apoſtolicas ei direxit literas*. *b* Vat. I. *per quas & fortiter per omnia* &c. *conjurans atque obteſtans*, *ut* &c. Vat. III. *per quas eum fortiter conjurans obteſtatus eſt*, *ut* &c. *c* Vat. IV. *Sed ille obſiſtens*. In

NOTÆ

XXXII. 1. PROPRIA PROPRIIS RESTITUERE) Et ſupra num. XXI. *ut dominicas, quas abſtulerat, redderet oves, & propria propriis reſtitueret*: reipublicæ nimirum eccleſiæ Romanæ: cujus tunc loca ea fuiſſe, imperator ipſe, ut vidimus ſupra num. VIII. jam declaravit, ſuis literis Aiſtulphum monens, ut ejuſdem reipublicæ loca, ab eo uſurpata, *proprio reſtitueret dominio*.

XXXIII. 1. SED INIQUITATE EJUS OBSISTENTE &c.) Supra vero num. XXXI. *ſed ille peccato impediente, obedire diſtulit*,

EXER-

ejus obsistente, nequaquam acquiescere [d] maluit. Potius autem e contrario minas & indignationes præfato pontifici & excellentissimo Pippino regi, vel cunctis Francis direxit. Tunc fisus in omnipotentis Dei misericordia antefatus Pippinus Francorum rex [e] iter ad eum eundi arripuit, præmittens ante suum occursum aliquos ex suis proceribus, & cum eis [f] [2] exercituales viros ad custodiendas [3] proprias Francorum clusas: [4] ibique [g] conjungentes remoti residebant [h] proprii regis præstolantes adventum.

XXXIV. [a] Veniens itaque præfatus rex una cum eodem papa [1] Maurienna in ecclesia sancti Johannis Baptistæ, ibi devotissime missas celebrarunt: eumdemque pontificem, sicut & antea fecerat, [b] tam ipse, quam omnes proceres sui iterum addens magnifice honoravit. Munera quoque, quæ Aistulpho per missos suos dare promiserat, Deo offerens, per manus sanctissimi viri dispensanda tribuit; & in ejus orationes se ipsum commendans, prædictos exercituales subsecutus est.

Au-

VARIANTES LECTIONES

d In editis tantum, *voluit*. *e* Vat. I. & III. *iter suum profectus est*, Vat. IV. *Tunc Pipinus rex profectus est*, Alex. III. ut in contextu. *f* Alex. III. *exercitales*: sic infra. *g* Vat. III. *convenientes*. *h* Vat. III. & IV. *regem suum expectantes*.

XXXIV. *a* Quæ hujus numeri sunt, ex Alex. III. accepimus. *b* In MSS. prave legitur: *sicut & antea fecerat tam ipsi, quam omnibus proceribus suis iterum addens magnifice honoravit*.

Vat. I.

N O T Æ

2. EXERCITUALES VIROS) Milites nempe, ita ab *exercitus*, ut a *manus* manualis, eos nominat.

3. PROPRIAS FRANCORUM CLUSAS) Angustas Alpium fauces. Vide supra num. XXIV.

4. IBIQUE CONJUNGENTES) lege, *eoque conjungentes*, hoc est, adventantes, seu pervenientes.

XXXIV. 1. MAURIENNA) Nunc *Mauriana*, quæ ante superatas alpes occurrit; Vallis olim *Maurigeniæ* appellata, ut in Augusta Taurinor. pag. 23. Pingonius. Sed quæ habet Anonymus auctor II. Appendicis ad continuationem Fredegarii, quæ Pagius recitat in Crit. Baron. ad annum 754. num. VIII. rem totam magis explicant, *Pippinus inito*, inquit, *consilio cum proceribus suis eo tempore, quo solent reges ad bella procedere, Stephanus papa & reliquæ nationes, quæ in suo regno commorabantur, & Francorum agmina ad partes Langobardiæ cum omni multitudine per Lugdunum Galliæ & Viennam pergentes usque* Mauriennam *pervenerunt* &c.

se-

XXXV. Audiens autem [a] protervus ille Aiſtulphus rex, [b] parvum numerum ex illis Francis adfuiſſe, qui ad cuſtodiendas proprias [c] cluſas venerant, fidens [d] in ſua fortitudine, [1] ſubito aperiens cluſas, ſuper eos diluculo cum plurimis irruit exercitibus. [2] Sed juſtus judex dominus Deus & Salvator noſter Jesus Chriſtus victoriam pauciſſimis illis tribuens Francis, [e] multitudo illa Langobardorum ſuperata & trucidata eſt, ita ut ipſe Aiſtulphus [f] fuga lapſus, vix ab eorum evadere potuiſſet manibus, [g] niſi uſque Papiam civitatem armis nudatus fugam arripuiſſet: in qua præ timore Francorum cum aliquantis [h] ſe retruſit. Ipſi vero Franci intro-

VARIANTES LECTIONES

XXXV. *a* Vat. I. *proterbus ille Aiſtolfus*. *b* Idem, *parvos fuiſſe Francos illos, qui ad cuſtodiam propriarum advenerunt cluſarum, fidens in ſua ferocitate* &c.. *c* Alex. III. *clauſas*, & ſic deinceps. *d* Vat. IV. & Flor. ut in contextu. *e* Vat. I. aliique, *& multitudinem illam Langobardorum ſuperantes trucidaverunt*, Alex. III. ut in contextu. *f* Vat. I. *fugam arreptus*, Vat. IV. *fuga ereptus ab eorum evaſit manibus, & uſque Papiam civitatem fugam arripuit, in qua cum ſuis habitavit*. *g* Alex. III. *& uſque Papiam civitatem armis nudatus vix pervenit, in qua* &c.. *h* MSS. nonnulli, *ſe incluſit*, Vat. I. & III. ut in contextu.

Vat. III.

NOTÆ

XXXV. 1. SUBITO APERIENS CLUSAS) Muris quoque aliiſque Francorum propugnaculis munitas. Idem Anonymus addit: *Aiſtulphus rex Langobardorum hæc audiens, cum omni exercitu Langobardorum uſque ad* Cluſas, *quæ cognominatur Valle Sueſiana, veniens ibi cum omni exercitu ſuo caſtrametatus eſt: & cum telis & machinis, & multo apparatu, quæ nequiter contra rempublicam & ſedem Romanam Apoſtolicam admiſerat, nefarie nitebatur defendere. Et cum ſupraſcriptus rex Pippinus Mauriennam cum exercitu ſuo rediiſſet, & propter anguſta vallium, montes rupeſque exercitus prædicti regis, minime tranſire potuiſſet, paucis tamen montes anguſtoſque locos erumpentibus, uſque in Valle Seuſana pervenerunt. Hæc cernens Aiſtulphus rex Langobardorum omnes Langobardorum armare præcepit, & cum omni exercitu ſuo ſuper eos audaciter venit* &c.

2. SED JUSTUS JUDEX &c.) Idem Anonymus, *Hoc cernentes Franci, non ſuis auxiliis, nec ſuis viribus liberare ſe putabant, ſed Deum invocant, & beati Petri Apoſtoli adjutorium rogant. Commiſſoque* (ſubdit idem Anonymus) *prælio fortiter inter ſe dimicantes Aiſtulfus rex Langobardorum læſum cernens exercitum ſuum, terga vertit, & pene omnem exercitum ſuum, quem ſecum adduxerat tum duces, comites & omnes majores natu gentis Langobardorum in eo prælio omnes amiſit, & ipſe quodam monte rupis vix lapſus evaſit, Ticinum urbem ſuam cum paucis venit*.

CUN-

troeuntes clusas, [3] cunctum fossatum Langobardorum post peractam cædem abstulerunt, spolia multa auferentes.

XXXVI. [a] Conjungens vero Christianissimus Pippinus Francorum rex, & præfatus pontifex cum illis usque ad muros civitatis Papiæ simul omnes venerunt. [1] Quam & aliquantos obsidentes dies [b] viriliter Aistulphum cum suis infra civitatem constrinxerunt. Tunc jam fatus beatissimus & coangelicus papa Pippinum sæpefatum deprecatus est benignissimum Regem, ut jam amplius malum non [c] perveniret, neque sanguis effunderetur Christianorum; [d] insistens salutifera prædicatione, ut pacifice [e] causæ finirentur.

XXXVII. Ad hæc Christianissimus Pippinus Francorum rex ejusdem beatissimi patris & boni pastoris [a] audiens adimplensque admonitionem, [1] eosque Deo dilectam pacem inhiantes, atque in scripto fœdera partium adfirmantes; dixit

VARIANTES LECTIONES

XXXVI. *a* Vat. III. *Conveniens*, Vat. IV. *Pipinus vero rex sequipes factus ejus, & antedictus papa usque ad muros* &c. Alex. III. ut in contextu. *b* Idem ita: MSS. aliquot, *viriliter eam Francorum exercitus constrinxerunt*, Vat. IV. *constrinxit*. *c* Idem Alex. III. *proveniret*. *d* Sic idem, reliqui, *imminens*. *e* Vat. IV. *causa finiretur*.

XXXVII. *a* Vat. IV. *audiens eos paci inhiantes, atque in scripto, fœdere pactum*

N O T Æ

3. CUNCTUM FOSSATUM LANGOBARDORUM) Universa scilicet eorumdem castra.

XXXVI. 1. QUAM ET ALIQUANTOS OBSIDENTES DIES &c.) Idem Anonymus prosequitur, *Igitur præcelsus rex Pippinus patrata (Deo adjuvante) victoria, cum omni exercitu & multitudine agmina Francorum usque ad Ticinum accessit, castra metatus est, undique omnia, quæ in gyro fuerunt, vastans, partes Italiæ maxime igne concremavit, totam regionem illam vastavit, castra Langobardorum omnia disrupit, & multos thesauros, & alia ornamenta quamplurima, & eorum tentoria omnia rapuit & cepit.*

XXXVII. 1 EOSQUE DEO DILECTAM PACEM INHIANTES) Anonymus idem, *Hæc cernens Aistulphus rex Langobardorum, quod nullatenus evadere potuisset, pacem per sacerdotes & optimates Francorum petens, dictiones supradicto regi Pippino faciens, & quidquid contra Romanam Ecclesiam vel sedem Apostolicam contra legis ordinem fecerat, plenissima solutione emendaret, sacramenta & obsides ibidem donat. Præfatus*, inquit, *rex Pippinus, clemens ut erat, misericordia motus vitam & regnum ei concessit, & multa munera Aistulphus partibus prædicti regis donat; nam & optimatibus Francorum multa munera largitus est.*

FIAT

dixit summo pontifici: [2] *Fiat secundum præceptum tuum, benignissime pater*. et obsides Langobardorum isdem Francorum rex abstollens: Spopondit ipse Aistulphus cum universis suis judicibus sub terribili & fortissimo sacramento, atque in eodem [b] pacti fœdere per scriptam paginam adfirmavit, se illico redditurum civitatem Ravennatium cum aliis diversis civitatibus. Post hæc facta pace inter Romanos, Francos, & Langobardos rex Pippinus obsides Langobardorum secum ducens, [3] infinibus suis rediit. cumque ab invicem essent segregati, solitum in perjurii reatum infidelis ille Aistulphus Langobardorum rex incidens, [4] quod jurejurando promiserat, reddere distulit.

XXXVIII. [a] Pippinus itaque rex fratrem suum Hieronymum, [1] & Fulradum abbatem cum nonnullis aliis suis misit missis, qui domnum Apostolicum ad sedem propriam, id est Romam usque, cum omni deducerent prosperitate. Qui dum

VARIANTES LECTIONES

dum promittentes, dixit &c. Flor. & *Longobardos pacem inientes* &c. *b* Alex. III. *pacis fœdere*.

XXXVIII. *a* Hæc vero usque ad illa verba, *salus nostra*, ex Alex. III. expleta sunt.

Alex. III.

NOTÆ

2. FIAT SECUNDUM PRÆCEPTUM TUUM &c.) Atque, ut ex his videtur, nisi ea fuisset pontificis voluntas, qui veram populi sui pacem, ab eoque bellum vel justum avertere quam maxime optabat, non ita facile rex Pippinus Aistulpho pacem petenti aures præstitisset.

3. IN FINIBUS SUIS REDIIT) Lege, *in fines suos*. Idem Anonymus, *His ita gestis Pippinus rex prædicto Stephano papæ cum optimatibus suis & multa munera partibus Romæ cum magno honore direxit, & sedem Apostolicam incolumem, sicuti prius fuerat, restituit. His transactis, Pippinus rex cum exercitu suo & multis thesauris ac multis muneribus (Deo adjuvante) reversus est ad propria.*

4. QUOD JUREJURANDO PROMISERAT &c.) Pontifex ipse in suis literis ad Pippinum missis, *iniquus*, inquit, *Aistulphus rex, ingresso in ejus perfido corde diabolo, omnia, quæ per sacramentum beato Petro per nostros missos restituenda promisit, irrita fecit, & nec unius palmi terræ spatium beato Petro, sanctæque Dei ecclesiæ vel reipublicæ Romanorum reddere passus est; etsi vos propria voluntate per donationis paginam beato Petro sanctæque Dei ecclesiæ & reipublicæ civitates & loca restituenda confirmaveritis.*

XXXVIII. 1. ET FULRADUM ABBATEM) Qui monasterio sancti Dionysii præerat, de quo mentio facta est supra num. XXIV.

dum Romam [a] in campum, qui dicitur Neronis, conjungeret, cum magno gaudio a Sacerdotibus & clero psallentibus, & cum crucibus sibi occurrentibus susceptus est: qui cum omni multitudine populi Romani utriusque sexus Domino laudes & immensas gratias referebant, una voce clamantes: *Deo gratias. venit jam pastor noster, & post Deum salus nostra.*

XXXIX. Dum enim sæpefatus sanctissimus papa conjungeret Romam, [a] [1] post aliquanta temporis spatia furore vehementi [b] repletus adversarius ille, & suæ animæ inimicus Aistulphus, Deo sibi contrario, non solum ea, quæ promiserat, minime adimplevit, [c] sed etiam ad pejora, si facere potuisset, dilapsus est.

XL. [a] Sed beatissimus papa semper quæ Dei meditans, officia, quæ per multum tempus dimissa fuerant, tempore nocturno expleri suo tempore fecit. Similiter diurnum restau-

VARIANTES LECTIONES

XXXIX. *a* Alex. III. *Post aliquantum vero temporis furore* &c. Vat. I. ut in contextu, Vat. III. & Flor. *rediret Romam*, Vat. IV. *Dum vero papa pervenisset Romam*. *b* Idem Vat. IV. *repletus Aistulfus, non solum ea* &c. *c* *Sed etiam ad pejora* &c. Ita Alex. III. Vat. I. & III. *sed etiam & generalem faciens commotionem* &c. Vat. IV. *Sed etiam generalem facit motionem, & cum* &c. quæ numeri ejusdem initio habentur.

XL. *a Sed beatissimus papa* &c.) Quæ hujus numeri sunt, ex cod. Alex. III. accedunt.

Vat. I.

NOTÆ

num. XXIV. Hunc *Fulradum presbyterum* nominat Sanctus Bonifacius in epistola XCII. quam ei scribit, deprecans in ea præ ceteris illum, ut ejus nomine *gloriosum & amabilem regem Pippinum salutet*.

2. IN CAMPUM, QUI DICITUR NERONIS) Ubi hodie *Campo Santo* & area ecclesiæ S. Marthæ & sacrarii basilicæ Vaticanæ: de quo supra in Gregorio III. num. XI. facta est mentio. Neronis autem appellatus, quod ibi adhuc Neroniani circi vestigia supererant, quæ vulgo *Neronis palatium* dicebant. Vide quæ supra adnotavimus in Sancto Petro num. VI. & in S. Cornelio num. IV.

XXXIX. 1. POST ALIQUANTA TEMPORIS SPATIA &c.) Quod A. C. 754. exeunte contigit. Nam, ut ex literis iisdem, quas Stephanus per suos legatos ad Pippinum tum suo, tum Romanorum omnium nomine deferendas curavit, quæque in codice Carolino habentur num. IX. Aistulphus jam ipsis Kalendis Januariis insequentis anni 755. urbem obsidione cinxerat.

ET

ſtauravit officium, ut antiquitus fuerat conſtitutum, [1] & tribus monaſteriis, quæ a priſco tempore in eccleſia beati Petri apoſtoli ad idem officium perſolvendum deputata fuerant, adjunxit quartum. Ibique monachos, qui ad ipſum conjungerentur officium, inſtituit, atque abbatem ſuper eos ordinavit. Multa quoque dona eiſdem largitus eſt monaſteriis, tam quæ interius neceſſaria ſunt monachis, quam quæ exterius, immobilia ſcilicet loca, quæ uſque hodie utilitatibus illorum deputata perſiſtunt.

XLI. Sed præfatus Aiſtulphus malignus rex motionem, quam facere diſpoſuerat, cum cordis duritia adimplevit, [a] & cum univerſo exercitu contra hanc Romanam urbem advenit: quam & trium menſium ſpatio obſidens, atque ex omni parte circumdans, quotidie eam fortiter expugnabat. Omnia, quæ erant extra urbem, [1] ferro & igne [b] devaſtans, atque funditus demoliens conſumpſit. [c] Imminebat enim ad hoc vehementius iſdem peſtifer Aiſtulphus, ut hanc Romanam, [d] ſi potuiſſet, caperet urbem. Multa quoque ſanctorum

rum

VARIANTES LECTIONES

XLI. *a* Vat. I. & III. *cum univerſo regni ſui Langobardorum populo contra hanc Romanam venit urbem*, Vat. IV. *advenit Romanam urbem*. *b* Vat. VIII. *debaſtans*. *c* Vat. III. *Imminens vero vehementius* &c. Vat. I. & Alex. III. *Imminens vehementius* &c. Vat. IV. ut in contextu. *d* Vat. IV. ita, ceteri, *capere*

NOTÆ

XL. I. ET TRIBUS MONASTERIIS &c.) Fuere iſta ſanctorum Joannis & Pauli, unum a S. Leone I. ædificatum, ut in ejus vita num. VII. ubi hodie eſt ſacellum SS. Proceſſi & Martiniani, alterum S. Martini *ad Petrum* nuncupatum, ubi nunc eſt ſacellum SS. Leonum, tertium S. Stephani Majoris, *Catabarbara*, ſeu *Catagalla* cognominatum a Gallæ patriciæ Romanæ nomine, quæ illud ad occaſum retro apſidam baſilicæ condidit; ibique Mauri Abyſſini hodie hoſpitantur. Quartum vero, quod ab hujus pontificis ſui conditoris nnmine itidem S. Stephani appellatur, ad meridiem remanet.

XLI. I. FERRO ET IGNE DEVASTANS &c.) Pontifex ipſe in iiſdem literis ad Pippinum, ejuſque filios Carolum & Carolomannum datis, *Non enim*, ait, *quia jam reddere, ut conſtituit, propria beati Petri noluit, ſed etiam ſcameras atque deprædationes ſeu devaſtationes in civitatibus & locis beati Petri facere ſua imperatione non ceſſavit, nec ceſſat* &c. Verum ad pleniorem rei tantæ explicationem præſtat videre quæ ex Anonymo in Appendice II. ad conti-

P 2 nua-

rum [e] cimiteria effodiens, eorum corpora sacra ad magnum animæ suæ detrimentum abstulit. [f] [2] Nec non Castrum Narniense, [g] quod pridem reddiderat Aistulphus missis Francorum, a jure beati Petri abstulit.

XLII. Hæc itaque impie ab eodem Aistulpho gesta quantocyus [a] prædicti regis Francorum insonuerunt auribus. Sed & beatissimus pontifex per marinum iter suos ordinans, & ad eum [b] in Franciam [1] suos dirigens missos una cum quodam religioso viro [c] Warnerio nomine, qui ab eodem Francorum rege huc Romam directus fuerat; cuncta, quæ gesta sunt, & quæ crudeliter tyrannus ille peregit Aistulphus, [d] subtili relatione suis Apostolicis literis sæpefato Christianissimo & Dei cultori Pippino Francorum [e] intimavit regi; [2] adjurans eum fortiter, firmiterque sub divini judicii die obtestans, ut cuncta, quæ beato Petro pollicitus est, nunc pro viribus adimpleret.

XLIII. Ad hæc vero Christianissimus Pippinus rex Francorum fervore fidei motus, iterum cum Dei virtute generalem

VARIANTES LECTIONES

re potuisset urbem. *e* Vat. I. *mysteria*, in margine, *cymiteria*. *f Nec non Castrum Narniense* &c.) ex Vat. IV. Alex. III. & Farnes. ista habuimus. Vat. IV. *Castrum autem*. *g* Alex. III. *quod pridem reddiderat misso Francorum, a jure* &c.

XLII. *a* Vat. I. & III. *expediti Francorum insonuere regis in aures*, Vat. II. & Alex. III. ut in contextu. *b* Vat. IV. *in Frantiam*. *c* Alex. III. *Hunario*, Flor. *Wanario*, Farnes. *Warnario*, Vat. VIII. *Voarnarium*. *d* Vat. IV. *subtiliter*, Vat. I. *subtili refectione*, Farnes. *subtili refertione*, Alex. III. ut in contextu, perperam editi, *fictione*. *e* Idem Alex. III. *regi intimans simulque implorans, ut ea, quæ beato Petro promiserat* &c.

Vat. I.

NOTÆ

nuationem Fredegarii Pagius recitat ad ann. 755. num. V.

2. CASTRUM NARNIENSE) Quod, ut vidimus supra in Gregorio II. num. XIII. jam antea a Liutprando fuerat occupatum.

XLII. 1. SUOS DIRIGENS MISSOS) Georgium scilicet episcopum, & Thomaricum comitem. Pagius ad annum. 755. num. IV.

2. ADJURANS EUM &c.) Ista siquidem in iis literis subdit pontifex: *Pro quo peto vos, excellentissimi, & a Deo protecti filii, & nimis obsecro (doleat vobis pro sancta Dei ecclesia & beati Petri causa) ut quod per donationem beato Petro offerendum promisistis, eidem contradere debeatis.*

IN

ralem faciens motionem [1] in Langobardorum partes [a] conjunxit, & clusas eorum funditus evertit. Dum vero ad prædictas Langobardorum clusas rex Pippinus [b] adpropinquasset, [c] conjunxerunt in hac Romana urbe imperiales missi, [d] Georgius scilicet [e] [2] Protoasecreta, & Johannes silentiarius, directi ad prædictum Pippinum Francorum regem. Quos suscipiens jamfatus beatissimus papa [f] eisdem motionem præfati regis Francorum [g] nunciavit. [h] Quod quidem illi dubium habuerunt credendi: [i] [3] & adhærens eis missum apostolicæ sedis, [k] eos ut in Franciam irent, absolvit. Qui pergentes marino itinere, quantocyus Massiliam [l] pervenerunt: in quam ingredientes, didicerunt jam prædictum Francorum regem Langobardorum fines fuisse ingressum, [m] adimpleturum ea, quæ pridem beato Petro & domno Apostolico de rebus ecclesiæ Romanæ ab Aistulpho distractis promiserat.

Hæc

VARIANTES LECTIONES

XLIII. *a* Vat. I. *conjuncxit*, Vat. IV. *venit*, Alex. III. *adiit*. *b* Vat. I. *appropinquaret*. *c* Vat. III. *convenerunt in hanc urbem*, Vat. IV. *venerunt* &c. *d* Vulgati Codices tantum habent *Gregorius* pro *Georgius*: sic etiam infra. *e* Vat. IV. *prothoassecretis*, Vat. VIII. *protoadsecreta*, editi, *protosecreta*, Vat. & Alex. III. *prothoasecreta*, Vat. I. & Farnes. ut in contextu. *f eis de motione* &c. *g* Alex. III. *intimavit*. *h* Vat. IV. *Sed illi in dubium habuerunt credere*. *i* Alex. III. *Mittens autem cum eis isdem Apostolicus suum missum*. *k* Vat. IV. *in Frantiam eos ire*, Alex. III. ut in contextu. Farnes. *eos in Franciam absolvit*. *l* Alex. III. ut in contextu, alii, *advenerunt*. *m* Sic Alex. III. nonnulli ut in editis, *juxta adhortationem antefati beatissimi papæ, & promissionem, quam beato Petro jurejurando optulerat.* Vat. IV.

NOTÆ

XLIII. 1. IN LANGOBARDORUM PARTES &c.) Juxta civitatem Papiam, ubi sua Aistulphus castra posuerat, quæ ab exercitu Francorum tunc funditus eversa & deleta fuere.

2. PROTOASECRETA ET JOHANNES &c.) De quo supra num. VII. *Protoasecreta* seu *proto a secretis*, græce πρωτασηκρῆτις, qui judex & primus senatus seu secretioris consilii explicatur. Hic idem a Paulo papa, qui Stephano proxime successit, in literis ad Pippinum regem *Georgius imperialis a secretis* dicitur, cum quo scilicet Marinus presbyter amicitiam in Francia inierat, resque cum eo Apostolicæ sedi contrarias moliebatur.

3 ET ADHÆRENS EIS) Hoc est, *mittens cum eis*. Ita supra num. VIII. *adhærens eidem imperiali misso quemdam propriæ gentis nefarium virum* &c.

TRI:

XLIV. [a] Hæc cognoſcentes ipſi imperiales miſsi, [1] triſtes effecti nitebantur [b] dolo detinere Maſsiliæ [c] miſſumApoſtolicæ ſedis ne ad prædictum regem poſſet properare, affligentes eum [d] valide. Sed interveniente beato Petro apoſtolorum principe, eorum callida ad nihilum redacta eſt verſutia. Itaque unus ex ipſis imperialibus miſsis, [e] Georgius videlicet protoaſecreta præcedens Apoſtolicæ ſedis miſſum, celeriter prænominatum Francorum adſequutus eſt Chriſtianiſsimum regem: quem jam in finibus Langobardorum non procul a Papia reperit civitate. Et nimis eum deprecans, [f] imperialia tribuit munera, atque plura ſpondens, rogabat, ut Ravennatium urbem, vel ceteras exarchatus civitates & caſtra imperiali concederet [g] ditioni.

XLV. Sed nequaquam valuit firmiſsimum jam fati Chriſtianiſsimi atque benigniſsimi regis Pippini fidelis Dei, & amatoris beati Petri inclinare cor, [1] ut eaſdem civitates vel loca imperiali tribueret ditioni; aſſerens iſdem Dei cultor mitiſsimus rex [a] ſe nulla penitus ratione pati, eaſdem civitates a poteſtate beati Petri & jure eccleſiæ Romanæ, vel pontificum Apoſtolicæ ſedis quoquomodo alienari. [b] Affirmabat etiam ſub juramento, quod per nullius hominis favorem ſeſe certamini ſæpius dediſſet, niſi pro amore beati Petri, & venia delictorum ſuorum. [c] Aſſerebat & hoc, quod

VARIANTES LECTIONES

XLIV. *a* Vat. IV. *Quod cognoſcentes*. *b* libri editi, *doloſe*. *c* Vat. IV. *miſſos*. *d* Idem, & Vat. III. *valde*, alii, ut in contextu. *e* Farneſ. aliique, *Georgius*, ut ſupra. *f* Vat. III. & IV. *tribuit imperialia munera, plura ſpondens, ut* &c. Alex. III. ut in contextu. *g* Vat. I. *dicioni*: ſic etiam alibi.

XLV. *a* Alex. III. *ſe eas nulla penitus ratione a poteſtate* &c. Flor. *ex nulla penitus* &c. *b* Sic Vat. IV. alii, *affirmans etiam*. *c* Sic idem, aliiſ, *aſſerens & hoc*.

NOTÆ

XLIV. I. TRISTES EFFECTI &c.) Quod ob regis diſceſſum irrita ipſorum legatio eſſet.

XLV. I. UT EASDEM CIVITATES VEL LOCA &c.) Quæ nimirum populorum omnium conſenſu jamdudum reipublicæ eccleſiæ Romanæ juris & poteſtatis evaſerant.

IN

quod nulla thesauri copia ei persuadere valeret, ut quod semel beato Petro [d] obtulerat, auferret. [e] Talia imperiali misso reddens responsa, continuo eum [f] ad propria remeandum per aliam viam absolvit; qui & sine effectu Romam [g] conjunxit. [h] Hisdem vero temporibus præfatus papa fecit in ecclesia sanctæ Dei genitricis MARIÆ imaginem in throno, gestantem super genua vultum Salvatoris nostri JESU Christi: quam & multis lapidibus pretiosis adornavit, id est hyacinthis, smaragdis, prasinis, & albis. Itemque alias duas ejusdem Dei genitricis imagines, quæ ab antiquo ibidem ex argento ante altare erant, decenter inaurari fecit.

XLVI. [a] Dum vero antefatus benignissimus Pippinus Francorum rex Papiam obsidens constringeret civitatem, tunc [b] Aistulphus atrocissimus rex Langobardorum ut veniam ille tribueret, & ab obsidione cessaret, rogabat, & quas prius contempserat conscriptas [1] in pacti fœdere reddere civitates, nunc modis omnibus profitebatur se redditurum. Sicque denuo confirmato pacto anteriore, quod per elapsam Indictionem VIII. inter partes provenerat, restituit ipse Aistulphus easdem civitates addens & castrum, quod cognominatur [c] [2] Comiaclum. De quibus omnibus receptis civitatibus, a beato Petro atque a sancta Romana ecclesia, vel ab omnibus in perpetuum pontificibus Apostolicæ sedis posi-

VARIANTES LECTIONES

hoc. *d* Alex. III. *promiserat*, Libri editi, *obtulit*. *e* Alex. idem ita: alii, *& hæc prædicto imperiali misso reddens in responsis*. *f* Vat. I. & III. *ad propria remeanda absolvit*, Vat. IV. *remeare*. *g* Vat. III. *rediit*, Vat. IV. *pervenit*. *h Hisdem vero temporibus* &c.) Ista pariter, quæ hoc numero reliqua sunt, ex Alex. III. addidimus.

XLVI. *a* Ita Alex. III. *Interea præfatus* &c. *obsidens constringebat*, *tunc* &c. *b* Farnes. *Aistolphus*, atque ita ubique. *c* Vat. I. *Comiaclum*.

Cod.

N O T Æ

XLVI. 1. IN PACTI FOEDERE &c.) Cujus mentio supra num XXXVII.

2. COMIACLUM.) Urbs est episcopalis in paludibus jacens a Ravenna distans milliariis XXIV. & XXXIII. a Ferraria: veteribus ignota, medio ævo emersit, cœpitque coli subversa Adria in mari.

IN

posſidendis, [d] emiſit in ſcriptis donationem, quæ hactenus [e] [3] in archivo ſanctæ noſtræ eccleſiæ recondita tenetur.

XLVII. Ad recipiendas vero ipſas civitates [a] ipſe Chriſtianiſsimus Francorum rex conſiliarium ſuum [1] Fulradum venerabilem abbatem & presbyterum [b] abſolvit: [c] & continuo ejus eximietas feliciter cum ſuis exercitibus in Franciam repedavit. Fulradus vero venerabilis [d] abbbas [e] in Ravennatium partes cum miſsis Aiſtulphi regis [f] conjungens, & ingrediens [g] per ſingulas civitates [2] Pentapoleos, & Aemiliæ, eaſque recipiens, & obſides ex unaquaque auferens, atque primates ſecum una cum portarum civitatum clavibus [h] deferens, Romam conjunxit. Tunc ipſas claves tam Ravennatium urbis, quamque diverſarum civitatum ipſius Ravennatium exarchatus, una cum ſupraſcripta donatione de eis, a ſuo rege emiſſa, [3] in confeſsione beati Petri ponens, eidem Dei apoſtolo, & ejus vicario ſanctiſsimo papæ, atque omnibus ejus ſucceſſoribus pontificibus perenniter

VARIANTES LECTIONES

d Cod. vulgati, *miſit poſſidendam*. *e* Alex. III. *in archivo ejuſdem eccleſiæ continetur*, Vat. I. *in arcivo* &c. Vat. IV. *ſanctæ Romanæ eccleſiæ* &c.

XLVII. *a* MSS. nonnulli, *miſit ipſe*. *b* Ita Farnef. pro *miſit*: quod MSS. iidem habent ſupra. *c* Vat. I. & III. ita, Vat. IV. *& continuo ipſe rex cum ſuis* &c. *feliciter reverſus eſt*. *d* Alex. III. *abba*. *e* Vat. I. *Ravennantium*: atque ita paſſim. *f* MSS. quidam, *profectus eſt*. *g* Vat. I. & III. *per unamquamque*, Vat. IV. *de unaquaque tollens*. *h* Idem, *ducens Romam pervenit*.

Vat. III.

N O T Æ

3. IN ARCHIVO &c.) De quo pluries mentio ſupra, in Cæleſtino num. I. in Leone I. num. V. in Gelaſio num. VI. in Hormiſda num. VII. in Bonifacio II. num. II. in Martino I. num. III. & in Leone II. num. IV. ſcrinium etiam quandoque appellatum, uti ſupra in Julio num. III. Quod tamen, ut videtur, idem ibi ac *Cancellaria*.

XLVII. 1. FULRADUM &c.) De quo ſupra num. XXXVIII. & infra num. XLIX.

2. PENTAPOLEOS ET ÆMILIÆ) Pentapolis Ravennam, Cæſenam, Claſſem, Forum Livii, & Pompilii continebat, earumque civitatum agros: Æmilia vero ab Foro Cornelii incipiens ea continet, quæ proficiſcentibus Bononia, Mutina, Regio Lepidi, Parma, Placentia per viam Æmiliam uſque ad Padum ab Apennino conſpiciuntur: ex Rubeo hiſt. Ravenn. ad ann. DCLV.

3. IN CONFESSIONE BEATI PETRI) De confeſſione beati Petri infra in vita Hadriani num. XXXVIII.

CUM

ter possidendas atque [i] disponendas tradidit: idest, Ravennam, Ariminum, [k] Pisaurum, [l] Concam, Fanum, Cesinas, Senogallias, [m] Aesis, [n] Forum Pompilii, Forum Livii [4] cum castro [o] Sassubio, Montem [p] feltri, [q 5] Acerrem, [6] Agiomontem [r 7] montem Lucati, [s 8] Serram, castellum sancti Marini, [t] Bobium, Urbinum, [u] Callis, [x 9] Luciolis, [y] Eugubium, & Comiaclum. Nec non & civitatem Narniensem, quæ a duce Spoletino [10] per evoluta annorum spatia [z] parti Romanorum fuerat [a] ablata. [b] Eodem tempore isdem beatissimus papa fecit in basilica beati Petri Apostoli turrem, quam ex parte inauravit, & ex parte argento investivit: in qua [11] tres posuit campanos, qui clerum & populum ad Dei invitarent officium.

Dum

VARIANTES LECTIONES

i Vat.III. *dispensandas*. *k* Vat.I. & III. *Pinsaurum*. *l* Farnes. *Conca*. *m* MSS. nonnulli cum editis, *Aesium*. *n* Vat.I. *Forum Olibrii*, Vat.IV. *Olibri*, Farnes. *Forum populi*. *o* Alex. III. ita, Vat. I. cum vulgatis, *Suffubio*, Vat. IV. *Susubio*. *p* Vat. I. *feretri*, Alex. III. *felitri*, Vat. IV. ut in contextu. *q* Vat. IV. & Alex. III. ita, Farnes. *Acerreagio*. *r* Vat. I. & Alex. III. *montem Locati*. *s* Alex. III. *Serrum*. *t* Vat. IV. *Vobium*, *Orbino*. *u* Sic Farnes. & Vat. IV. alii, *Callium*, ut in vulgatis. *x* Sic Idem, Farnes. & Vat. I. editi, *Lucolos*, alii, *Luceolos*, Vat. IV. *Luceolis*. *y* Vat. I. *Egubio*, *seu Comiacclo*, Vat. IV. *Egubium*, & *Comiaclum*. *z* Flor. *partibus*. *a* Idem, ut in contextu, alii, *invasa*. *b* *Eodem tempore* &c.) Hæc etiam, & quæ hujus numeri reliqua sunt, ex Alex. III. explevimus.

Sic

NOTÆ

4. CUM CASTRO SASSUBIO) Hodie *Castro Caro*, in Ducatu Urbini.

5. ACERREM) Nunc fortasse Sanctum Marinum, qui, ut Blondo videtur, idem est ac Acer-mons.

6. AGIOMONTEM) Nunc *Monte Maggio* prope Sanctum Marinum.

7. MONTEM LUCATI) Hodie *Monte Luco*, supera Pisaurum.

8. SERRAM) Hæc nomen retinet, la *Serra*, ad flumen *Luso* in Romandiola.

9. LUCIOLIS) Cujus mentio etiam supra in S. Gregorii I. vita num.I. Anonym. Ravennat. in Cod. Vat. *Callis Luciolis*, *Egubio*.

10. PER EVOLUTA ANNORUM SPATIA) Hoc est ab anno VI. pontificatus Gregorii II. Christi vero DCCXXI. Vide supra in eodem Greg. II. num. XIII.

11. TRES POSUIT CAMPANOS) Qui passim *campanæ*. De quibus vid. Hieronymum Magium de Tintinnabulis, & quæ Sweertius ibidem adnotat. Beda lib. IV. cap. XXIII. *Audivit notum campanæ sonum, quo ad orationes excitari, vel convocari solebant, cum quis de hoc sæculo fuisset evocatus*. Has

autem

XLVIII. Dum vero hæc agerentur, ipse infelix Aistulphus quodam loco venatum pergens, [1] divino ictu percussus [a] interiit. Tunc Desiderius quidam dux Langobradorum, qui ab eodem nequissimo Aistulpho in partes Tusciæ fuerat directus, audiens præfatum obiisse Aistulphum, illico adgregans ipsius Tusciæ [b] universam exercituum multitudinem, regni Langobardorum [2] arripere [c] nisus est fastigium. Hujus personam despectui habens [d] [3] Radchisus dudum rex, sed tunc monachus, germanus præfati Aistulphi, sed & alii plures Langobardorum optimates cum eo, eumdem Desiderium spernentes, plurimam [e] Transalpinorum [f] vel ceterorum locorum Langobardorum exercituum multitudinem adgregantes, ad dimicandum contra eum profecti sunt.

XLIX. Ad hæc præfatus Desiderius obnixe prædictum beatissimum pontificem deprecabatur, ut sibi auxilium ferret,

VARIANTES LECTIONES

XLVIII. *a* Sic Alex. III. alii, *defunctus est*, quidam vero, *atrocissima morte defunctus est*. *b* Idem Alex. III. *universi exercitus*. *c* Idem, *nitebatur*. *d* Vat. IV. *Ratchisus*, Alex. III *Ratbcis*, Farnes. *Radechisus*, Flor. *Rachisus*, Vat. I. ut in contextu, & sic deinceps. *e* Vat. I. nonnullique alii, *Transalpium*. *f* Vat. IV. *vel ceteri exercitus Langobardorum multitudinem*.

Vat. III.

NOTÆ

autem jam sæculo sexto in usu fuisse apud Christianos habetur ex vita sancti Columbi abbatis Hyensis cap. XXII. apud Mabillon. sæc. I. Benedict. ubi sanctus idem, qui in fine ejusdem sæculi VI. obiit: *media nocte pulsante campana ad ecclesiam perrexisse*, & cap XXV. *quadam die ministro suo campanam subito pulsare*, præcepisse dicitur: *cujus sonitu fratres excitati, ecclesiam protinus sunt ingressi*.

XLVIII. 1. DIVINO ICTU PERCUSSUS) De equo lapsus; quod A. C. 756. contigit. Annalista Metensis ad eumdem annum, *Aistulphus vero*, inquit, *rex Langobardorum, dum venationem in quadam sylva exerceret, divina ultione percussus, de equo, in quo sedebat, in terram projectus, tertia die vitam amisit*.

2. ARRIPERE NISUS EST &c.) Idem Annalista Metensis ibidem: *Langobardi vero*, subdit, *ex consilio Pippini regis & procerum suorum Desiderium regem Langobardorum instituunt*. Verum opera Stephani papæ Desiderium Langobardorum regnum adeptum, ex ipsius Stephani literis apud Baronium ad Pippinum regem datis, & ex iis, quæ infra habentur num. L. declaratur.

3. RADCHISUS DUDUM REX &c.) Qui & Ratchis. Vide supra in Zacharia num. XXIII.

QUA

ret; quatenus [a] ipse regalem valeret assumere dignitatem; spondens jurejurando, omnem se ipsius beatissimi pontificis [b] impleturum voluntatem. Insuper & civitates Reipublicæ, [1] quæ remanserant, redditurum: [c] immo & copiosa se daturum munera. Tunc isdem præcipuus pater & bonus pastor [2] cum præfato Fulrado venerabili presbytero & abbate atque consiliario Christianissimi Pippini Francorum regis, inito consilio, misit suum germanum, [3] Paulum scilicet diaconem, [4] atque Christophorum consiliarium una cum eodem Fulrado in partes Tusciæ ad prædictum Desiderium. Cum quo locuti, confestim [d] per scriptam paginam sub terribili juramento isdem Desiderius [e] cunctam se professus est superius adnexam adimpleturum sponsionem.

L. [a] Post hæc vero statim misit suum missum [1] Stephanum venerabilem [b] presbyterum domnus papa & Apostolicæ exhortationis literas ad præfatam [c] Radchisum vel cunctam gentem Langobardorum direxit. Properavit & præfatus [d] Fulradus venerabilis abbas cum aliquantis Francis: nec non,

VARIANTES LECTIONES

XLIX. *a* Vat. III. & IV. & Flor. ut in contextu, alii, *ipsam*, ut in editis. *b* MSS. nonnulli, ut in vulgatis, *adimplere*. *c* Alex. III. *immo & munerum multam copiam daturum*. *d* Vat. IV. *conscripta pagina*, Alex. III. *per conscriptam paginam*. *e* Vat. IV. *cuncta professus est superius adnexa per sponsionem se implere*.

L. *a* Libri vulgati, *Post hæc vero peracta*. *b* Idem, *presbyterum cum apostolicis exhortatoriis literis præfato &c. direxit*. *c* Alex. III. *Rathciso*, Vat. I. *Radchiso vel cunctæ genti*. *d* Vat. II. *Folradus*.

Sic

NOTÆ

XLIX. 1. QUÆ REMANSERANT) Bononia scilicet, Imola, Auximum, Ancona, & aliæ, quæ infra explicantur num. LI.

2. CUM PRÆFATO FULRADO &c.) Cujus etiam supra mentio num. XXIV. XXXVIII. & XLVII.

3. PAULUM SCILICET DIACONEM) Qui in pontificatu ei proxime successit.

4. ATQUE CHRISTOPHORUM CONSILIARIUM) Qui & primicerius, ut infra in Stephano III. num. V. & inde.

L. 1. STEPHANUM VENERABILEM PRESBYTERUM) Tituli sanctæ Cæciliæ a Gregorio III. ordinatum: qui postmodum, Paulo papa defuncto, in ejus loco pontifex eligitur.

non, si necessitas exegisset, cum pluribus exercitibus Romanorum [e] in auxilium ejusdem Desiderii occurrere disposuit. Suffragantibus autem ipsius sanctissimi [f] pontificis Deo acceptis precibus, ita omnipotens Dominus disposuit, ut sine ullo hominum [g] periculo præfatus Desiderius per jam dicti coangelici papæ [h] procurationem, eamdem, quam ambiebat, assumeret regalem dignitatem.

LI. Dum vero hæc agerentur, direxit missum suum sanctissimus pontifex, & easdem, quas rex Desiderius reddere promiserat civitates, accepit, id est [a] Faventiam [1] cum castro [b] Tiberiaco, seu [c] [2] Cavellum, & universum ducatum Ferrariæ [d] in integro. Et ita annuente Deo rempublicam dilatans, & universam Dominicam plebem, [e] videlicet rationales sibi commissas oves, ut bonus pastor animam suam ponens, ab omnibus insidiis eruit inimicorum.

LII. [a] Præterea renovavit in atrio ante fores beati Petri apostoli, [1] qui Quadriporticus dicitur, columnas marmoreas VIII. miræ pulchritudinis, sculptosque desuper quadros composuit, & æreum desuper collocavit tegumen. Fecit autem & juxta basilicam beati Petri apostoli, & ab alia parte beati Andreæ apostoli, in loco, [2] qui Mosileos appellatur,

VARIANTES LECTIONES

e Sic Alex. III. ceteri, *in ejus disposuit occurrere adjutorium*. *f* Idem, *pontificis ad Deum precibus*. *g* Vat.I. aliique, *periclitatione*. *h* Iidem, *concursum*. Alex. III. ut in contextu.

LI *a* MSS. aliqui, *Faventias*. *b* Flor. *Siberiaco*, Farnes. *Tiveriaco*. *c* Vat.IV. & Flor. *Cabellum*, libri editi, *gabellum*. *d* Vat.III. & IV. *in integrum*. *e* Alex.II. *&* *sibi commissas oves*.

LII. *a* Quæ hoc numero habentur, ex Alex. III. accepimus.

Alex.III.

NOTÆ

LI. 1. CUM CASTRO TIBERIACO) Quod nunc *Bagnacavallo* in Faventiæ districtu.

2. CAVELLUM) Gavellus vicus est inter Adriam, & Ferrariam; de quo Lubin. Notit. Abb. *Abbatia tit. S. Mariæ de Gavello alias Govello ord. S. Benedicti, Diœcesis Adriensis in Provincia Ravennatensi*.

LII. 1. QUI QUADRIPORTICUS DICITUR) Cujus descriptio supra num. XIV. ubi fere eadem occurrunt.

2. QUI MOSILEOS APPELLATUR) Ædificium erat rotundum altari beati An-

tur, basilicam in honorem sanctæ Petronillæ. quia in Francia spoponderat, ut beatæ Petronillæ corpus ibidem collocaret: ubi posuit [3] canistra argentea multa, & alia plurima ornamenta, quæ ibidem dedicavit: & omnia utiliter perficiens, Dei vocatione vitam finiens ad æternam migravit requiem.

LIII. Qui fecit ordinationem unam per mensem Martium, [a] presbyteros II. diaconos II., [b] episcopos per diversa loca numero XX. [c] Et dum in Francia esset positus [1] Rotdigango venerabili viro episcopo pallium tribuit, [2] & archiordinavit. Qui etiam sepultus est in basilica beati Petri Apostolorum principis [d] [3] VI. Kal. Majas, Indictione X. [4] & cessavit episcopatus ejus [e] dies XXXV.

S. PAU-

VARIANTES LECTIONES

LIII. *a* Alex. III. *presbyterum unum*. *b* Alex. II. ita, Vat. I. *episcopos* XX. Vat. III. *episcopos* &c. IIII. Alex. III. *episcopos* XV. Farnes. *episcopos* &c. VII. Flor. *episcopos* &c. IIII. *c & dum in Francia* &c. *archiordinavit*) Ista etiam ex Alex. III. sunt. *d* Vat. III. VI. *Kal.* Alex. III. V. *Kal.* Vat. I. VI. *Kal. Magi*, Flor. VII. *Kal. Maii*. *e* Vat. III Alex. II. & Flor. *dies* XXII. Vulgata editio, *dies triginta duobus*, & antea, *dies triginta quinque*, ut in contextu, Alex. III. *mensem unum*, *dies* ... His enim codex iste nos deserit.

Vat. III.

NOTÆ

Andreæ, quod est hodie basilicæ sacrarium, non dissimile, illudque cum aliis defecit sub Paulo V. in novi templi Vaticani constructione.

3. CANISTRA ARGENTEA MULTA) Lampades nimirum instar canistri, quibus lampadarium ipsum instruebatur. Horum mentio infra frequens.

LIII. 1. ROTDIGANGO) Cujus supra mentio num. XVI. & XVIII.

2. ET ARCHIORDINAVIT) Hoc est, de episcopo archiepiscopum fecit.

3. VI. KAL. MAJAS) Die nempe XXVI. Aprilis A.C. 757. quæ altera post obitum ejus dies sepulcralis fuit.

4. ET CESSAVIT &c.) A die scilicet XXIV. Aprilis usque ad diem XXIX. Mensis Maii anni ejusdem 757. qua germanus ejus frater Paulus in pontificatu subrogatus ei fuit.

XCIII.

S. PAULUS

An. Chr. 757. Constantini Copronymi imp. 16.

I. PAULUS, natione Romanus, ex patre Constantino, [1] sedit annos decem, [a] mensem unum. Hic ab ineunte ætate in Lateranensi patriarchio cum proprio seniore germano Stephano prædecessore ejus pontifice [2] pro eruditione ecclesiasticæ disciplinæ traditus est temporibus domni Gregorii II. junioris papæ. Postmodum a domno Zacharia beatissimo papa in diaconii ordine pariter [b] cum antedicto suo germano [c] consecratus est. Nam dum isdem ejus germanus & antecessor pontifex ad extremum pertingeret vitæ, illico populus hujus Romanæ urbis divisus est: & alii cum Theophylacto archidiacono tenentes, in ejus domo congregati residebant: alii vero eidem beatissimo concordabant Paulo diacono; plurima pars judicum & populi cum eo tenentes, quam cum prædicto Theophylacto archidiacono. Ipse vero sanctissimus vir nequaquam a Lateranensi patriarchio recessit: sed cum ceteris fidelibus suo [d] [3] ægrotanti germano & prædecessori pontifici perseveranter famulabatur.

II. Dum vero de hac vita prædictus ejus germanus & prædecessor pontifex migrasset, eoque cum ingenti honore in

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Vat. III. & Flor. *menses* v. *b* Vat. I. & Farnes. *cum antelato*, libri editi, *cum antefato*, Flor. aliique, ut in contextu. *c* Vat. IV. *ordinatus est*. *d* Alex. II. *ægrotante germano pontifice perseveranter* &c.

Exi-

NOTÆ

I. 1. SEDIT &c.) Ab eadem die XXIX. Maii A. C. 757. usque ad diem XXVIII. mensis Junii A. C. 767.

2. PRO ERUDITIONE ECCLESIASTICÆ DISCIPLINÆ) Supra in Stephano num. I. *pro doctrina Apostolicæ traditionis*. Ac fere eadem infra de Stephano III. Hadriano I. Leone III. Stephano IV. & Paschali habentur.

3. SUO ÆGROTATI GERMANO &c.) Idem etiam huic pontifici ægrotanti præstitisse dicitur infra Stephanus III. ejus successor.

FUIT

in basilica beati Petri sepulto, continuo eadem populi congregatio, quæ cum sæpefato beatissimo Paulo, tunc diacono [a] existente tenebat (quoniam validior & fortior erat) eum in pontificatus culmen elegerunt. Post hæc ii, qui cum præfato archidiacono aggregati erant, dispersi sunt. Et ita, Deo annuente, isdem sanctissimus vir in apostolica beati Petri sacratissima sede [b] ordinatus consecratusque pontifex est. [1] Fuit autem temporibus Constantini & Leonis Imperatorum. Erat enim mitissimus [c] & valde misericors, nulli unquam malum [d] pro malo reddens: & [2] si pro modico quemquam per iniquos satellites tribulabat, in proximo tamen pietate motus, consolationis illi inferebat misericordiam.

III. Hic, ut multi testati sunt, nocte per semetipsum cellas pauperum infirmorum [a] jacentium, qui ex suis nequaquam adsurgere valebant lectulis, nec non & aliorum inopum, cum suis familiaribus noctis circuibat silentio, amplissime illis ministrans alimoniam, atque subsidii inferens opem. Sed & carceres atque alia claustra per eadem noctium secreta visitabat: & si quos ibidem [b] inveniebat retrusos, a mortis [c] eruens periculo, liberos ire relaxabat. Sed & plures, qui debitis obligati, atque afflicti a suis fœnera-

VARIANTES LECTIONES

II. *a Existente*) Sic Farnes. *b* Flor. ita Farnes. *consecratus est pontifex*, ceteri, *consecratus pontifex est*. *c* Vat. IV. *mitissimus & misericors*. *d pro malo reddens* &c.) Quæ deinceps sequuntur usque ad illa verba num. III. *viduis, orphanis* &c. in Vat. IV. resecata fuere.

III. *a* Vat. I. *perjacentium*. *b* male in editis, *conveniebat*. *c* In editis perperam,

N O T Æ

II. 1. FUIT AUTEM TEMPORIBUS &c.) Ab anno scilicet imperii Constantini Copronymi XVII usque ad vicesimum septimum: & Leonis IV. ejus filii decimum septimum.

2. SI PRO MODICO &c.) Inter alia siquidem ejus miserationis opera, quæ infra recitantur, si pro tenui pecuniarum summa detentum, carceres visitans, aliquem reperiebat, soluto de suo creditoribus pretio, dimitti & relaxari mandabat.

PRO

neratoribus opprimebantur, [d] redditis ipsis debitis, a jugo redimebat servitii, viduis [e] orphanis atque pupillis, omnibusque egentibus opem ferens. Fortissimus [f] quoque erat orthodoxæ fidei defensor: [g] unde sæpius suos missos, cum Apostolicis obsecratoriis atque admonitoriis literis, præfatis Constantino & Leoni Augustis direxit [1] pro restituendis confirmandisque [h] in pristinum venerationis statum sacratissimis imaginibus Domini Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi, sanctæque ejus genitricis, atque beatorum apostolorum, omniumque sanctorum prophetarum, martyrum, & confessorum.

IV. Hic beatissimus pontifex cum [a] omnibus [b] spiritalibus suis studiis magnam sollicitudinis curam erga sanctorum cœmeteria indesinenter [c] gerebat. Unde cernens plurima eorumdem sanctorum cœmeteriorum loca neglectu ac desidia, [1] antiquitatis maxima demolitione, atque jam vicina ruinæ posita; protinus eadem sanctorum corpora de [d] ipsis dirutis abstulit [e] cimiteriis. Quæ cum hymnis & canticis spiritalibus infra hanc civitatem Romanam introducens, alia eorum per titulos ac Diaconias, seu monasteria, & reliquas ecclesias cum condecenti studuit recondi honore.

Hic

VARIANTES LECTIONES

peram, *emens*. *d* Vat. I. & III. *reddito ipso debito*, Alex. II. ut in contextu. *e orphanis* &c.) Sic Vat. IV. *f* Vat. I. & III. *enim*. *g Unde sæpius* &c. Hinc etiam usque ad initium num. VI. Vat. IV. Alex. vero II. usque ad initium insequentis num. non legunt. *b* Farnes. *in pristino venerationis statu*.

IV. *a* Flor. *hominibus*. *b* Farnes. ita. *c* Alex II. *gerebat, & in propria sua domo* &c. Quæ initio insequentis num. occurrunt. *d* Vat. III. & Flor. *istis*. *e* MSS. *cimiteriis*, atque ita ubique.

Vat. VI.

NOTÆ

III. I. PRO RESTITUENDIS &c.) De quo vero nihil apud Constantinum imperatorem, in impietate sua nimis obduratum, egisse decretum de hac re postmodum promulgatum in Synodo Romana sub Stephano III. ejus successore, satis declarat.

IV I. ANTIQUITATIS MAXIMA DEMOLITIONE &c. Antiquis nempe ruderibus, quæ pluribus in locis ibi ceciderant, oppleta.

IN

V. Hic sanctissimus præsul in propria sua domo monasterium a fundamentis [1] in honorem sancti Stephani scilicet martyris atque pontificis, nec non & beati Silvestri itidem [a] pontificis & confessoris Christi construxit: [2] ubi & oraculum in superioribus ejusdem monasterii mœniis ædificans, eorum corpora magna cum veneratione condidit. Infra claustra vero ipsius monasterii ecclesiam miræ [b] pulchritudinis a fundamentis noviter construxit: quam musivo & marmoribus decorans, & omnem [c] illic ornatum in auro argentoque, diversisque speciebus largiens, & [d] ciborium ibidem [e] ex argento fecit: illicque [f] multa sanctorum corpora, quæ de præfatis demolitis abstulit cimiteriis, maximo venerationis condidit affectu. In eodem quippe monasterio [g] plura contulit prædia, & [h] possessionum loca urbana vel rustica, superflue atque abundanter [i] illud ditans in auro & argento, aliisque rerum speciebus, & omnibus utilitatibus: [k] ubi & [3] monachorum congregationem [l] constituens, græcæ modulationis psalmodiæ cœnobium esse decrevit: atque Deo nostro omnipotenti, & omnibus ibidem requiescentibus sanctis, magnis sub interdictionibus, sedule ac indesinenter laudes statuit persolvendas.

Hic

VARIANTES LECTIONES

V. *a* Vat. VI. *episcopi*. *b* Flor. *magnitudinis*. *c* Vulgati, *illis*. *d* Vat. III. *civorium*, Alex. II. *cyburium*. *e* Sic idem. *f* In vulgatis, *innumerabilium*. *g* Idem Alex. II. & Farnes. ut in contextu, editi, *plurima*. *h* Ita Farnes. *i* Idem, *eum ditans*. *k* *ubi & monachorum* &c. Hæc & reliqua hujus num. Alex. II. non agnoscit. *l* Editi, *construens*, Farnes. ut in contextu.

Alex. II.

NOTÆ

V. 1. IN HONOREM SANCTI STEPHANI &c.) De quo Petrus Mallius cap XXXI. ubi de Abbatiis, ita: *Intra urbem est abbatia S. Silvestri Inter duos hortos, quam ædificare cœpit Stephanus papa II. sed Paulus papa explevit.*

2. UBI ET ORACULUM) Oratorium, seu sacellum. De oraculo sancti Petri in palatio Constantinopolitano, vide supra in S. Martino num. II. in S. Agathone num. IV. & XI. & de oraculo S. Cæsarii in palatio Lateranensi vide itidem in Sergio I. num. II.

3. MONACHORUM CONGREGATIONEM &c.) Qui sacrarum imaginum cultum patrocinantes, ab Oriente expulsi Romam confugerant.

Hic

VI. [1] Hic fecit noviter ecclesiam infra hanc civitatem Romanam [a] in via Sacra juxta templum [b] Romæ in honorem sanctorum apostolorum Petri & Pauli, in loco, in quo ipsi beatissimi principes apostolorum tempore, quo pro Christi nomine martyrio coronati sunt, dum Redemptori nostro funderent preces, propria genua flectere visi sunt. In quo loco usque hactenus eorum genua pro testimonio omnis in postremo venturæ generationis in quodam fortissimo silice, [c] marmore scilicet, esse noscuntur designata. [d] Nam & infra ecclesiam beati Petri apostoli foris muros hujus civitatis Romanæ noviter oraculum in honorem sanctæ Dei genitricis construxit, juxta [e] oraculum beati Leonis papæ [2] secus fores introitus sanctæ Petronillæ, atque beati Andreæ apostoli, musivo [3] & diversis metallis illud adornans: ubi & effigiem sanctæ Dei genitricis in statua ex argento deaurato, [f] quæ pensat libras centum, constituit: in quo oraculo & sepulturam sibi construxit.

VII. Hic dum in ecclesia beati Pauli apostoli [1] æstivo tempore [a] pro valido caloris fervore demoraretur, corporali præoccupatus ægritudine, illic vitam finivit: ubi & sepul-

VARIANTES LECTIONES

VI. *a* Alex. II. *in via sua sacra in honorem beatorum Petri & Pauli in loco, in quo ipsi sua propria genua flexerunt tempore, quo* &c. *b* Sic Vat I. & Farnes. alii, *Romuli*. *c* Alex. II. ita. *d Nam & infra* &c.) Quæ inde usque ad finem hujus num. pertingunt, Vat. IV. & Alex. II. non legunt. *e* Ita Vat. III. *f quæ pensat libras centum*) Farnes. hæc non agnoscit.

VII. *a* Vat. IV. *pro valido calore*.

Libri

NOTÆ

VI. 1. HIC FECIT NOVITER ECCLESIAM &c.) Ubi hodie ecclesia, quæ dicitur S. MARIÆ Novæ: ibique silex ille servatur adhuc.

2. SECUS FORES &c.) ecclesiæ seu basilicæ, ut in Hadriano n. LXXXIII. nuncupatur, S. Petronillæ, quæ, ut scribit Jacobus Grimaldus in lib. de Canon. S. Petri, *erat magnum templum rotundum in loco, ubi nunc est apsis ad meridiem*.

3. ET DIVERSIS METALLIS) variarum nemp. specierum lapidibus. Metalla pro *lapides*, supra etiam in S. Silvestro num. XIII. & XXVI & in Xysto III. num. VII. & in Vigilio num. VI.

VII. 1. ÆSTIVO TEMPORE &c.) Res secus hodie: monachi siquidem ibi com-

pultus eſt. illicque fere trium menſium ſpatio ejus [b] humatum funus permanſit. Poſtea vero congregati omnes Romani cives & aliæ nationes ejus corpus per fluvium Tiberis navicula transfretantes, ad beatum Petrum cum pſalmodiæ honore deportaverunt, & in præfato oraculo in monumento ab eo conſtructo ſepelierunt. Hic fecit ordinationem unam per menſem [c] Decembrium; presbyteros XII. diaconos II. epiſcopos per diverſa loca [d] numero III. [2] & ceſſavit epiſcopatus annum unum & menſem unum.

VARIANTES LECTIONES

b Libri vulgati tantum *inhumatum* legunt. *c Decembrium*) Ita Farneſ. aliique nonnulli. *d* Farneſ. idem, *numero* XX.

NOTÆ

commorantes, æſtivo tempore appropinquante, recedunt illinc.

2. ET CESSAVIT EPISCOPATUS &c.) A die XXVIII. Junii A. C. 767. qua defunctus eſt, uſque ad diem VII. menſis Auguſti A. C. 768. qua Conſtantino pſeudopapa depoſito, Stephanus III. fuit pontifex conſecratus.

XCIV.

STEPHANUS III.

I. [a] STEPHANUS III. natione Siculus, ex patre [b] Olivo, [1] ſedit annos III. menſes V. [c] dies XXVII. Vir ſtrenuus & divinis ſcripturis eruditus, atque eccleſiaſticis traditionibus imbutus, & in earum obſervationibus conſtan- *An. Chr. 768. Conſtantini Copronymi imp. 26.*

VARIANTES LECTIONES

I. *a Stephanus III.*) Ita Vat. I. ceteri numerum omittunt. *b* Vat. IV. & Alex. II. *Olibo*, Vat. III. *Olibio*. *c* Ita Vat. IV. ceteri *dies* XXVIII.

Hic

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANNOS III. &c.) A die ſcilicet VII. ſeu Dominica prima menſis Augusti A. C. 768. ut infra n. XIII. quæ in Dominicam incidit, uſque ad

diem

ſtantiſſimus perſeverator. [d] Hic dum a Sicilienſi inſula, [e] parvulus in hanc adveniſſet Romanam urbem, tradidit eum domnus Gregorius ſanctæ recordationis Tertius papa
2 in monaſterio ſancti [f] Chryſogoni, quod tunc noviter fundaverat, illicque clericus atque monachus effectus eſt. Quem poſtmodum domnus Zacharias papa ex ipſo abſtollens monaſterio, in Lateranenſis patriarchii cubiculo eſſe præcepit:
3 eumque poſtmodum presbyterum in titulo [g] beatæ Cæciliæ conſecravit. Quem tamen pro ejus caſtitatis modeſtia,
4 in ſuo officio [h] Lateranis detinuit.

II. Sed & reliqui, ſcilicet [a] domni Stephanus & Paulus beatiſſimi pontifices, eumdem ſanctiſſimum Stephanum,
1 pro ejus piis converſationibus in ſuo ſervitio ſimiliter detinuerunt. Dum vero prædeceſſor ejus domnus Paulus papa pro [b] auſteritate fervoris æſtivo tempore in eccleſia beati Pauli demoraretur, & valida ibidem ægritudine præoccupare-

VARIANTES LECTIONES

d Hic dum &c. Hinc uſque ad ea verba, *ſimiliter detinuerunt*, quæ circa initium inſequentis num. habentur, Vat. IV. ſilet. *e parvulus*) Vox iſta in Vat. I. ac ſubinde in libris editis tantum deſideratur. *f* Vat. I. *Griſogoni*. *g* Farneſ. *beatæ Cæciliæ*: male in editis, *ſanctæ eccleſiæ*, pro *ſanctæ Cæciliæ*, ut MSS. omnes legunt. *h* libri editi perperam, *Lateranenſis*.

II. *a* Farneſ. ita; reliqui, *domnus*. *b* Libri vulgati tantum, *auctoritate*. Vat. I.

NOTÆ

diem ſecundam Februarii A. C. 772. De hujus vitæ ſtilo hæc Holſtenius in margine adnotat: *Vita*, inquit, *Stephani PP. ſcripta eſt ſtilo diverſo a ſuperioribus, modoſque loquendi, ſive barbariſmos peculiares habet, qui neſcio quem Africaniſmum ſapere videntur*.

2. IN MONASTERIO SANCTI CHRYSOGONI &c.) Quod juxta titulum ſive eccleſiam ejuſdem ſancti Chryſogoni Gregorius III. fundaverat, ut in ejus vita num. IX.

3. EUMQUE POSTMODUM PRESBYTERUM &c.) Ex VII. nempe presbyteris iis, qui, ut ex Petro Mallio, per hebdomadas ad altare S. Petri miſſarum ſolemnia celebrabant.

4. IN SUO OFFICIO) In intimi ſcilicet cubicularii munere, illum a reſidentia in ejus tituli ædibus liberans, uti poſtmodum ipſius Zachariæ ſucceſſores Stephanus II. & Paulus ſeſe cum illo geſſerunt. *Quem tamen*, ait Platina, *& Zacharias, & Stephanus, & Paulus a ſe nunquam dimiſere: tantæ probitatis erat & præſtantiæ in agendis rebus*.

II. 1. PRO EJUS PIIS CONVERSATIONIBUS) ob ejus nimirum pietatem morumque probitatem, & ſacrarum ſcripturarum eruditionem.

TOTO

paretur, de qua & vitam finivit, die noctuque iisdem beatissimus Stephanus in ejusdem sui prædecessoris pontificis perseverans servitio, nullo modo ab ejus lectulo, donec spiritum [c] emitteret, recessit.

III. At vero Paulus papa in ægritudine positus, cum nondum spiritum [a] exhalaret, illico [b] [1] Toto quidam dux, Nepesinæ civitatis dudum habitator, [c] cum suis germanis Constantino, Passivo & Paschali, adgregantes tam ex eadem Nepesina, quamque ex aliis Tusciæ civitatibus multitudinem exercitus, [2] atque catervam rusticorum, ingredientesque per portam beati Pancratii in hanc Romanam urbem, atque in domo antedicti Totonis armati assistentes, elegerunt ibidem subito Constantinum fratrem ejusdem Totonis, laicum existentem: quem cum armis, plurimi eorum loricis induti, [d] [3] latrocinanter in Lateranensi patriarchium introduxerunt. Et ascendentes cum eo [4] in vicedominio, continuo accersito [5] Georgio episcopo, compulerunt eum, [6] ut orationem clericatus eidem Constantino [e] daret. Ipse vero

VARIANTES LECTIONES

c Vat. I. *amitteret*.

III. *a* Vat. IV. *exhalasset*. *b* Alex. II. *Toton*. Flor. *Thoto*. *c* Vat. III. & Flor. *cum SS. Gregorio*, perperam legunt pro, *cum suis germanis*. *d* Sic Alex. II. ceteri, *latrocinantes*. In Vat. IV. quædam hoc loco desunt vitio librarii. *e* Vat. IV. ita.

NOTÆ

III. 1. TOTO QUIDAM DUX) Romanus ipse & Langobardorum Tusciæ dux, in Nepesina civitate residens.

2. ATQUE CATERVAM RUSTICORUM) Quæ de inordinata ejusmodi peditum multitudine recte dicitur. Horat. lib. II. epist. I.

Quatuor, aut plureis premuntur in horas.
Dum fugiunt equitum turmæ, peditumque catervæ.

3. LATROCINANTER) more latronum, a *latrocinor* derivatum: quod nescio an alibi occurrat.

4. IN VICEDOMINIO) Locus erat in palatio Lateranensi, in quo vicedominus, sive œconomus, qui & *Major Domus* peregrinos suscipiebat palatii, ejusdem expensis alendos, & alia, quæ sui muneris erant, exercebat. De Saulo diacono & vicedomino mentio facta est supra in Constantino papa num. IV.

5. GEORGIO EPISCOPO) Prænestino, ut explicatur infra.

6. UT ORATIONEM CLERICATUS) Benedictionem scilicet. Oratio pro *benedictio* accepta supra etiam occurrit in Vigilio num. IV. & in Stepha-

vero omnino hoc [f] renuebat facere: corruensque in terram, prostravit se pedibus ipsius Constantini, adjurans eum fortiter per omnia divina mysteria, ut locum daret, & ab ejusdem impiæ præsumptionis proposito recederet, ne per eum [7] talis inaudita novitas in ecclesia Dei fieret.

IV. [a] Et dum hujuscemodi adjurationis proferret verba (concitati plurimi ex ipsis malignis, qui eamdem impiam electionem fecerant, insurgentes super eum, atque fortiter comminantes ei) timore correptus orationem illi clericatus tribuit: & ita clericus effectus idem sanctum Lateranense invasit patriarchium. [1] Alia vero die illucescente, secunda feria, subdiaconus atque diaconus ab eodem episcopo [2] in oratorio sancti Laurentii intra idem patriarchium contra sanctorum [b] canonum instituta consecratus est. Sicque universum populum [c] sibi sacramentum prębere fecit: [3] & adveniente Dominico die, rursum cum multitudine armatorum exercituum in basilicam beati Petri properans, pontifex ab eodem Georgio episcopo [d] Præneste & aliis duobus

VARIANTES LECTIONES

ita, Vat. I. *tribui*, Alex. II. *tribuere*, alii, *tribueret*. *f omnino hoc*) Farnes. hic deficit: Alex. II. *facere renuens*, Vat. IV. *omnino renuebat*, atque inde ita compendio utitur: *sed compulsus a militibus ordinavit eum*. *Alia vero die illucescente* &c. quæ ad insequentem num. pertinent.

IV. *a* Alex. II. *Et dum hæc*, Flor. ut in contextu. *b* Vat. IV. *patrum statuta*. *c* Alex. II. *sibi per sacramentum pervertere fecit*, Vat. III. *consecratus est*, *universo populo sibi sacramento*, leg. *sacramentum præbente*. *d* Vat. I. *Penestre*.

Hoc

N O T Æ

phano II. num. XXIX.

7. TALIS INAUDITA NOVITAS) Nondum enim evenit, ut quis laicus Romanus pontifex electus fuisset. Hinc sub hoc pontifice in concilio Lateranensi constitutum, ut infra, *sub anathematis interdicto, ne ullus unquam præsumat laicorum, neque ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus aut presbyter cardinalis factus fuerit, ad sacrum pontificatus honorem promoveri*.

IV. 1. ALIA VERO DIE &c.) Hoc est XXIX. Junii, & proxima post Pauli papæ obitum.

2. IN ORATORIO SANCTI LAURENTII) Sive *Sancta sanctorum*. Ita a plurimis, iisque insignioribus reliquiis, quæ ibi asservantur, denominatum. De quo plura Panvin. in lib. de VII. urbis Eccles. pag. 186.

3. ET ADVENIENTE DOMINICO DIE) qui erat V. mensis Julii.

ET

bus episcopis, Eustratio Albanense, & Citonato Portuense, consecratus est, [4] & per anni unius spatium, & mensem unum vi sedem Apostolicam invasam detinuit.

V. [a] Hoc vero cernens [b] Christophorus [1] primicerius & consiliarius, cum suo filio Sergio, tunc [c 2] saccellario existente, zelo fidei mori magis maluerunt, quam talem impiam novitatem & iniquam præsumptionem, in sedem Apostolicam perpetratam, conspicere: & quotidie in fletu & lachrimis perdurantes, simulaverunt, se monachos fieri, [3] seseque absolvi ab eodem Constantino petierunt, [4] in monasterium Salvatoris Domini nostri Jesu Christi proficisci; [d] adserentes, illic monachicum fore suscepturos habitum: susceptoque ab eodem Christophoro primicerio sacramento, ita illis credens, eos absolvit. Quibus properantibus atque in fines Langobardorum conjungentibus, velletque abbas jam fati monasterii, eos in idem monasterium [e] deduci, declinaverunt ab itinere isdem antefatus Christophorus primicerius, & ejus filius Sergius, dudum quidem saccellarius, [5] postmodum secundicerius, adjurantes firmiter Theodicium

VARIANTES LECTIONES

V. *a Hoc vero cernens* &c. Hæc & reliqua ad initium usque num.x. in Vat.IV. fuert prætermissa: & Alex.II. eadem infra recitat post illa verba, *& languens vitam finivit*. *b* Vat. I. *Christoforus*, atque ita ubique. *c* Flor. *sacellis*. *d* Vat.I. *ita*. *e* Sic Flor. alii, *adduci*.

Alex.II.

NOTÆ

4. ET PER ANNI UNIUS SPATIUM &c) quæ mox num. insequenti repetit. Ab eadem scilicet die v. Julii A. C. 767. usque ad diem v. mensis Augusti A. C. 768. qua depositus fuit, & in monasterium Cellanovam deportatus.

V. 1. PRIMICERIUS ET CONSILIARIUS) ut in Stephano II. num. v.

2. SACCELLARIO) qui & *saccularius* a pecuniarum sacculo, quæ penes ipsum servabantur. Idem qui hodie *thesaurarius*. Vid. in Constan. papa n.III.

3. SESEQUE ABSOLVI) idest impartiri sibi licentiam &c.

4. IN MONASTERIUM SALVATORIS &c.) in territorio seu ducatu Spoletino exsistens, Farfensi monasterio unitum.

5. POSTMODUM SECUNDICERIUS) A Stephano videlicet e saccellario secundicerius & nomenclator declaratus, ut infra num. XVI.

TRANS

cium ducem Spoletinum, ut eos [6] trans Padum [7] ad Desiderium suum deduxisset regem Langobardorum; [f] nitentes ob hoc redemptionem sanctæ Dei ecclesiæ perficere: eosque isdem Spoletinus dux ad suum [g] deduxit regem. Et dum ejus obtutibus præsentati fuissent, obnixe eumdem regem deprecati sunt, [h] eis auxilium tribui, ut talis novitatis error ab ecclesia Dei amputaretur. Dum vero prænominatus Christophorus primicerius & Sergius ejus filius apud præfatum demorarentur regem, [i] fecit prædictus Constantinus Apostolicæ sedis invasor ordinationem presbyterorum & diaconorum; presbyteros VIII. diaconos IIII. sed & episcopos in ipsius anni circulo & unius mensis fecit per diversa loca numero VIII.

VI. [a] Antedictus vero Georgius [b] episcopus Præneste, qui eum diaconem & pontificem consecravit, non post multos dies consecrationis ipsius Constantini valida ac pessima ægritudine præoccupatus, immobilis factus est, & postmodum missarum solemnia nequaquam celebravit: [1] Ejus enim

VARIANTES LECTIONES

f Alex. II. *perdurantes perrexerunt ad Desiderium regem Langobardorum deprecantes ejus auxilium, ut talis novitatis error ab ecclesia Dei amputaretur. Dum vero ipsi apud regem morarentur, prædictus Constantinus Apostolicæ sedis invasor ordinavit presbyteros* VIII. &c. *g.* Vat. I. *duxit*, alii, *deportavit*. *b* Sic Flor. ceteri, *ejus*.

VI. *a Antedictus vero Georgius* &c.) Quæ iridem hoc num. continentur, in Alex. II. desunt. *b* In vulgatis, *Prænestinus*.

eam

NOTÆ

6. TRANS PADUM) Ticinum nempe, ubi rex Langobardorum Desiderius commorabatur.

7. AD DESIDERIUM SUUM DEDUXISSET REGEM &c.) mox etiam, *ad suum deduxit regem*. Item supra in Stephano II. n. XVIII *quatenus prædictum sanctissimum papam (juxta quod ipse petendo miserat) ad suum regem In Franciam deducerent*. *deduxisset*, pro *deduceret*. Ita supra in Severino num. IV. *ut non fuisset* (pro *esset*) *qui ei resistere debuisset de clero*. & in Stephano II. num. XV. *per quos ad se eum accersiens venire fecisset*, pro *faceret*. Hic vero num. XXI. *presbyteros eos, aut diaconos consecrasset*, pro *consecravit*. & num. XXVIII. *ut eos capere potuisset*, pro *posset*.

VI. 1. EJUS ENIM DEXTRA MANUS ARUIT) Quod, uti divinitus evenerit, proferre videtur.

EI

enim dextra manus aruit, atque contracta eſt. Qui etiam nec ad os ſuum [e] eam afferre valuit: ſicque tremens & languens vitam finivit.

VII. Dum vero hæc agerentur, conjunxerunt antefatus Chriſtophorus & Sergius [a] in civitatem Reatinam, abſoluti a Langobardorum rege: & præcedentes Sergius [1] & Waldipertus presbyter cum Reatinis [2] & Furconinis, atqne aliis Langobardis ducatus Spoletini, conjunxerunt ſubito ac repente in hanc Romanam urbem XXVIII. die Julii menſis, Indictione ſexta, veſpere, in ipſo crepuſculo noctis, [3] vigilia beatorum martyrum Abdon & Sennen, occupantes pontem Salarium.

VIII. Alia vero die [a] tranſeuntes per pontem [b] Molvium, venerunt [1] ad portam beati Petri: [c] & deinde pergentes [d] appropinquaverunt [2] ad portam beati Pancratii. [e] Quidam vero propinqui jam fati Chriſtophori ac Sergii, ipſam por-

VARIANTES LECTIONES

c eam) quæ vox in editis deſideratur.

VII. *a* Vat. III. *in civitate Reatina*.

VIII. *a* Editi codices, *tranſientes*. *b* Cod. MSS. alii, *Molbium*, alii, ut in contextu, in editis duntaxat, *Milvium*. *c* Alex. II. *& inde pergentes ad propria, crepuſculo noctis pervenerunt ad portam ſancti Panchratii*. *d* Vat. I. *appropiaverunt ad* &c. *e* Alex. II. *& protinus ſui amici, qui cuſtodiebant ipſam portam illis aperuerunt & multi Langobardi cum eis urbem ingreſſi ſunt, & ipſum Conſtan-*

NOTÆ

VII. 1. ET WALDIPERTUS PRESBYTER) De quo infra pluries mentio. Is num. XV. *Langobardorum genere ortus* dicitur.

2. ET FURCONINIS) Hi Platinæ in vita Paſchalis II. *Furconenſes* a diruta urbe Furconio in Veſtinis, ita appellati, ex cujus poſtea ruderibus urbs Aquila, milliariis circiter VIII. ab ea diſtans, ædificata. Platina ibidem: *relicta*, inquit, *Alba in Furconenſium montana, quæ nunc* Aquilanorum *mutato nomine habentur, ſeſe proripuit*.

3. VIGILIA BEATORUM MARTYRUM ABDON ET SENNEN) Ideoque die XXIX. menſis Julii legendum, quum eorumdem ſanctorum martyrum feſtivitas, ut in martyrologio, III. Kal. Auguſti, ſeu die XXX. Julii habeatur.

VIII. 1. AD PORTAM BEATI PETRI) Quæ Procopio lib. I. cap. XVI. & XVIII. de Bello Gothor. *Aurelia* dicitur, quæ rectius *Ælia* dici debuiſſet, utpote quæ Ælii Hadriani imperatoris ſepulcro, hodie *Caſtel S. Angelo*, etiam proxima.

2. AD PORTAM BEATI PANCRATII) Aureliam quoque nuncupatam a via

portam observantes ac custodientes, cernentes, ipsum Sergium ad eamdem portam [f] appropinquasse, annuerunt ei, & protinus ipsam aperuerunt portam. Sicque jam dictus Sergius & Waldipertus cum Langobardis Romanam urbem ingressi sunt: & per muros civitatis [3] cum flammula ascendebant, metuentes Romanum populum: & nequaquam [4] [g] de Janiculo ipsi Langobardi ausi sunt descendere, sed cum nimio tremore ibidem [h] assistebant.

IX. Hoc vero audiens Toto & Passivus germani fratres, ignorantes ingenium & dolum, quod ei proditores inierunt, cucurrerunt cum aliquantis ad prædictam portam; cum quibus & Demetrius [1] secundicerius, seu Gratiosus, tunc [2] chartularius, postmodum dux, properaverunt: qui & ipsi in consilio erant cum præfatis nefandissimis proditoribus. Et appropinquantes ad eosdem Langobardos, obviavit Totoni duci unus ex eisdem Langobardis, qui bellator præ omnibus apparebat, [a] Rachipertus nomine, & impetum

VARIANTES LECTIONES

stantinum illico irati zelo ecclesiasticæ traditionis: indeque reliqua, quæ sub finem num. XVII. habentur. *f* Var. 1. *adpropinquasse*. *g* Vat. 1. ut in vulgatis, *Genuculo*, ceteri, ut in contextu. *h Idem*, *adsistebant*: atque ita ubique.

IX. *a* Vat. 1. & cum eo editi codices, *Racpertus*, reliqui, ut in contextu. Sic

NOTÆ

via ejus nominis, qua per illam in Etruriam ducimur. Hanc & Procop. ibidem *Pancratianam* appellat, Aureliæ nomine, quod huic convenit, portæ Æliæ, seu S. Petri indito. *Itaque*, inquit, *factum, ut circa Aureliam portam omnia in tuto jam essent. Ad portam vero Pancratianam, quæ trans Tiberim est, cum hostium copiæ pervenissent, ob loci difficultatem, nihil per eos gestum memoria dignum*.

3. CUM FLAMMULA) hoc est, cum militari purpurei coloris vexillo. Veget. lib. II. cap. I. *Vexillationes*, inquit, *vocantur ab eo quod velis, hoc est flammulis utuntur.* Plin. lib. XIX. cap. I. *Velo purpureo ad Actium cum M. Antonio Cleopatra venit, eodemque effugit. Hoc fuit imperatoriæ navis insigne.* Hinc vexillum regium Francorum *oriflamme* appellatum, de quo Guill. Briton. Philippid. lib. XI.

Quod quum flamma habeat vulgariter aurea nomen,
Omnibus in bellis habet omnia signa praire.

4. DE JANICULO) Hodie Marii monte.

IX. 1. SECUNDICERIUS) De quo supra num. V. ex Panvinio.

2. CHARTULARIUS) In vita Severini, & Theodori papæ num. 1. Mauricius

tum fecit super eumdem Totonem: super quem isdem Toto irruens, atque fortiter percutiens eum, interfecit. Quod aspicientes Langobardi, in fugam conversi, nitebantur evadere: sed Demetrius secundicerius & Gratiosus post tergum supradicti Totonis assistentes, eum in dorsum lanceis percutientes, sic adversus eum prævaluerunt, atque interfecerunt. Passivus vero in Lateranense fugit patriarchium; adnuntians suo germano Constantino quæ gesta fuerant: Hoc vero audito, [b] fugit isdem Constantinus cum suprascripto Passivo & Theodoro episcopo, [3] & vicedomino suo in basilicam Salvatoris: & descendentes [c4] ad fontem in ecclesiam sancti Venantii, aliquantulum ibidem resederunt: & considerantes melius se posse salvari, [5] in vestiarium ascenderunt. Illuc [6] intus oratorium sancti Cæsarii ingredientes, clausisque super se januis, ibidem residebant: & venientes post aliquantas horas [d] hujus Romanæ urbis militiæ judices, eos ex ipso oratorio ejicientes, sub cautela munierunt.

X [1] Alia vero die Dominica congregans Waldipertus presbyter, ignorante autem prædicto Sergio, aliquantos Ro-

VARIANTES LECTIONES

b Sic Vat. I. aliique, libri editi, *aufugit*. *c* Vat. III. *ad fontes*. *d* Ita Vat. idem, ceteri cum editis, *hujus Romanæ militiæ judices*.

Vat. III.

N O T Æ

ricius chartularius occurrit, qui chartophylacio imperiali: Iste vero, qui ducatus & reipublicæ Romanæ archivo præerat. De quo iterum infra n. XXXI. ubi ducis titulo appellatur.

3. ET THEODORO EPISCOPO &c.) De quo infra num. XII.

4. AD FONTEM &c.) Ad baptisterium scilicet Lateranense, juxta quod ecclesia S. Venantii a Joanne papa IV. condita: de qua supra in ejusdem pontificis vita num. II.

5. IN VESTIARIUM) Quod & *Sacristiam* hodie dicimus, quia sacræ in ea recondi vestes solent. Vestiarii hujus Lateranensis supra etiam in eodem Ioanne IV. num. III. & IV.

6. INTUS ORATORIUM S. CÆSARII) Quod & *Oraculum* in vita Sergii num. II. eique abbas præerat, ut ex Appendice Ord. Rom. XI. apud Mabillon. Mentio hujus oratorii exstat etiam apud S. Gregorium papam epist. I. lib. XI. in quo Phocæ imperatoris, & Leontiæ ejus uxoris imagines reponi mandavit.

X. I. ALIA VERO DIE DOMINICA) Hoc est die XXXI. mensis Julii, quæ anno eodem 758. in Dominicam incidit.

Romanos, [a] pergentesque [2] in monasterium beati Viti, abstulerunt exinde [3] Philippum presbyterum: quem eligentes, & [b] [4] cum laudum vocibus acclamantes, *Philippum papam sanctus Petrus elegit*, eum in basilicam Salvatoris more solito deduxerunt. Illicque [5] oratione [c] ab episcopis data juxta antiquitatis morem, tribuentemque pacem omnibus in Lateranense introduxerunt patriarchium: & ibidem similiter [6] in sella pontificali sedens, tribuensque denuo, ut mos est, pacem, [7] ascendit sursum, & ad mensam, ut pontifices [d] assolent, tenuit [e] sedentes cum eo aliquantos ex primatibus ecclesiæ, & optimatibus militiæ.

Post

VARIANTES LECTIONES

X. *a* Vat. III. *pergensque*. *b* Libri vulgati cum Vat. I. *cum gaudio vocibus*: ceteri, ut in contextu. *c* Sic Vat. III. alii, *ab episcopo*. *d* Vat. IV. *& missam, ut pontifices assolent, tenuit. Post paululum* &c. Vat. I. *adsolent*. *e* Vat. I. idem, atque itidem editi, *sedentes cum eo aliquanti*.

Vat. III.

NOTÆ

2. IN MONASTERIUM BEATI VITI) In exquiliis positum, *in Macello* antiquitus nuncupatum, quod veteri Macello Liviæ proximum.

3. PHILIPPUM PRESBYTERUM) Illius monasterii priorem, sive abbatem.

4. CUM LAUDUM VOCIBUS ACCLAMANTES) Verbis hujusmodi Paschali etiam II. acclamatum fuisse scribit Pandulphus Pisanus in ejus vita. *Sic*, inquit, *eo diu renitente, a primiscriniis & scribis regionariis, mutato nomine, sibi acclamatum est*: PASCHALEM PAPAM SANCTUS PETRUS ELEGIT. Populum autem Romanum in pontificis recens electi laudes & acclamationes erumpere solitum fuisse, post Benedictum II. vel ejus successorem Joannem V. & ex aliorum inde pontificum vitis, Cononis præsertim, Sergii, Stephani II. & Stephani hujus III. exempla plurima occurrunt.

5. ORATIONE AB EPISCOPIS DATA) Albanensi scilicet, Portuensi, & Ostiensi. De quo veteri in consecratione Romani pontificis ritu ita lib. Diurn. Tit. VIII. *Tunc episcopus Albanensis dat orationem primam. Deinde episcopus Portuensis dat orationem secundam. Postmodum adducuntur evangelia & aperiuntur, & tenentur super caput electi a diaconibus. Tunc episcopus Ostiensis consecrat pontificem.* Quæ fusius in Rituali Jacobi Cajetani num. XLV. habentur apud Mabillon. tom. II. Musei Ital. pag. 271.

6. IN SELLA PONTIFICALI SEDENS) Quæ in libro Ceremoniali Cencii Camerarii num. 84. *sedes major* dicitur: *qui postquam oraverit, sedem majorem ascendit, & ibi canonicos ejusdem ecclesiæ ad pedes recipiet, & ad osculum pacis*. Et lib. Diurn. ibidem: *Deinde ascendit ad sedem, & dat pacem omnibus sacerdotibus, & dicit*, Gloria in excelsis Deo.

7. ASCENDIT SURSUM) Ad *salam concilii*, quæ antea *Casa major*, postea *basilica Leoniana* a Leone III.

qui

XI. Post paululum vero [a] conjungens eodem die sæpefatus Christophorus primicerius, cognitaque causa electionis ipsius Philippi; illico [b] magna succensus ira, jurejurando coram omnibus Romanis [c] affirmabat dicens, *se Romam minime ingressurum, quousque Philippus presbyter de Lateranensi expulsus non fuisset patriarchio*. Tunc properans antedictus Gratiosus cum aliquantis Romanis expulerunt jam dictum Philippum presbyterum de eodem patriarchio: qui & per scalam, quæ ducit ad balneum, descendens cum magna reverentia, ad suum reversus est monasterium. Sicque præfatus Christophorus primicerius alia die [d] aggregans [1] in tribus foris [e] omnes sacerdotes ac primates cleri, & optimates militiæ atque [f] universum exercitum, & cives honestos, [g] omnemque populi Romani cœtum a magno usque ad parvum: & pertractantes, pariter concordaverunt omnes una mente unoque consensu in persona præfati beatissi-

VARIANTES LECTIONES

XI. *a* Vat. III. *conveniens*. *b* Vat. III. *accensus*, Vat. I. & libri vulgati, *in magna ascendens ira*, Vat. IV. ut in contextu. *c* Vat. I. *adfirmabat*. d Idem, *adgregans in tribus fatis sacerdotes ac* &c. *e omnes*) In editis vox ista desideratur. *f* Vat. III. *universi exercitus*. *g* Codices editi, *omnisque populi*.

Vul-

N O T Æ

qui eam refecit, & musiveis picturis ornavit; demum *sala Concilii* a conciliis in ea habitis denominata: atque ibi pontifices suæ ordinationis die, sicuti etiam in aliquibus solemnioribus anni festivitatibus, ut Natalis & Paschatis publice cum cardinalibus aliisque laicorum optimatibus comedere solitos fuisse infra in Leone IV. num. XVI. habetur, ubi *accubitus* sala eadem dicitur. Panvin. in lib. VII. urbis Eccles. pag. 184. orationem illam recitat, ibi in Zophoro absidæ majoris antiquitus insculptam: *Deus, cujus dextera beatum Petrum ambulantem in fluctibus* &c. his in fine additis: *Tua sancta dextera protegat domum istam, & omnes fideles convivantes, qui de donis Apostoli tui hic lætantur*.

XI. 1. IN TRIBUS FORIS) MSS. librariorum lapsu, *in tribus fatis*, uti supra in Honorio num. VI. Latino nempe, Romano, & veteri: de quibus Martial. lib. III. epigr. XXXVIII. lib. VII. epigr. LXIV. ubi:

Lis te bis decimæ numerantem frigora brumæ,

Conterit una tribus, *Gargiliane*, foris.

Atque etiam lib. VIII. epigr. XLIV. Sveton. item in Augusto cap. XXIX. *Fori*, inquit, *extruendi causa fuit, hominum & judiciorum multitudo, quæ videbatur, non sufficientibus duobus, etiam tertio indigere*.

IN

tiſſimi Stephani: pergenteſque [h] [2] in titulum beatæ Cæciliæ, in quo presbyter exiſtens [i] ſpiritalem degebat vitam, eum pontificem elegerunt: quem & [k] cum vocibus acclamationumve laudibus in Lateranenſe deportaverunt patriarchium: & rite omnibus in ejus electione peractis, Deo auctore, pontificatus [l] aſſumpſit culmen.

XII. [a] Dum vero adhuc electus extitiſſet iſdem beatiſſimus vir, congregati [b] aliquanti perverſi Deum præ oculis non habentes, nec metuentes terribile futurum judicium, ſubmiſſi a quibuſdam peſtiferis malorum auctoribus, quibus & digna factis retribuit Dominus; comprehendentes Theodorum epiſcopum & vicedominum ejus, quod & dici impium eſt, eruerunt oculos, & linguam illi crudeliter amputaverunt: ſed & Paſſivi ſimiliter oculos eruere niſi ſunt, & tantam impietatem [c] in eis demonſtraverunt, qui etiam nec in propriis domibus eos deportari permiſerunt, ut illis cura a ſuis hominibus exhiberi deberet: ſed abſtultis omnibus eorum rebus & familiis ac poſſeſſionibus, unum ex eis Theodorum ſcilicet epiſcopum, [1] in monaſterium [d] Clivi Scauri retrudi fecerunt: ubi fame & ſiti cremans, clamanſque aquam, ita exhalavit animam: Paſſivum vero [2] in monaſterium ſancti Silveſtri direxerunt. Nam cum Conſtantinus

VARIANTES LECTIONES

b Vulgati, *in titulo*. *i ſpiritalem degebat vitam*) Deſunt hæc in editis. *k* Vat. I. *acclamationum & laudibus*, Flor. *acclamationum, vel laudibus*, Vat IV. *quem cum vocibus acclamantium laudes*, Vat. III. ut in contextu. *l* Vat. I. *adſumpſit*.

XII. *a Dum vero adhuc* &c.) Hinc uſque ad illa verba inſequentis n. XIII. *compages ipſius abſcidit*, Vat. IV. non legit. *b* Vat. III. *aliquanti perverſi quidam*. *c* Vat. I. & editi, *in eiſdem monſtraverunt*. *d* Idem, *Clibi Scauri*.

Vat. III.

NOTÆ

2. IN TITULUM BEATÆ CÆCILIÆ) Trans Tiberim: cujus mentio primum in Vigilio num. IV.

XII. 1. IN MONASTERIUM CLIVI SCAURI) S. Andreæ, poſtea S. Gregorii: de quo ſupra in ejus vita num. V. & Joan. diac. lib. I. cap. VI.

2. IN MONASTERIUM S. SILVESTRI) Quod & *ſancti Laurentii*. Infra in Leone III. num. LXXVI. & in Benedicto III. num. XXIII. *in Pallacini* cognominatur, eratque in Circo Flaminio poſitum.

IN

nus invasor Apostolicæ sedis deductus ad medium esset, [e] & magnum pondus in ejus adhibentes pedibus, [3] in sella [f] muliebri sedere super equum fecerunt, [4] & in monasterium Cellanovas coram omnibus deportatus est.

XIII. [1] Sabbato vero die diluculo ante unam diem ordinationis præfati sanctissimi Stephani papæ aggregati aliquanti episcoporum, seu presbyterorum, & clerici in basilica Salvatoris, iterum præfatus Constantinus ad medium [a] allatus est: lectisque sacratissimis canonibus, ita depositus est. Accedens enim [b] Maurianus subdiaconus, orarium de ejus collo abstulit & ante pedes ejus projecit, [c] [2] & compages ipsius abscidit. Sicque alio die Dominico antedictus beatissimus Stephanus consecrationem suscepit pontificatus: factaque ab universo populo Romano pœnitentiæ confessionisque deprecatione apud divinam clementiam, per quam se omnes peccasse in prædicti Constantini invasoris Apostolicæ sedis impia ordinatione confitentes, pro eo quod ei non restiterunt; ita excelsa voce in ambone basilicæ beati

VARIANTES LECTIONES

e Vat. III. ita, alii, *& magna pondera*. *f* Vat. I. *muliebrile*.

XIII. *a* Vat. I. & Farnes. *adfertus est*, Flor. *adductus est*. *b* Vat. III. *Marianus*. *c* Ita Farnes. & Flor. alii, *& compages*.

Vat. I.

NOTÆ

3. IN SELLA MULIEBRI SEDERE &c.) Ut ludibrio nimirum omnibus esset. Sic Gregorius pseudoepiscopus Alexandrinus, ut Alteserra hic prænotavit ex SS. Gregor. Nazianz. orat. XXI. Epiphan. hæres. LXXVI & Socrat. lib III. cap. III. quod *ab Arrianis intrusus in locum Athanasii, a plebe pulsus & camelo traductus*.

4. IN MONASTERIUM CELLANOVAS) hoc est S. Sabæ in monte Aventino situm, quod Joannes diaconus in vita S. Gregorii papæ lib. I. cap. IX *famosum* dicit, & Petrus Mallius inter veteres ac præcipuas urbis abbatias numerat. *S. Sabæ*, inquit, *ubi Cellanova* &c.

XIII. 1. SABBATO VERO DIE) Quæ anni ejusdem sexta mensis Augusti dies fuit.

2. ET COMPAGES IPSIUS ABSCIDIT) Episcopalia nempe calceamenta, seu sandalia, quæ Capitolin. in Maximin. cap. II. & Trebell. Pollio in Gallien. cap. XVI. *compagos* appellant. Hypomnestic. de Anastasio Apocrisar. ad calcem Collectan. Anastas. Bibliothec. pag. 259. ubi de S. Martino: *Donata etiam particula sancti orarii, id est facialis, quæ sibi fuerat ab eo dimissa, & uno ex* compagis *ejus, id est caligis*.

A LEON-

ti Petri [3] a Leontio ſcriniario eadem relecta eſt confeſſio.

XIV. Poſt hæc vero aggregati [a] univerſus exercitus Romanæ [b] urbis, ſeu Tuſciæ & Campaniæ, pergentes Alatrum, [c] partis Campaniæ, ubi erat [1] Gracilis tribunus, conſentaneus jam dicti Conſtantini Apoſtolicæ ſedis invaſoris, per quem plura mala in Campaniæ parte perpetrata ſunt: conſtringenteſque fortiter eamdem civitatem, ipſum exinde abſtuleruut Gracilem, [d] & huc Romam attulerunt, quem arcta cuſtodia retrudentes, aliquantis diebus ibidem mancipatus extitit. Poſtmodum vero quidam iniqui [e] [2] Campanini, qui huc Romam advenerant, adhortati ab aliis nequioribus ſe, & impiiſſimis, eumdem Gracilem ex ipſa cuſtodia abſtollentes, & quaſi eum [f] in monaſterium deportantes, dum ad [g] [3] Coloſſeum adveniſſent, illic ejus oculos eruerunt, etiam & linguam abſtulerunt. Porro aliquantis poſt hæc præteritis diebus [h] [4] dum Tuſciani & Campanini hic Romæ aggregati fuiſſent, inito conſilio a præfato Gratioſo, & fortioribus ejus, per quorum auctoritatem tanta mala operabantur, Deum non metuentibus, [i] perrexe-

VARIANTES LECTIONES

XIV. *a* Vat. I. & Farneſ. aliique ita, libri editi, *univerſi exercitus*. *b* Idem Vat. I. *civitatis, ſeu* &c. *c* Ita Vat. I. cum vulgatis, alii, *partes*. Vat III. & Farneſ. ut in contextu. *d* Idem Vat. III., *& ſic Romam adduxerunt*. *e* Idem eum vulgatis, *Campani*, ſic infra, Farneſ. ut in contextu. *f* Idem & Flor. *in monaſterio*. *g* Farneſ. *Coloſeum*, Flor. *Colloſſeum*, quidam vero, *Colloſeum*, ut in editis. *h* Codices vulgati, *Tuſcani, & Campani*. *i* Iidem eum MSS. aliquibus, *perrexit*, Ita

NOTÆ

3. ALFONTIO SCHINARIO) Ex duodecim ſcilicet notariis regionariis uno.

XIV. 1. GRACILIS TRIBUNUS) qui Romanæ militiæ præerat, & invaſoris ſedis Apoſtolicæ Conſtantini conſentaneus erat, hoc eſt, eum eo ſentiebar, ejuſque partes tuebatur. Infra num. XXXII. *Paulus cubicularius & alii neſandiſſimi conſentanei*, qui antea *ſequaces & conſentientes* dicuntur.

2. CAMPANINI) Qui & *Campani* ex Campania ſeu Latio profecti.

3. COLOSSEUM) Imp. Veſpaſiani amphitheatrum toto orbe celeberrimum: de quo Martial. in Spectacul. epigr. I. & II. ab immani Solis coloſſo ab eodem Veſpaſiano prope illud tranſlato, ita cognominatum.

4. DUM TUSCIANI &c.) Qui ex Tuſciæ ſeu Etruriæ locis urbi propinquis advenerunt; hinc vulgo *Toſcani*.

IN

rexerunt cum cuneo militum Tusciæ & Campaniæ primo diluculo in monasterium Cellanovas, ubi Constantinus antedictus, Apostolicæ sedis invasor, retrusus erat: eumque ex ipso ejicientes monasterio, ejus eruerunt oculos, & cæcum [5] in platea jacentem reliquerunt.

XV. His itaque gestis peractisque, insurrexerunt quidam, dicentes, quod antedictus [1] Waldipertus presbyter, Langobardorum genere ortus, consilium cum [a] Theodicio duce Spoletino, & aliquibus Romanis iniisset ad interficiendum præfatum Christophorum primicerium, & alios Romanos primates, & civitatem Romanam Langobardorum genti tradendam. Unde directus est quidam Christophorus [2] vicedominus cum multitudine populi ad eum comprehendendum. Ipse vero, hoc agnito, fugit in ecclesiam sanctæ Dei genitricis virginis MARIÆ, [3] quæ vocatur ad Martyres: quem exinde isdem vicedominus abstraxit, portante eodem Waldiperto imaginem ipsius Dei genitricis: eumque in teterrimam retrudi fecerunt custodiam, [4] quæ vocatur Ferrata, in cellario majore. Et post modicos dies ipsum de eadem custodia ejicientes Waldipertum presbyterum, eumque proiicientes in terram, [5] juxta [b] transennam campi Lateranen-

VARIANTES LECTIONES

XV. *a* Ita Vat. III. & Farnes. ac supra num. V. In editis ibi, *Theodicium*, hic vero, *Theodocio*. *b* Vat. I. & Farnes. *trasendam*.

Iidem

NOTÆ

5. IN PLATEA) In via scilicet. De qua plateæ acceptione pro via in lib. de Columna Antonini Pii cap. VIII. quædam olim jam adnotavimus.

XV. 1 WALDIPERTUS PRESBYTER) De quo supra n. VII. VIII. & X.

2. VICEDOMINUS) Palatii pontificii œconomus, ut in Can. *Volumus* Distinct. LXXXIX. cap. 2. Vide in Constantino papa num. IV. & supra num. III.

3. QUÆ VOCATUR AD MARTYRES) Cujus mentio supra in Bonifacio IV. num. II. in Vitaliano num. III. & in Stephano II. num. XIV.

4. QUÆ VOCATUR FERRATA) In subterraneo patriarchii Lateranensis cellario exsistens. Hinc Macer in suo Hierolex. *in cellario majori Patriarchii* legit.

5. JUXTA TRANSENNAM) Juxta porticum nempe, per quam est in basilicam Lateranensem transitus. Transenna vulgo dicitur spatium illud inter duas domos contiguas relictum, ne pa-

ries

ranensis, ejus effoderunt oculos, & linguam ipsius crudeliter ac impie absciderunt: dirigentesque illum [6] in xenodochium Valerii, ibidem postmodum ex eadem oculorum [c] effoditione vitam finivit.

XVI. Itaque in exordio ordinationis suæ, quo isdem sanctissimus præsul pontificatus apicem assumpsit, direxit in Franciæ partes ad excellentissimos viros [a] Pippinum [1] & [b] Carulum seu Carulomannum reges Francorum [2] & patricios Romanorum Sergium antedictum secundicerium & [c] nomenclatorem illo in tempore existentem; deprecans atque [d] exhortans eorum præcellentiam per suas Apostolicas literas, [3] ut aliquantos episcopos, gnaros, & in omnibus divinis scripturis atque sanctorum canonum institutionibus eruditos ac peritissimos dirigerent, ad faciendum in hac Romana urbe [4] Concilium pro eadem impia novi erroris ac

VARIANTES LECTIONES

c Iidem ita, Flor. cum editis, *effossione*.

XVI. *a* Sic Farnes. alii, *Pipinum*. *b* Vat. III. *Carolummannum*, Vat. IV. *Karolum, & Karolomannum*, Farnes. ut in contextu, & sic ubique. *c* Vat. I. *nomenculatorem*, Vat. IV. *numenculatorem*. *d* Sic Vat. III. & Farnes. ceteri, Vat. I. *adhortans eorum excellentiam*.

NOTÆ

ries intermedius sit utrique domui communis.

6. IN XENODOCHIUM VALERII) Quia fortasse in veteri ejus nominis vico situm, ita denominatum. Qui vicus a P. Victore in XIII. urbis regione, hoc est, in monte Aventino ponitur.

XVI. 1. ET CAROLUM, SEU CAROLOMANNUM) Fratres, & Pippini regis filios. *seu* pro *&* sæpissime in hoc opere.

2. ET PATRICIOS ROMANORUM) Quæ Romani Patriciatus dignitas Carolo Martello regi Francorum, ejusque successoribus a Gregorio III. papa jam primo conlata fuisse videtur: eaque potissimum Romanæ ecclesiæ defensionem secum ferebat. Hinc, ut Pagius adnotat ad A. C. 740. num. VIII. & IX. Carolus magnus in divisione regni inter filios suos facta scribit, *super omnia autem jubemus, ut ipsi tres fratres curam, & defensionem ecclesiæ sancti Petri simul suscipiant, sicut quondam ab avo nostro Carolo, & beatæ memoriæ genitore Pippino rege, & a nobis postea suscepta est: & ut eam cum Dei adjutorio ab hostibus defendere nitantur* &c.

3. UT ALIQUANTOS EPISCOPOS &c.) Qui duodecim numero Romam missi fuere, ut infra.

4. CONCILIUM) Hujus Concilii fragmenta quædam ex Anselmo Lucensi edidit Holstenius in sua Collect. Rom. pag. 259. At longe plura de hoc eodem Concilio Lateranensi ex codice Bibliothecæ

ac temeritatis præſumptione, quam antefatus Conſtantinus Apoſtolicæ ſedis pervaſor auſus eſt perpetrare.

XVII. Et properante antedicto Sergio ad Francorum regiones, jam invenit, [1] de hac luce migraſſe Chriſtianiſſimum Pippinum regem: & cœptum gradiens iter, pervenit ad ejus filios antedictos [a] Carulum, & Carulomannum germanos fratres, reges Francorum, & patricios Romanorum. Quibus Apoſtolicas tribuens literas, benigne ab eis ſuſceptus eſt: & dignam illi impendentes humanitatem, cuncta nihilominus, pro quibus miſſus eſt, ab eorum excellentia impetravit: dirigentes ſcilicet ipſi Chriſtianiſſimi reges duodecim epiſcopos ex eiſdem Francorum regionibus, nimis divinis ſcripturis, & ſanctorum canonum cerimoniis doctos & probatiſſimos viros, [2] ſcilicet ..... Eiſque in hanc Romanam urbem conjungentibus menſe Aprilis, [b] [3] Indictione VII. protinus antedictus Stephanus ſanctiſſimus papa [4] congregavit diverſos epiſcopos Tuſciæ atque Campaniæ, & aliquantos iſtius Italiæ provinciæ.

XVIII. Quibus omnibus congregatis, concilium peractum eſt in baſilica Salvatoris Domini noſtri Jesu Chriſti [a] juxta Lateranenſe palatium. Et præſidente eodem beatiſſimo

VARIANTES LECTIONES

XVII. *a* Vat. I. *Karolum*, *&* *Carolummagnum*, Farneſ. aliique nonnulli, ut in contextu. *b* Vat. I. *Indict.* VIII.

XVIII. *a* Vat. III. & Flor. *juxta Lateranis*, Vat. IV. *juxta Lateranum*, *in quo*

NOTÆ

thecæ Capituli Veronenſis proferri poſſunt.

XVII. 1. DE HAC LUCE MIGRASSE &c.) die nempe XXIV. Septembris A. C. 768.

2. SCILICET.......) Supple ex codice Veronenſi ſupra memorato, Wilcharium Senonenſem, Bulferamum Meldenſem, Lullum Moguntinum, Gavienum Turonenſem, Adonem Lugdunenſem, Hermenarium Bituricenſem, Danielem Narbonenſem, Hermembertum Joahjone, Verabulpum Burtevulgi, Erlulfum Lingonicenſem, Tilpinum Remenſem, & Giſelbertum Noviomenſem.

3. INDICTIONE VII.) hoc eſt A. C. 769.

4. CONGREGAVIT DIVERSOS EPISCOPOS TUSCIÆ ATQUE CAMPANIÆ &c.) In memorato codice Veronenſi recitantur nomina epiſcoporum, & civitatum, ex quibus concilium hoc Lateranenſe coaluit.

ſimo papa, [b] conſidentibus etiam pariter [c] cum eo eiſdem omnibus epiſcopis, deductus eſt ad medium præfatus Conſtantinus Apoſtolicæ ſedis invaſor, [d] jam excæcatus oculos. Et ſubtilius exquiſitus, cur præſumpſiſſet Apoſtolicam ſedem laicus exiſtens invadere, & talem iniquæ novitatis errorem in eccleſia Dei perpetrare? ita coram omnibus profeſſus eſt, vim ſe a populo pertuliſſe, & [e] per brachium populi fuiſſe electum, atque coactum in Lateranenſe patriarchium deductum, [1] propter gravamina ac præjudicia illa, quæ Romano populo ingeſſerat domnus Paulus papa: & [f] corruens in terram, manibus extenſis in pavimento, ſe reum ac ſuper numerum arenæ maris peccaſſe deflebat; petens, miſericordiæ veniam ab eodem ſacerdotali conſequi concilio. Quem a terra elevare facientes, ipſo die nullam de eo protulere ſententiam.

XIX. Alia vero die denuo afferentes eum, atque interrogantes de eadem impia novitate; reſpondit, ***nihil novi ſe feciſſe***, dicens: ***quia & Sergius archiepiſcopus Ravennatium***, [1] ***laicus exiſtens, archiepiſcopus*** [a] ***factus eſt: &*** [2] ***Stephanus*** [b] ***epiſcopus Neapolitanæ civitatis & ipſe laicus, re-***

VARIANTES LECTIONES

quo damnatus eſt Conſtantinus invaſor Apoſtolicæ ſedis, & omnis populus accepit pœnitentiam, pro eo quod de manibus ipſius Conſtantini communionem ſuſcepit. *b* Vat. 1. *conſedentibus*. *c cum eo*) Vox, *eo*, in editis deſideratur. *d* Vat. 1. *jam extra oculos*. *e* Flor. *brachio*. *f* Vat. 111. *& converſus corruit*.

XIX. *a* Vat. 111. *effectus eſt*. *b* In vulgatis vox illa, *epiſcopus*, omittitur; quam MSS. codices legunt.

Vat. 1.

NOTÆ

XVIII. 1. PROPTER GRAVAMINA AC PRÆJUDICIA ILLA &c.) Quæ vero nullibi explicantur. Immo, ut in ejus vita num. 11. vir *mitiſſimus, & valde miſericors dicitur, nulli unquam malum pro malo reddens*.

XIX. 1. LAICUS EXISTENS) Et quidem uxorem habens. Verum *non ambitio eum, & malæ artes*, ut ait Rubeus lib. v. pag. 226. Hiſt. Ravenn. *ſed, ad quos ſpectabat, omnium bonorum ſententia & conſenſus, favente, ut credebatur, & approbante, divino ſpiritu, collocaverat*.

2. ET STEPHANUS &c.) Jo: Diaconus in actis Stephani hæc ſcribit: *At per hoc omnes Neapolites ad prædictum accedentes præſulem* (Stephanum) *magnis*

repente episcopus consecratus est. Dum vero talia isdem Constantinus persequeretur, illico irati zelo ecclesiasticæ traditionis universi sacerdotes alapis ejus cervicem cædere facientes, eum extra eamdem ecclesiam ejecerunt.

XX. Tunc [a] allatis omnibus ejus [b] actionum gestis, simul [1] & concilio illo, quod in scriptis de ejus quasi confirmatione editum fuerat, igne combusserunt in medio presbyterii ipsius ecclesiæ. Et hoc facto, [2] proiiciens se in terram sanctissimus Stephanus papa cum universis sacerdotibus & populo Romano, clamantesque *Kirie eleyson*, cum ingenti fletu peccasse se omnes professi sunt; pro eo quod de manibus ipsius Constantini communionem suscepissent: sicque ex hoc omnibus indicta est pœnitentia. Tunc [c] allatis [d] sacratissimis canonibus, eisque liquido perscrutatis, prolata est sententia ab eodem sacerdotali concilio [e] sub anathematis interdicto, [3] ***ne ullus unquam præsumat laicorum, neque*** [f] ***ex alio ordine, nisi per distinctos gradus ascendens, diaconus***, [g] ***aut presbyter cardinalis factus fuerit, ad sacrum pontificatus honorem*** [h] ***promoveri***: & alia plura, quæ canonica

VARIANTES LECTIONES

XX. *a* Vat. I. *desertis*, Vat. III. *delatis*, libri editi, *detectis*. *b* editi codices, *rationum*. *c* Vat I. *adlatis*. *d* Alex. II. *sacris*. *e* Vat. IV. *sub anathemate interdicentes, ut nullus unquam* &c. Vat. I. *sub interdictu, ut* &c. *f* Flor. *ex aliquo ordine*. *g* Alex. II. *aut presbyter factus fuerit*. *h* In editis, *possit promoveri*.

NOTÆ

Ita

gnis postularunt precibus, ut Ecclesiæ providus pastor acceleraret. Quorum petitionibus non renuens, Romanam sedem laicus & adhuc consul adiit, nam Parthenopensem ducatum laudabili quiete duodecim rexit annis. Cum autem Domnus Stephanus apostolicus tantam populi devotionem in eum cerneret, tonsum ibidem absque regulari promotione Episcopum consecravit; qui mox ab eo benedictione dimissus, suam repedavit ad urbem, in qua honorifice susceptus est. Sic de divinis cœpit studere rebus, ac si parvulus in eis fuisset educatus, uxor quoque ejus illo consule ex multis obierat annis.

XX. 1. ET CONCILIO ILLO) Cujus nulla superius mentio.

2. PROIICIENS SE IN TERRAM &c.) Docens ita eos, qui cum pseudopapa Constantino communicaverant, tum quomodo fusis lacrymis misericordiam a Domino postulantes se gerere deberent.

3. NE ULLUS UNQUAM PRÆSUMAT LAICORUM) Ipsius Concilii verba hæc sunt, quæ Holstenius in Collect. Rom

nica indigebant correctione, in eodem concilio statuerunt emendanda.

XXI. De episcopis vero atque presbyteris & diaconibus, quos ipse Constantinus consecraverat, ita in eodem concilio promulgatum est: *ut episcopi illi*, [a] *si qui eorum prius presbyteri aut diacones fuerint*, [b] *in pristinum honoris sui gradum reverterentur: &* [c] [1] *si placibiles fuissent coram populo civitatis suæ, denuo facto* [2] *decreto electionis more solito cum clero & plebe, ad Apostolicam* [d] *advenissent sedem, & ab eodem sanctissimo Stephano papa benedictionis suscepissent consecrationem. Presbyteri vero illi aut diaconi ab eodem Constantino consecrati, simili modo, in quo prius existebant habitu, reverterentur. Et postmodum si qui eorum placibiles extitissent, antefatus beatissimus pontifex presbyteros eos aut diacones consecrasset*; [e] statuentes, *ut ii, qui ex eis* [f] *consecrandi erant,* [3] *nequaquam ad fortiorem honorem ascenderent, scilicet ne ad pontificatus promoverentur culmen; ne talis impius novitatis error in ecclesia Dei pullularet*. Ipse vero antefatus [g] beatissimus Stephanus papa coram omni sacerdotali collegio clara voce clamavit, dicens: [4] *Nullo modo*

VARIANTES LECTIONES

XXI. *a* Ita Flor. alii, *si aliquis eorum presbyter, aut diaconus* &c. *b* Vat. IV. *in pristinos honoris gradus*. *c* Idem Vat. IV. *placabiles*. Sic etiam infra. *d* Vat. III. *venissent*. *e* Sic Flor. reliqui, ut in editis, *statuens*. *f* male in vulgatis, *consecraturi*, *g* Alex. II. *beatus*.

Idem

NOTÆ

Rom. pag. 259. ex Anselmo Lucensi lib. VI. cap. XXIV. profert: *Oportebat, ut hæc sacrosancta Domina nostra Romana ecclesia, juxta quod a beato Petro, & ejus successoribus institutum est, rite ordinaretur, ut in apostolatus culmen unus de cardinalibus presbyteris, aut diaconibus consecraretur*. Quæ antiquissima in ecclesia constitutio est, sancti nempe Caii papæ, atque inde Pelagii, ut vidimus.

XXI. 1. SI PLACIBILES &c.) Hoc est, si suæ civitatis populo ita vita & moribus probati fuerint, ut illos denuo elegerit.

2. DECRETO ELECTIONIS) Cujus formula non una habetur in lib. Diurno cap. III.

3. NEQUAQUAM AD FORTIOREM HONOREM &c.) Ne ad majorem scilicet, sublimioremque, ut mox explicatur, pontificatus, sive episcopatus honorem valeant promoveri.

4. NULLO MODO SE IMMITTI &c.) Liberum nempe iis relinquens, si presby-

do se [b] *immitti, aut penitus declinare in eorumdem presbyterorum aut diaconorum consecrationem*. De laicis vero, qui ab eodem Constantino presbyteri aut diaconi consecrati sunt, ita promulgatum est; *ut in religioso cunctis diebus vitæ eorum habitu sive in propriis domibus, vel ubi* [i] *voluissent, permanerent*.

XXII. Hujusmodi vero promulgatis sententiis, illico episcopi illi, qui ab eodem Constantino consecrati sunt, revertentes juxta ejusdem concilii sententiam [a] in pristinum honoris sui gradum, electi denuo a clero & plebe, [1] factoque solito decreto, ad sedem Apostolicam [b] properantes, ab eodem sanctissimo papa consecrati sunt. Nam presbyteri & diaconi illi usque ad mortem ipsius pontificis sic remanentes, nequaquam sunt ab eo consecrati. Ita enim in eodem concilio statutum est: ut omnia, quæ isdem Constantinus in ecclesiasticis sacramentis ac divino cultu egit, iteranda essent, præter sacrum baptisma, atque sanctum chrisma.

XXIII. [a] Hæc vero omnia promulgata, continuo & diversa sanctorum patrum testimonia de sacris imaginibus Domini Dei & salvatoris nostri Jesu Christi, sanctæque & gloriosæ ejus genitricis semper virginis Mariæ Dominæ nostræ, & beatorum Apostolorum omniumque sanctorum ac prophetarum & martyrum, seu confessorum, in eodem allata sunt concilio: & subtilius [b] cuncta perindagantes, [1] statuerunt, ma-

VARIANTES LECTIONES

b Idem & Flor. *mitti*. *i* Editi, *fuissent*.

XXII. *a* Codices vulgati, *in pristino bonoris gradu*. *b* Vat. IV. *remeantes*.

XXIII. *a Hæc vero omnia* &c. Quæ Vat. IV. hisce paucis restringit: *De imaginibus vero in eodem concilio statutum est, sicut & sui antecessores statuerunt*. *b* Vat. I. *multa*, ut in editis.

Iidem,

N O T Æ

sbyteri, aut diaconi consecrati iterum voluissent.

XXII. 1. FACTOQUE SOLITO DECRETO) Electionis videlicet, ut supra.

XXIII. 1. STATUERUNT &c.) Hæc itidem actionis IV. ejusdem Concilii de veneratione sacrarum imaginum post eumdem Holstenium & nos ex Anselmo transcribimus: *Si ad sanctorum consortium* &c. *Si quis sanctas imagines Domini nostri* Jesu *Christi, & ejus Genitri-*

magno honoris affectu ab omnibus Christianis ipsas sacras venerari imagines, sicuti ab omnibus prædecessoribus hujus Apostolicæ sedis pontificibus, & cunctis venerabilibus patribus usque hactenus [c] de earum honoris affectu observatum, & cunctis ad memoriam piæ compunctionis est traditum; confundentes atque anathematizantes execrabilem illam synodum, [2] quæ in Græciæ partibus nuper facta est pro [d] deponendis ipsis sacris imaginibus.

XXIV. [a] Expletis vero omnibus, quæ in eodem concilio promulganda erant; tunc isdem beatissimus pontifex adgregans universos sacerdotes atque clerum, & cunctum populum, omnes processerunt ad ecclesiam beati Petri cum hymnis & canticis spiritalibus, nudis pedibus incedentes: illicque in ambonem ascendens [1] Leontius scriniarius, cuncta, quæ in eodem peracta sunt concilio, extensa voce legit populo. Sed & tres episcopi, id est [2] Gregorius [b] Silvæ candidæ, [c] Eustratius [d] Albanus, & Theodosius [e] Tiburtinus

VARIANTES LECTIONES

c Iidem, *de earum bonore observatum effectum*. d Iidem, *disperdendis*.

XXIV. a Vat. IV. *Expleto itaque concilio, omnes nudis pedibus ad ecclesiam beati Petri processerunt, & in ambonem ascendentes, omnia, quæ in concilio statuta sunt, coram omni populo legerunt atque confirmaverunt. Hæc vero omnia mala* &c. quæ postremo hujus vitæ num. habentur. b Vat. III. *Silva Candida*. c Idem, *Eutratius*. d Vat. I. *Albano*. e Idem, *Tiburtino*.

Libri

NOTÆ

nitricis, atque omnium sanctorum secundum sanctorum Patrum statuta venerari noluerit, anathema sit.

2. QUÆ IN GRÆCIÆ PARTIBUS NUPER FACTA EST) Constantinopoli nempe a CCCVIII. episcopis in ecclesia S. MARIÆ ad Blachernas congregatis A. C. 754. a IV. Idus Februarii usque ad VI. Idus Augusti, ut ex Theophane ad annum XIII. imperii Constantini Copronymi, *nullo præsente*, ut idem ait, *ex catholicis sedibus, Romana scilicet, vel Antiochena, Alexandrina, aut Jerosolymitana*.

XXIV. 1. LEONTIUS SCRINIARIUS) Notarius scilicet. Panvin. de Official. Eccles. *Notariis*, inquit, *munus suum promiscue exercentibus, additi sunt* XII *scriniarii, qui rebus ecclesiasticis scribendis tantum, quæ a cancellario, vel protoscriniario pontificis nomine, dictabantur, vocabantur, ut bullæ, privilegia, actiones conciliorum, & similia*.

2. GREGORIUS SILVÆ CANDIDÆ) Qui & sanctarum Ruffinæ & Secundæ, inde Portuensis. *Hæc sedes*, idem Panvin. ait de VII. urb. Eccles. cap. I.

tinus in eumdem præfatæ ecclesiæ ambonem ascendentes, anathematis obligationem protulerunt, [f] ne quisquam præsumat quoquo tempore transgredi quidpiam de omnibus, quæ in eodem concilio statuta sunt.

XXV. His vero peractis, contigit, [1] post aliquantum temporis de hac vita migrasse Sergium archiepiscopum civitatis Ravennatium: & continuo surgens [a] Michaelius scriniarius ipsius ecclesiæ, qui nullo sacerdotali fungebatur honore, profectus Ariminum ad Mauricium ducem [b] Ariminensium: & congregans isdem nefandissimus Mauricius exercitum una cum consilio Desiderii Langobardorum regis, properavit atque ingressus est Ravennam, & brachio forti elegit prædictum Michaelium, & in episcopium Ravennatis ecclesiæ introduxit. Et Leonem archidiaconum, qui electus erat in archiepiscopatus ordinem, Ariminum deportantes, ibidem arcta custodia mancipatum isdem Mauricius detinere fecit. Tunc direxit quantocyus prædictus Michaelius atque Mauricius [2] & judices Ravennatium civitatis ad præfatum beatissimum pontificem, [3] promittentes ei copiosa

VARIANTES LECTIONES

f Libri editi perperam, *se quisquam*.

XXV. *a* Vat. I. *Michahelius*, & sic ubique, Vat. III. *Michelius*. *b* In editis, *Ariminensem*. Vat. I.

NOTÆ

cap. I. *deficientibus incolis, unita est a Callisto II. ecclesiæ Portuensi vicinæ.*

XXV. 1. POST ALIQUANTUM TEMPORIS) Id vero contigit die 25. Augusti A. C. 769. Rubeus lib. V. Histor. Ravenn. *Sergio*, inquit, *archiepiscopo* VIII. *Kal. Septembr. mortuo, & in divi Apollinaris Classensis ad sepulturam dato, Michael Ravennatis ecclesiæ scriniarius, quem aliqui a secretis interpretantur, alii, quibus cum ego senserim, quæstorem exponunt, nullis sacris initiatus sedem occupat, opem Desiderio rege, & Mauritio Ariminensium duce ferentibus, quos Michael pecunia & largitione corruperat, pulso Leone archidiacono, quem potissimum sacrati viri omnes expetebant.*

2. ET JUDICES RAVENNATIUM) Quorum mentio supra etiam in Constantino papa num. II. atque infra, & in Hadriano num. XVI ubi militiæ optimates, & sæculares magistratus intelligi videntur. Vide Joannis Diaconi Appendicem Ord. Rom. apud Mabillon. tom. II. Musei Ital. pag. 570.

3. PROMITTENTES EI COPIOSA MUNERA &c.) Subdit inde Rubeus ibid.

ſa munera, ut ipſum Michaelium archiepiſcopum conſecrare deberet. Ipſe vero beatiſſimus præſul per nullius dationis promiſſionem inclinatus eſt, eumdem Michaelium conſecrare; aſſerens, nulla ratione hoc fieri poſſe, dum ſacerdotii honore minime ipſe præditus exiſteret Michaelius. Cui & [c] civibus obteſtationis ac prædicationis literas atque miſſos direxit, ut ab eodem injuſto propoſito recederet: ſed nullo modo Apoſtolicis admonitionibus [d] acquieſcere voluit; danſque plurima munera Deſiderio Langobardorum regi etiam & [e] cymilia & ornatus ipſius eccleſiæ cum aliis diverſis ſpeciebus, brachio forti per unius anni ſpatium & eo amplius ipſius epiſcopium pervaſum [f] detinuit; denudans, atque in magnam paupertatem illud redigens.

XXVI. Sed dum nullo modo firmiſſimam mentis conſtantiam ipſius ſanctiſſimi pontificis flectere potuerunt [1] nequiſſimi conſentanei ipſius Michaelii; tunc dum miſſi excellentiſſimi Caroli regis Francorum & patricii Romanorum præſentialiter adeſſent, dirigens ipſe beatiſſimus præſul ſuos miſſos denuo, tam prædictos Francorum miſſos, quamque omnes [a] Ravennianos admonendo; ſtatim inſurrexerunt ſuper ipſum Michaelium, & eum cum opprobrio de ipſo epiſcopio projecerunt: quem vinctum huc Romam dirigentes,

VARIANTES LECTIONES

c Editi, *vicibus*. d Vat.1. *adquieſcere*. e Idem, *quimilia*. f Idem, *detenuit*.
XXVI. a Vat. 1. *Ravinianos*: atque ita ubique.

& ju-

NOTÆ

ibid. *Auſi quin etiam, miſſis ad Stephanum pontificem maximum legatis, eum pecunia ſubornare, ut Michaelem archiepiſcopum confirmaret. At Stephanus non modo rejecit munera, verum etiam edicto ſanxit, ut Michael, niſi ſedem relinqueret, quam contra jus faſque occupaverat, ſacris interdiceretur. Tandiu tamen Ravennatum auxilio eam obtinuit, quamdiu aliquid habuit & prophanum & ſacrum, quod Deſiderio, munerum cupientiſſimo, donaret* &c.

XXVI. 1. NEQUISSIMI CONSENTANEI &c.) Qui in ejus electionem conſenſerant. Conſentanei dicuntur qui in aliquod facinus conſentiunt, ſeu conjurant, ut adnotavimus ſupra num. XIV. de Gracili tribuno. Eos infra num. XXXII. nefandiſſimos appellat.

UT

tes, elegerunt sæpefatum Leonem archidiaconum ipsius ecclesiæ, qui ad hanc Apostolicam sedem properans cum sacerdotibus & clero ipsius Ravennatis ecclesiæ [b] *& judicibus & plebe ejusdem urbis*, in archiepiscopatus honorem ab eodem sanctissimo papa Stephano ordinatus consecratusque est.

XXVII. Erat enim isdem prædictus beatissimus præsul ecclesiasticæ traditionis observator; unde & pristinum ecclesiæ in diversis clericatus honoribus [a] revocavit ritum. Hic [b] constituit, [1] ut omni Dominico die [2] a septem episcopis cardinalibus hebdomadariis, qui in ecclesia Salvatoris ob-

VARIANTES LECTIONES

b & judicibus & plebe ejusdem urbis) Ista ex Farnes. accesserunt.
XXVII. *a* Codices vulgati, *renovavit*. *b* Iidem, *statuit*.

Vat.1.

NOTÆ

XXVII. 1. UT OMNI DOMINICO DIE) Id enim solis eo tempore episcopis, non vero presbyteris permissum, a quibus hymnus iste angelicus, quem a Thelesphoro primum institutum num. II. vidimus, die tantum Paschæ dici in missa poterat, ut ex lib. Sacramentor. S. Gregorii. Quod tamen Berno Augiensis abbas admittere minime videtur cap. II. de Missæ Sacrificio, ubi *in capite*, inquit, *libri Missalis* (S. Gregorii) *quando presbyteri Romani* Gloria in excelsis Deo *canere & non canere soleant, legimus solummodo prætitulatum: nusquam autem vel a beato papa Gregorio, vel aliquo sanctorum Patrum nobis interdictum puto, quin omni die Dominica, vel in Sanctorum Natalitiis liceat nobis sæpedictum hymnum canere ad augmentum laudis divinæ*.

2. A SEPTEM EPISCOPIS CARDINALIBUS HEBDOMADARIIS) Ita denominatis, quod per hebdomadam statis singuli diebus super altare majus basilicæ Lateranensis missam celebrabant: Episcopus nempe Ostiensis die Solis, Silvæ Candidæ die Lunæ, S. Hyppoliti, seu Portnensis die Martis, Albanus die Mercurii, Tusculanus die Jovis, Sabinensis die Veneris, Prænestinus die Sabbati, ut ex Joanne Diac. de sanctis sanctorum cap. VIII. quem Mabillon. vulgavit tom. II. Musei Ital. pag. 566. & ex Panvin. de VII. urbis Eccles. cap. I. qui tamen hunc eorumdem episcoporum ordinem non servat: dum hæc ibi præmittit: *Basilicæ porro Lateranensis servitio propter pontificis Romani ibidem tunc commorantis supremam majestatem dignitatemque septem episcopi ex finitimis urbi oppidis decreti sunt, qui singulis hebdomadæ diebus singuli, vel præsente, vel absente papa, super aram maximam basilicæ Lateranensis divina mysteria celebrarent, vel pontifici solemnibus statisque diebus sacra celebranti assisterent. Ut autem sunt septem hebdomadæ dies, qui rursus finita hebdomada in seipsos redeunt, sic septem episcopi lecti, qui omnes per singulos dies singuli celebrantes hebdomadam explerent, qua decursa, rursus iidem ministerium inchoarent perficerentque*.

or-

[3] observant, missarum solemnia super altare beati Petri celebrarentur, & *Gloria in excelsis Deo* [c] diceretur. [4] Fecit enim & tres regulares argenteos super rugas, per quas ingrediuntur ad altare: [5] ubi imagines in [d] frontispicio constitutæ sunt: unum quidem in basilica beati Petri apostoli, & alium in basilica beati Pauli, & alium [6] ad beatum Andream apostolum.

XXVIII. Nam sedule isdem beatissimus pontifex suos missos atque [1] literas admonitorias dirigere studebat antedicto excellentissimo [a] Carolo regi Francorum & ejus germano Carolomanno item regi: imminentibus atque decertantibus in hoc sæpius nominatis [b] Christophoro primicerio & Sergio secundicerio, pro exigendis a Desiderio rege Lango-

VARIANTES LECTIONES

c Vat. I. *ediceretur*. d Vat. idem, *frontespitio*.

XXVIII. a Vat. I. & Farnes. *Carulo* &c. *Karulomanno*, Vat. III. *Karolo* &c. *Carolomanno*. b male in vulgatis, *Christophorus primicerius*, & *Sergius secundicerius*.

NOTÆ

3. OBSERVANT) Quibus nempe sacra, ut vidimus, in ea ecclesia faciendi cura erat. Quo sensu in lib. Proverb. cap. VIII. 34. *Beatus homo, qui audit me, & qui vigilat ad fores meas quotidie, &* observat *ad postes ostii mei*.

4. FECIT ENIM ET TRES REGULARES ARGENTEOS SUPER RUGAS &c.) Virgas nempe argenteas super cancellos, quibus vela appensa ante ac retro duci solent. De his autem Mabillonius præ ceteris in Commentar. ad Ordinem Romanum cap. XX.

5. UBI IMAGINES IN FRONTISPICIO &c.) Quæ super iisdem cancellis positæ conspiciebantur.

6. AD BEATUM ANDREAM APOSTOLUM) Cujus ecclesia, nbi nunc basilicæ Vaticanæ sacrarium. De qua supra in Symmacho num. VI.

XXVIII. 1. LITERAS ADMONITORIAS &c.) Quibus nempe admoneretur rex Carolus, ut promissa a Pippino patre Stephano prædecessori suo, satageret adimplere de tuenda ecclesia Romana, & juribus beati Petri servandis. Exstant hæ literæ in codice Carolino. In XLVII. scribit Pontifex: *Conjuramus Excellentiam vestram, ut plenarias justitias beato Petro sub nimia velocitate secundum capitulare, quod vobis per præsentes nostros fidelissimos missos direximus, exigere, & beato Petro reddere jubeatis, sicut & vestra continet promissio, & omnia, quæ beato Petro, & ejus Vicario cum vestro sanctæ memoriæ progenitore promisistis, adimplere dignemini...... Nam si, quod non credimus, ipsas justitias exigere neglexeritis, aut distuleritis, sciatis vos de istis rationem fortiter ante tribunal Christi eidem principi Apostolorum esse facturos.*

JU-

gobardorum [2] justitiis beati Petri, [c] quas obdurato corde reddere sanctæ Dei ecclesiæ nolebat. Unde nimia furoris indignatione contra prænominatos Christophorum & Sergium exardescens ipse Desiderius, nitebatur eos extinguere ac delere. Pro quo suo maligno ingenio simulavit, se quasi orationis caussa ad beatum Petrum huc Romam properaturum, ut eos capere potuisset. [d] Dirigens ergo clam munera [3] Paulo cubiculario, cognomento Afiarta, & aliis ejus impiis sequacibus, suasit eis, ut in Apostolicam indignationem eos deberent inducere: eique isdem Paulus consentiens, de eorum perditione absconse decertabat. Dumque hoc agnovissent prænominati Christophorus & Sergius, & eumdem protervum Desiderium regem Romam properaturum agnovissent, illico adgregantes multitudinem populi [4] Tusciæ & Campaniæ seu ducatus Perusini, viriliter cum eadem populi congregatione eidem Desiderio regi paraverünt se ad resistendum. [e] Quin etiam portas hujus Romanæ urbis claudentes, [f] aliam ex eis fabricaverunt: & ita armati omnes existebant ad defensionem propriæ civitatis.

XXIX. Et dum hæc agerentur, subito [1] conjunxit ad beatum Petrum antedictus Desiderius rex cum suo Langobardorum exercitu: & continuo direxit suos missos præfato pontifici; deprecans, ut ad eum egredi deberet. quod &

fa-

VARIANTES LECTIONES

cerint. c Iidem, *quos*. d Vat. I. *dirigens clam*, Farnes. *Direxit ergo clam* &c. *suadens*. e Vat. III. & Flor. *Qui etiam*, Farnes. *Quia etiam*. f Flor. *alias*.

Vat I.

NOTÆ

2. JUSTITIIS BEATI PETRI) Justitiæ beati Petri vocantur res omnes, urbes, prædia, patrimonia &c. quæ Romana ecclesia jure dominii possidet, ut infra in Hadriano num. V. *pro justitiis sanctæ Dei ecclesiæ faciendis*.

3. PAULO CUBICULARIO) Erat hic a cubiculo ipsius papæ, quem Desiderius muneribus corruperat, ut papam averteret a præstanda fide Christophoro & Sergio fidelibus administris papæ.

4. TUSCIÆ, ET CAMPANIÆ, SEU DUCATUS PERUSINI) *Seu pro &*, ut notatur supra num. XVI.

XXIX. 1. CONJUNXIT AD BEATUM PETRUM) hoc est advenit, pervenit: verbum Auctori valde familiare, de quo præsertim in Zacharia n. XXIII. in Stephano II. num. XXXIV. & supra num. VII. & XI.

118

factum est. Dum vero [a] cum eo præsentatus fuisset, pariterque pro justitiis beati Petri loquerentur, rursum ipse beatissimus pontifex reversus, ingressus est in civitatem. Præfatus siquidem Paulus & ejus nefandissimi sequaces, inito cum prædicto Langobardorum rege consilio, nitebantur populum Romanum contra eos seducere, ad insurgendum contra prædictos Christophorum & Sergium, ut eos interficerent. Et dum hoc eis nuntiatum fuisset, [b] adgregantes populum, ascenderunt armati in Lateranis ad capiendum suos insidiatores: nuntiatique (more solito impetum faciens universa multitudo populi, qui cum eis advenerant) ingressi sunt cum armis in [2] basilicam domni Theodori papæ, ubi ipse prænominatus sedebat pontifex. Quos & fortiter increpavit, cur præsumpsissent armati in idem sanctum patriarchium ingredi: pariterque loquentes, recedere eos jussit.

XXX. Alia die denuo egressus est sæpedictus pontifex ad beatum Petrum, cum eodem rege loquendum: & dum simul præsentati fuissent, prætermittens ipse Desiderius causas de justitiis beati Petri, [a] tantummodo pro deceptione prædictorum Christophori & Sergii insistebat. Unde claudens universas januas beati Petri, neminem Romanorum, qui cum ipso sanctissimo pontifice exierant, ex eadem ecclesia egredi permisit. Tunc direxit ipse almificus pontifex [1] Andream episcopum [b] Prænestinum, & Jordanem episco-

VARIANTES LECTIONES

XXIX. *a* Vat. 1. *cum ei præsentatus fuisset*. *b* Vat 1. *aggregantes*.
XXX. *a* Vat. III. *tantumdem*. *b* Farnes. *Prænestæ*.

Idem',

NOTÆ

2. IN BASILICAM DOMNI THEODORI PAPÆ) Theodorus papa *fecit oratorium beato Sebastiano*, ut habetur in vita Theodori papæ num. II. ædiculam nempe intra episcopium Lateranense, quæ ab auctore basilica Theodori papæ nuncupata est. De hac in Sergio n. IX, & in Zacharia num. XVIII.

XXX. 1. ANDREAM EPISCOPUM PRÆNESTINUM, ET JORDANEM EPISCOPUM SIGNIENSEM) Ughellius memorat hunc Andream inter episco-

ſcopum [c] Signienſem ad portam civitatis, quæ egreditur ad beatum Petrum: ubi prænominati viri Chriſtophorus, & Sergius cum multitudine populi reſidebant, proteſtando eos, ut aut in monaſterium ingrederentur [d] ad ſuas ſalvandas animas, aut ad beatum Petrum, ad eum ſtuderent properandum. Ipſi vero metuentes prædicti regis Langobardorum malignam ſævitiam, ad eum egredi minime auſi ſunt; aſſerentes, ſe prius in manibus Romanorum ſuorum fratrum & concivium eſſe tradituros, quam exteræ gentis.

XXXI. Dum ergo populus, qui cum eis erant, audirent eadem [a] a prædicto pontifice directa ex ore prædictorum epiſcoporum; illico conturbati, illorum [b] fracta ſunt corda: & cœpit unuſquiſque ab eis recedere. Nam Gratioſus [c] quidem dux, cognatus jam fati Sergii, ſimulans, ſe ad propriam pergere domum; congregans aliquantos Romanorum, profecti ſunt pariter, [d] [1] ad portam, quæ appellatur Portuenſis: quam clauſam reperientes, a cardine ipſam portam auferre auſi ſunt: & ita per noctem ad prænominatum egreſſi ſunt pontificem. Sæpefati vero Chriſtophorus & Sergius conſpicientes, ſe [e] in magna deceptione eſſe poſitos, prius quidem Sergius eadem nocte, [2] qua hora campana inſonuit, deſcendit per murum, & properavit ad beatum

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *Signias*. *d* Vat. 1. cum editis, *ad ſalvandum ſuas animas*.

XXXI. *a* Farneſ. *a prænominato*. *b* Vat. 1. atque editi, *contracta*. *c* Iidem, *quidam*. *d* Iidem, *ad portam Portuenſem*, Farneſ. nonnullique alii, ut in contextu. *e* Vat. 1. *in magno deceptu*.

Idem,

NOTÆ

ſcopos Prænestinos decimum ad an. 772. De Jordane vero epiſcopo Signienſi nullam mentionem facit, qui facile putandus eſt tenuiſſe eam ſedem inter Joannem, qui interfuit concilio Romano ſub Zacharia papa anno 745. & Hadrianum, quem Baronius recitat inter eos, qui concilio Romano interfuere ſub Eugenio II. anno 826.

XXXI. 1. AD PORTAM, QUÆ APPELLATUR PORTUENSIS) qua itur ad portum juxta Tiberim, nunc *porta Porteſe*.

2. QUA HORA CAMPANA INSONUIT) Alteſerra, *qua ſignum datum eſt ad matutinas. Campana ſignum datur ad matutinas, & alias horas canonicas*.

tum Petrum. Quem ad gradus ecclesiæ beati Petri comprehendentes custodes Langobardorum, ad suum deduxerunt regem. Eumque subsecutus Christophorus pater ejus, prænominati pontificis obtutibus sunt præsentati: quos salvos conservare cupiens, monachos facere præcepit. [3] Post hæc faciens [f] missam prænominato regi, ingressus est isdem beatissimus pontifex Romam, relictis præfatis Christophoro & Sergio in ecclesia beati Petri apostoli; cupiens eos noctis silentio propter insidias inimicorum salvos Romam introduci.

XXXII. Dum vero sol ad occasum declinare videretur, continuo congregans prænominatus Paulus cubicularius, & alii ejus nefandissimi consentanei multitudinem populi, & properantes ad Desiderium Langobardorum regem: inientesque cum eo impium consilium, abstulerunt eosdem Christophorum & Sergium ab ecclesia beati Petri apostoli: & properantes cum plurimis Langobardis usque ad portam civitatis, ibidem eorum oculos eruerunt. Sicque prædictus Christophorus [1] in monasterium sanctæ Agathæ deductus, ibidem post triduum ob dolorem ex oculorum effoditione vitam finivit. Sergius vero [2] in monasterium [a] Clivi Scauri deportatus, & postmodum [3] in cellarium Lateranense deductus,

VARIANTES LECTIONES

f Idem, *missam*.

XXXII. *a* Vat. 1. *Clibi Scauri*, uti superius.

Vat. IV.

NOTÆ

cas. Gregorius Tur. de mirac. D. Martini lib. 1. cap. 33. *mane autem facto, signo ad matutinas commoto, reversi sumus dormitum*.

3. POST HÆC FACIENS MISSAM PRÆNOMINATO REGI) sacrificium missæ peragere. *Missam facere, missam agere*. phrasis per ea tempora usurpata, quæ adhuc retinetur in missalibus missarum pro defunctis, *pro agenda defunctorum*. vulgo *dir messa*.

XXXII. 1. IN MONASTERIUM SANCTÆ AGATHÆ) trans Tiberim situm a S. Gregorio II. ædificatum, prædiis auctum & donis; ut in ejus vita num. X.

2. IN MONASTERIUM CLIVI SCAURI) a S. Gregorio in honorem S. Andreæ apostoli constructum. Vid. supra num. XII.

3. IN CELLARIUM LATERANENSE) cellarium dicitur promptuarium,

sive

ctus, illic usque ad transitum prænominati pontificis extitit.

XXXIII. Hæc vero omnia mala [a] per iniquas immissiones [b] jam dicti Desiderii Langobardornm regis provenerunt. Fecit vero ipse sanctissimus pontifex ordinationem unam per mensem Decembrium; presbyteros v. diaconos IIII. episcopos per diversa loca numero [c] x. Qui & sepultus est ad beatum [d] Petrum apostolum: [1] & cessavit episcopatus [e] dies VIII.

VARIANTES LECTIONES

XXXIII. *a* Vat. IV. *immissione*. *b* Sic Farnes. *c* Numerum ex Cod. eodem Farnes. explevimus. *d* Flor. *Paulum*. *e* Sic Vat.I. reliqui, *dies* VIIII. His autem Alex. II. desinit.

NOTÆ

sive penuarium, in quo, quæ ad victum spectant, reconduntur, ut in Zacharia num. XXVII.

XXXIII. 1. ET CESSAVIT EPISCOPATUS &c.) Quum papa Stephanus ordinatus fuerit die 7. Augusti A.C. 768. & sederit annos III. menses v. dies XXVII. ejus mors consignari debet die II. Februarii A. C. 772. Et quia Hadrianus ordinatus fuit pontifex die 9. ejusdem mensis, quæ contigit eo anno die Dominico, sequitur cessasse episcopatum dies VIII. computatis tamen & die obitus Stephani, & die ordinationis Hadriani.

XCV.

S. HADRIANUS

I. HADRIANUS, natione Romanus, ex patre Theodoro [1] de regione Via lata, [2] sedit annos XXIII. menses x. dies XVII. Vir valde præclarus & nobilissimi generis prosapia ortus, atque potentissimis Romanis parentibus edi-

An. Chr. 772. Constantini Copronymi imp. 31.

NOTÆ

I. 1. DE REGIONE VIA LATA) quæ a palatio S. Marci incipit, & ad portam Flaminiam porrigitur.

2. SEDIT ANNOS XXIII. MENS. X. DIES XVII.) nempe a die IX. Februarii A. C. 772. usque ad diem XXV. Decembris anni 795.

editus, elegans, & [3] nimis [a] decorabilis persona: constans etiam atque fortissimus orthodoxæ fidei, ac patriæ suæ [b] & plebis sibi commissæ defensor. Viriliter cum Dei virtute inimicis sanctæ Dei ecclesiæ ac reipublicæ impugnatoribus resistens, pauperum etiam omniumque indigentium misericordissimus ac copiosus consolator, ecclesiasticæ quoque traditionis & sanctorum patrum institutionum observator.

II. Hic namque beatissimus vir, defuncto ejus genitore, parvulus suæ nobilissimæ genitrici relictus, studiose [a] a propinquo [b] [1] Theodato dudum consule & duce, postmodum vero [2] primicerio sanctæ nostræ ecclesiæ, post [c] ante dictæ suæ genitricis obitum nutritus atque educatus est. Nam [d] a primæva ætatis suæ pueritia dum adhuc laicus existeret, spiritalibus studiis, [e] & castitatis modestiæque vehementius insistebat: seduleque perseverans in ecclesia sancti Marci, [3] quæ vicina domui suæ [f] esse videtur, illic [g] crebras Deo nostro referebat die noctuque laudes: indutusque cilicio,

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Ita Farnes. *b* Codices vulgati, *& plebi*.

II. *a* Nos ita legimus. Vat. I. & Farnes. *a proprio*, Vat. III. *a propio*, libri editi, *a patre*: quod male, quum ibi ei præmortuus ille dicatur. *b* Idem Farnes. *Thiodoto*, Vat. III. *Thioteo*. *c* Libri vulgati perperam, *tantæ dictæ*. *d* Iidem, *a primæ ætatis*. *e* Vat. IV. & Farnes. ita, quidam alii cum vulgatis, *caritatis*. *f* Vat. III. & Flor. *videbatur*, alii, *erat*, Vat. I. ut in contextu. *g* Vat. III. *crebro*.

Vat. III.

NOTÆ

3. NIMIS DECORABILIS) nimis pro *multum*, *valde*, sæpe ab Auctore usurpatur.

II. 1. THEODATO DUDUM CONSULE ET DUCE) Consulis nomine appellantur viri nobiles, & illustres, ut Tom. I. in Honorio num. 1.

2. PRIMICERIO SANCTÆ NOSTRÆ ECCLESIÆ) In Stephano III. num. V. Officium primiceriatus, quemadmodum etiam secundiceriatus fuisse etiam sæculare eruitur ex excerptis archivi Sublacensis anno 974. *Sergius Dei amabilis Primicerius sanctæ sedis apostolicæ, & Agatha nobilissima fœmina jugales*: & anno 822. *Trasimundo Secundicerio sanctæ sedis apostolicæ, & Philippæ illustrissimæ fœminæ jugalibus*: ex Muratorio in antiq. med. ævi tom. 5. pag. 769. & 771.

3. QUÆ VICINA DOMUI SUÆ ESSE VIDETUR) ubi nunc ædes a Paulo II. P. M. Veneto excitatæ ad initium Viæ latæ.

EUM

cio, jejuniis corpus suum macerabat, & eleemosynam enucleanter egenis & inopibus juxta possibilitatis suæ vires libenter tribuebat. Ejusque bonæ actionis merita in omnium Romanorum aures frequenter resonabant; ita ut ex hoc nobilitatis ac pudicitiæ ipsius fama longe lateque divulgaretur..

III. Cujus piæ conversationis vitam & spiritalem operationem, ac præcipuos mores conspiciens sanctæ [a] recordationis domnus Paulus papa, [1] eum clericari jussit; quem [2] notarium regionarium in ecclesia constituens, postmodum eum subdiaconum fecit. Dum vero post decessum antedicti domni Pauli papæ ad pontificatus culmen provectus fuisset domnus Stephanus secundus junior papa, & ipse cernens ejusdem beatissimi Hadriani [b] spiritalium conversationum merita, [c 3] in diaconatus ordinem eum provexit. Et ex tunc multipliciter spiritalibus pollens studiis, maximam tam ad evangelizandum [d] populo solerter ac clare divina atque evangelica verba, quamque ad exercendam ecclesiasticam traditionem gessit curam. Et ita Spiritus sancti gratia in ejus corde refulsit, ut in omnibus efficax idoneusque comprobaretur.

IV. Sicque factum est, ut dum de hac vita migraret antefatus domnus Stephanus papa, illico (dum ferventissimo

mo

VARIANTES LECTIONES

III. *a* Vat. III. *memoria*. *b* Idem, *spiritalem conversationem, in diaconatus* &c. *c* Vat. I. cum editis, *in diaconii ordinem*. *d* Vat. III. *populit*.

Vat. III.

NOTÆ

III. 1. EUM CLERICARI JUSSIT) in partem cleri assumi, seu a laicis discerni.

2. NOTARIUM REGIONARIUM &c.) S. Clementem urbem in septem regiones divisisse, singulisque singulos notarios statuisse, idcirco regionarios dictos, Liber Pontificalis tradit in S. Clemente num. II. S. Fabianus deinde septem subdiaconos constituit, qui VII. notariis imminerent: in vita S. Fabiani num. II.

3. IN DIACONATUS ORDINEM EUM PROVEXIT) Diaconos VII. elegit S. Petrus: in vita S. Petri num. VI. Divisit autem VII. regiones VII. Diaconibus S. Cajus: in vita S. Caii n. III. Qui numerus subinde est auctus usque ad XIV. constitutis totidem Ecclesiis pro Diaconiis.

X 2 RE-

mo affectu a populo Romano diligeretur) iſdem præcipuus ac [a] ſanctiſsimus vir, & Dei cultor Hadrianus ad ſacrum pontificatus electus eſt culmen. Hic namque in ipſa electionis ſuæ die, confeſtim eadem hora, qua electus eſt, [1] reverti fecit judices illos hujus Romanæ urbis tam de clero, quamque de militia, qui in exilium [b] a tranſitu domni Stephani papæ miſſi fuerant a Paulo cubiculario, cognomento Afiarta, & aliis conſentaneis impiis ſatellitibus. Sed & reliquos, qui in arcta cuſtodia mancipati ac retruſi erant, abſolvi fecit. et ita omnibus pariter cum eo exultantibus pontificalem, Deo [c] auſpice, ſuſcepit conſecrationem.

V. Itaque in ipſo exordio conſecrationis ejus direxit ad ejus beatitudinem ſuos miſſos Deſiderius Langobardorum rex, id eſt [a] Theodicium ducem Spoletinum, [b] Tunnonem ducem [c] [1] Eporedias, & [d] [2] Prandulum [e] veſtararium ſuum; ſuaſionis per eum mittens verba, ſeſe cum eo quaſi in vinculo charitatis velle colligari. Quibus ita ipſe beatiſsimus pontifex reſpondit, dicens: *ego quidem cum omnibus Chriſtianis pacem cupio habere, etiam cum eodem Deſiderio rege veſtro,*

VARIANTES LECTIONES

IV. *a* Vat. III. *ſanctus*. *b* In editis, *ad tranſitum*. *c* Vat. III. *auctore*, Vat. IV. *opitulante*.

V. *a* Vat. III. *Theodocium*, Vat. IV. *Theodoſium*, Vat. I. ut in contextu. *b* Flor. & *Tumnonem*. *c* Vat. I. & III. *Ebureregiæ*, Vat. IV. *Eburegias*: nos cum Holſten. ut in contextu. *d* Vat. IV. *Pandulum*. *e* Vat. III. & Flor. *veſtibularium*, Vat. I. *veſterarium*, Alex. II. *veſtiararium*, Vat. IV. ut in contextu.

libri

NOTÆ

IV. 1. REVERTI FECIT JUDICES &c.) Hadrianus ipſa die ſuæ electionis ab exſilio revocavit quos ſtatim ab obitu Stephani in exſilium miſerat factionis Langobardicæ princeps Paulus Afiarta; pariterque ſolutos carceribus dimiſit qui in illis detinebantur: quod exemplum & ſucceſſores pontifices in ſuæ inaugurationis die imitarentur.

V. 1. EPOREDIAS) Vernacule *Ivrea* civitas epiſcopalis ad alpium radices in Pedemontio.

2. PRANDULUM VESTARARIUM SUUM) cui curæ erant veſtes regis: in veteri inſcriptione, quam refert Pignorius de ſervis,

DIS . MANIBVS
VENVLEIA . CLEOPATRA
FECIT . SIBI . ET
RHODANO . CAESARIS . VERNAE
A . VESTE . REGIA

ANTE

vestro; in ea fœderis pace, quæ inter Romanos, Francos, & Langobardos confirmata est, studebo permanere. Sed quomodo possum credere eidem regi vestro in eo, quod subtilius mihi sanctæ recordationis prædecessor meus domnus Stephanus papa de fraudulenta ejus fide retulit? inquiens, quod omnia mentitus illi fuisset, quæ ei [3] *ante corpus beati Petri jurejurando promisit pro justitiis sanctæ Dei ecclesiæ faciendis: & tantummodo per suum* [f] *iniquum argumentum erui fecit oculos Christophori primicerii, & Sergii secundicerii filii ejus, suamque voluntatem de ipsis duobus proceribus ecclesiæ explevit; unde damnum magis & detrimentum nobis intulit. Nam nullum* [g] *profectum in causis Apostolicis impertivit: sed & hoc isdem meus prædecessor pro dilectione, quam erga me suum pusillum habuit, mihi retulit. quia dum ad eum postmodum suos missos direxisset, videlicet* [h] *Anastasium diaconum* [4] *primum* [i] *defensorum & Gemmulum subdiaconum; adhortans eum, ut ea, quæ* [k] *præsentialiter beato Petro pollicitus est, adimpleret; taliter ei per eosdem missos direxit in responsis: Sufficiat Apostolico Stephano, quia tuli Christophorum & Sergium* [l] *de medio urbis, qui illi dominabantur: & non illi necesse sit justitias* [m] *requirendi. Nam certe si ego ipsum Apostolicum* [n] *non adjuvero, magna perditio super eum eveniet; quoniam Carolomannus rex Francorum amicus existens prædictorum Christophori & Sergii, paratus est cum suis exercitibus, ad vindicandum eorum mortem, Romam properare, ipsumque capiendum pontificem. Ecce qualis est*

fides

VARIANTES LECTIONES

f libri editi, *inimicum*. *g* Flor. *perspectum*, Alex. II. *perfectum*. *h* Vat. III. *Athanasium*. *i* Idem, & Flor. ita, alii, *defensorem*, ut in vulgatis, & *Gemulum*. *k* Vat. I. *præsentaliter*. *l* *de medio urbis*: Ita Flor. ceteri cum vulgatis. *de medio*. *m* Idem, *requirendum*. *n* Vat. I. & III. *adjuvavero*.

Vat. I.

NOTÆ

3. ANTE CORPUS BEATI PETRI JUREJURANDO PROMISIT) De hoc ritu infra num. XLIII.

4. PRIMUM DEFENSORUM) primus inter septem, quibus jura ecclesiæ defendere curæ erat: in vita Felicis III. num. II. & Constantini num. III.

SAC.

fides Desiderii regis vestri, *&* [o] *qua fiducia illi* [p] *fœderari possimus*.

VI. Hæc vero eadem beatissimo Hadriano præsule prosequente eisdem missis Desiderii regis, illi magis ac magis confirmabant sub vinculo sacramenti: quod eorum rex omnes justitias, quas antefato domno Stephano papæ non fecerat, eidem præcipuo pontifici & summo pastori perficeret, & in vinculo charitatis insolubili connexione cum eo fore permansurum. Quorum juramentis credens ejus beatitudo, direxit ad eumdem Desiderium regem suos missos pro his omnibus perficiendis, scilicet Stephanum notarium regionarium & [a] [1] saccellarium, atque Paulum cubicularium [b] [2] & tunc superistam. Quibus egredientibus ab hac Romana urbe, & Perusiam conjungentibus, conjunxit mandatum: quod jam fatus Desiderius abstulisset civitatem [c] [3] Faventiam, & ducatum Ferrariæ, seu [d] Comiaclum de exarchatu Ravennate, [e] [4] quem sanctæ memoriæ Pippinus rex & ejus filii [f] Carolus & Carolomannus excellentissimi reges Francorum

VARIANTES LECTIONES

o Vat. I. *cum qua*. p Vat. III. *credere possim*.

VI. a Flor. *sacellarium*. b libri editi perperam, *& cetera super ista*, Alex. II. ut in contextu. c Vat. IV. *Faventinam*. d Vat. I. & Alex. II. ita, editi, *Comaclium*. e Flor. *qua*, editi, *quas*, Alex. II. ut in contextu. f Vat. I. *Karulus & Carulomannus*. Vat. IV.

NOTÆ

VI. 1. SACCELLARIUM) Vide in Stephano III. num. v.

2. ET TUNC SUPERISTAM) Superista qui præest palatio, rerumque ad idem spectantium curam gerit. Dignitas tam inter ecclesiasticas, quam sæculares connumeranda.

3. FAVENTIAM, ET DUCATUM FERRARIÆ, SEU COMIACLUM DE EXARCHATU RAVENNATE) Ad exarchatum Ravennæ quæ urbes spectarent, docet Rubeus lib. 4. hist. Ravenn. ad annum DCLV. ubi inquit: *Exarchatus Ravennas habebat Ravennam, & Æmiliam, & Bobium, Cæsenam, Forum Pompilii, Forum Livii, Faventiam, Imolam, Bononiam, Ferrariam, Comaclum, & Adriam, & Gabellum cum omnibus finibus, territoriis* &c.

4. QUEM SANCTÆ MEMORIÆ PIPPINUS REX ET EJUS FILII &c. BEATO PETRO CONCEDENTES OBTULERUNT) In vita Stephani II. num. XLVII. recitantur urbes, & loca a Pippino rege per Folradum abbatem tradita beato Petro, & ejus vicario, atque omni-

corum & patricii Romanorum beato Petro concedentes obtulerunt.

VII. Nec enim duo adhuc menses [a] præterierunt, quod ipse sanctissimus vir pontificatus culmen adeptus est; ita isdem atrocissimus Desiderius easdem abstulit civitates, constringens ex omni parte civitatem [b] Ravennatium, [1] & casales ac omnia [c] prædia Ravennatia occupans cunctaque victualia, [2] familias etiam, seu peculia ipsorum, vel quæque in ipsis prædiis habere videbantur, abstulit. Et dum nulla remansisset spes vivendi neque Leoni archiepiscopo, neque præfatis Ravennatibus, in magna angustia & famis inopia positi direxerunt huc Romam suos missos, scilicet Julianum, Petrum, & Vitalianum tribunos; deprecantes cum magno fletu eumdem sanctissimum pontificem, ut qualiter potuisset, eis subveniret, ipsasque decertaret [d] ad recolligendas civitates: asserentes, quia si ipsæ civitates non fuerint restitutæ, vivere nullo modo [e] potuissent.

VIII. [a] Tunc ipse almificus pontifex, dum adhuc prænominati ejus missi, Stephanus saccellarius & Paulus [b] superista, ad prænominatum pergerent regem, direxit eidem regi suas deprecatorias literas, ut easdem redderet civitates; increpans eum fortiter per sua scripta, cur de promissione illa,

VARIANTES LECTIONES

VII. *a* Vat. IV. *præterierant*. *b* Vat. I. *Ravennantium*: atque ita semper, Flor. *Ravennianorum*, Vat. III. & IV. *Ravinianorum*: isti etiam ita ubique. *c* male in vulgatis, *præsidia*, & paullo infra, *præsidiis*. *d* Flor. *ad recolligendum*, Vat. IV. *ad recolligere*. *e* Vat. IV. *possent*.

VIII. *a* *Tunc ipse* &c.) Locum istum valde in editis turbatum ita ex Vat. IV. restituimus. *b* Atque iterum hic & infra libri editi, *super ista*.

Iidem

NOTÆ

omnibus ejus successoribus pontificibus perenniter *possidenda*, atque *disponenda*.

VII. 1. ET CASALES) Casales, seu casalia sunt prædia suburbana. Wil. Tyrius de bell. sac lib.4. cap.19 *recesserant etiam a nobis per illos dies nostri domestici, & suburbanorum nostrorum, quæ casalia dicuntur, habitatores*. ex Alteserra.

2. FAMILIAS ETIAM, SEU PECULIA IPSORUM) Familias constituunt servi, & agrorum cultores: peculia vero armenta pecudum, boum &c.

Do-

illa, quam per suos missos pollicendo direxerat, mutatus fuisset? etiam quia justitias beati Petri [c] juxta ut repromiserat, non reddidit? Insuper & civitates illas, quas antecessores ejus beatissimi pontifices, [1] domnus Stephanus, Paulus, & itidem Stephanus [d] detinuerunt, abstulisset? Dum vero talia eidem protervo Desiderio antefatus sanctissimus pontifex deprecando, admonendo, & conjurando direxisset, ita illi remisit in responsis: quod *nisi prius se cum eo ipse almificus præsul conjungeret ad pariter loquendum*, *minime easdem redderet civitates*.

IX. [a] In ipsis vero diebus contigit, [1] uxorem & filios quondam Carolomanni regis Francorum ad eumdem regem Langobardorum fugam arripuisse cum Autcario: & nitebatur ipse Desiderius, atque inhianter decertabat, quatenus ipsi filii ejusdem Carolomanni regnum Francorum arripuissent. Et ob hoc ipsum sanctissimum præsulem ad se properandum seducere conabatur: ut ipsos antefati Carolomanni filios reges ungeret; cupiens divisionem in regno Francorum immittere, ipsumque beatissimum pontificem [b] a charitate & dilectione excellentissimi Caroli regis Francorum, & patricii Romanorum separare, & Romanam urbem cunctamque Italiam sui regni Langobardorum potestati subjuga-

VARIANTES LECTIONES

c Iidem *juxta quod*. d Vat. 1. *detenuerunt*, uti alibi.

IX. a Vat. IV. hæc ita compendio refert: *Eodem itaque tempore contigit, ut Carolomannus rex Francorum ad eumdem regem Langobardorum fugam arripuisse cum Autcario: & ob hoc conabatur deducere præsulem ad se, ut eum in regem inungeret; cupiens divisionem mittere in regno Francorum, ipsumque* &c. b Idem Vat. IV. *a Karitate*.

Quo-

NOTÆ

VIII. 1. DOMNUS STEPHANUS, PAULUS, ET ITIDEM STEPHANUS) Domnus appellatio horifica summis tantum Pontificibus, & Imperatoribus in Libro Pontificali delata. Vid. Glossarium I. Tom.

IX. 1. UXOREM ET FILIOS QUONDAM CAROLOMANNI &c.) Mortuo Carolomanno Francorum rege anno 771. *Gilberga illius uxor cum duobus parvulis, & paucis principibus de parte viri sui Italiam petiit, & ad Desiderium regem Langobardorum pervenit:* inquit Annalista Metensis.

PER

jugare. Sed favente Deo hoc nullo modo potuit impetrare. [c] Quoniam, ſicut lapis adamas, ita firmus [d] ac fortiſſimus in ſuo corde antefatus beatiſsimus Hadrianus exſtitit pontifex. prænominatus ſiquidem Paulus cubicularius ſuperiſta, adhuc apud eumdem Deſiderium exiſtens, firmiter ei promittebat, ſe ipſum beatiſsimum papam ad eum deducere, dicens: *quod ſi etiam in ejus pedibus funem me adhibere convenerit, eum qualiter potuero, ad tuam deducam præſentiam.* Sicque factum eſt, ut eodem Paulo in eodem itinere exiſtente, palam omnibus fieret, qualiter necare feciſſet Sergium ſecundicerium, qui cæcus in cellario erat. Et metuens iſdem ſanctiſsimus præſul, ne ejuſmodi nuntium ad aures ipſius perſonuiſſet Pauli, & aut ad eumdem regem reverteretur, aut etiam in fines Langobardorum ab ipſo itinere declinaret, & aliquam malitiam amplius cum eodem Deſiderio in finibus Romanorum, atque exarchatus Ravennatium perpetraret, dum nimis dilectus illi ac fidelis exiſtebat; ob hoc direxit antefatus ſanctiſsimus papa clam nimiſque ſecrete Leoni archiepiſcopo Ravennatium civitatis [2] per Julianum tribunum, ut dum reverteretur ipſe Paulus a Deſiderio, eum ſive in Ravenna, ſive in Arimino detinuiſſet: quod & factum eſt. Revertente enim eo ex eodem itinere, in Arimino comprehenſus atque in cuſtodia eſt detentus.

X. Tunc iſdem beatiſsimus pontifex cœpit curioſe antefati Sergii ſecundicerii mortem inquirere: convocanſque [1] cunctos [a] cellerarios, ſubtilius eos [b] perſcrutatur, quomodo

VARIANTES LECTIONES

c *Quoniam, ſicut lapis* &c.) Hæc & reliqua ad finem uſque num. XVIII. Vat. IV. non legit. *d ac fortiſſimus in ſuo corde antefatus beatiſſimus*) ex Vat. III. expleta iſta ſunt.

X. *a* Codices editi male, *cellarios*, Vat. I. *cellararios*. *b* Idem, *perſcrutavit*.

NOTÆ

2. PER JULIANUM TRIBUNUM) unum ex tribus a Leone archiepiſcopo Ravennate ad Hadrianum miſſis, opem adverſus Deſiderium poſtulaturis.

X. 1. CUNCTOS CELLERARIOS) quibus cura demandata cellarii Lateranenſis, ſcilicet cuſtodes & diſpenſatores penuarii pontificii.

modo ipse Sergius ab eodem cellario abstractus fuisset. Qui respondentes dixerunt: quia prima noctis hora veniens [c] Calvenzulus cubicularius cum [d] Lunissone presbytero & Leonatio tribuno, habitatoribus civitatis Anagninæ, ipse eumdem Sergium abstulit, vivente domno Stephano papa, ante octo dies quam de hac luce migrasset, & [2] præfatis [e] Campaninis illum tradidit. Confestimque deductus est ad medium isdem cubicularius: & inquisitus; quis illi præcepisset, eumdem Sergium a præfato [f] abstrahere cellario, & prænominatis Campaninis tradendum? respondit, a Paulo cubiculario, cognomento Afiarta, & Gregorio defensore regionario, & Johanne duce, germano domni Stephani papæ, atque a Calvulo cubiculario sibi hoc fuisse [g] præceptum coram eisdem Campaninis.

XI. Dirigensque isdem sanctissimus præsul suos missos in Campaniam in civitatem Anagninam, adduci fecit prædictos Lunissonem & Leonatium. Qui præsentati Apostolicis obtutibus, fortiterque constricti, confessi sunt; dicentes, quod a prænominato Paulo cubiculario & Gregorio defensore regionario, seu Johanne germano præfati domni Stephani papæ & Calvulo item cubiculario & maligno consentaneo sæpefati Pauli, illis præceptum fuisset, prænominatum Sergium abstollendum ac interficiendum. Protinus direxit ipse sanctissimus pontifex cum prænominatis Campaninis suos fidelissimos [a] ministros, ut demonstrarent locum, ubi ipsum

VARIANTES LECTIONES

vit. *c* Vat. I. & vulgati, *Calventinus*, Flor. ut in contextu. *d* Alex. II. ita, Vat. III. *Lunisone*, Flor. *Lususone*, infra vero, *Lunisonem*, ut Vat. III. editi *Tunissone*. *e* Pto, *Campanis*, uti supra, atque etiam infra. *f* Alex. II. *abstrahendum*, libri editi, *abstrahi*, Flor. ut in contextu. *g* Sic Alex. II. In editis legitur: *præceptum*, *tradi eisdem Campanis*.

XI. *a* Vat. III. *missos*.

editi,

N O T Æ

2. PRÆFATIS CAMPANINIS) Lunissoni presbytero & Leonatio tribuno ex civitate Anagniæ: hæc sita est in Campania Romana ab urbe Roma distans XXXVII. M. P.

USQUE

ipſum Sergium interfecerunt atque ſepelierunt: & properantes venerunt [1] uſque in [b] Merulanam ad arcum depictum, [c] qui eſt ſecus viam, quæ ducit ad eccleſiam ſanctæ Dei genitricis ad præſepe: ibique juxta eumdem arcum aperientes unam ſepulturam, demonſtraverunt, corpus ipſius Sergii repoſitum, fune ejus guttur conſtrictum, atque ictibus totum corpus ejus vulneratum: [d] unde dubium non eſt, ſuffocatum ac ſemivivum fuiſſe terra obrutum.

XII. Quod cernentes univerſi primates eccleſiæ, ac judices militiæ; aſcendentes unanimiter cum univerſo populo in Lateranenſe patriarchium, proſtrati Apoſtolicis veſtigiis obnixe eumdem almificum pontificem deprecati ſunt, ut vindictam atque emendationem fieri præcepiſſet de tanto inaudito piaculo: in eo, quod præſumpſiſſent [a] cæcum hominem, ſæpius tormentis concrematum, crudeliter interficere. quod nunquam factum legitur: adſerentes, quia ſi talis flagitii reatus non expiaretur, nimis ipſa [b] inſanæ temeritatis præſumptio in hac Romana urbe pullularet: aſſumentes ex hoc audaciam perverſi homines, ut [c] tentarent pejora perpetrare.

XIII. Tunc præfatus ſanctiſſimus præſul [a] inclinatus precibus judicum & univerſi populi Romani, juſſit contradere antefatum Calvulum cubicularium & prænominatos Campaninos [1] præfecto urbis; ut more [b] homicidarum eos coram uni-

VARIANTES LECTIONES

b editi, *Merolanam*. *c* Iidem, *quem ſecus viam*. *d* Vat. I. & libri editi, *non dubie eſt*: Flor. aliique, ut in contextu.

XII. *a* Male codices editi, *ſecum*. *b* Iidem cum Vat. I. *impia*, Vat. III. & Flor. ut in contextu. *c* Vat. I. *temptarent*.

XIII. *a* (*inclinatus*) Vox iſta, quæ in editis, deſideratur, ex Vat. III. & Flor. præſertim accedit. *b* Vat. I. *homicidantium*.

cle-

NOTÆ

XI. I. USQUE IN MERULANAM AD ARCUM DEPICTUM) Merulana regio erat montium juxta viam, qua itur a S. Maria Majori ad Lateranum. Eo temporis locum illum ſpectabilem forte reddebat arcus depictus.

XIII. I. PRÆFECTO URBIS) Cujus nempe munus per ea tempora erat cri-

universo populo Romano examinaret. [2] Deductique [c] elephanto in carcerem publicum, illic coram universo populo examinati sunt. Sicque ipsi Campanini sicut prius ita & in eadem examinatione confessi sunt. Calvulus vero obdurans cor suum, vix confessus est, ita se omnia esse; qui tamen in eodem carcere crudeli morte amisit spiritum. Pro vero amputandis tantis intolerabilibus [d] flagitiis & reatibus, missi sunt ipsi Campanini Constantinopolim in exilium.

XIV. Post hæc jussit antefatus beatissimus papa abstolli corpora Christophori & prænominati Sergii ejus filii: eaque cum honore in ecclesia beati Petri fecit sepeliri. Gesta vero examinationis, qualiter proprii reatus noxam confessi sunt jam dictus Calvulus cubicularius & prænominati Campanini, direxit antefatus almificus pontifex Ravennam; ut eidem Paulo omnia per ordinem [a] relegerentur. Suscipiens vero Leo archiepiscopus Ravennatium eadem gesta, confestim sine auctoritate Apostolica tradidit eumdem Paulum [1] consulari Ravennatium urbis: examinatusque coram omnibus [b] Ravinianis, eadem acta illi relecta sunt: sicque se reum manifestans, tanti piaculi confessus est se perpetrasse noxam. Ita vero isdem Paulus examinatus est. [c] Quin etiam nec scientia exinde data est præfato sanctissimo pontifici

fici

VARIANTES LECTIONES

c elephanto) Sic Vat. I. quæ vox neque in Vat. III. neque in Cod. Flor. apparet.
d Vat. I. cum editis, *flagitii reatibus*.

XIV. *a* Vat. III. *redicerentur*, Vat. I. *redigerentur*. *b* Vulgati codices, *Ravennatibus*. *c* Flor. *qui*.

In

NOTÆ

crimina cognoscere, reos ad examen vocare, deque iis pœnas debitas sumere.

2. DEDUCTIQUE ELEPHANTO IN CARCEREM PUBLICUM) ex simulacro elephanti juxta posito nomen inditum carceri. Ex Cassiodorio Nardinus refert, elephantes æreos fuisse in via sacra, ad cujus initium carcer fuisse creditur.

XIV. 1. CONSULARI RAVENNATIUM URBIS) Sublatis exarchis, abrogataque omni potestate Imperii Orientalis, in Ravenna novus hic magistratus primum occurrit *consularis*, cui in sontes animadvertendi conlatum jus ab archiepiscopo Ravennatum. De hoc magistratu nullum verbum apud Rubeum in hist. Ravenn.

SI-

ſici neque ab archiepiſcopo, neque a quibuſdam Ravinianis: ſed per alios hoc ejus ſanctitas agnovit.

XV. Dum vero [a] hæc agerentur, cupiens ipſe præcipuus paſtor & egregius pontifex ſalvare animam jam dicti Pauli, ne in æternum periret, adſcribi fecit ſuggeſtionem ſuam Conſtantino & Leoni Auguſtis magniſque Imperatoribus; ſignificans de ipſius Sergii cæci impia morte, atque deprecans eorum Imperialem clementiam, ut [b] pro emendatione tanti reatus ipſum Paulum ſuſcipi, & in ipſis Græciæ partibus in exilio mancipatum retineri præcepiſſent. Direxitque [c] eamdem ſuggeſtionem ejus ter beatitudo Leoni archiepiſcopo, ut ipſum Paulum Conſtantinopolim in exilio, ſive per Venetias, ſive [d] per alium, qualiter potuiſſet, locum, dirigeret cum præfata Apoſtolica ſuggeſtione. Ipſe vero archiepiſcopus inſidians vehementer eidem Paulo, adhibuit impiam occaſionem; dirigens eidem præcipuo pontifici in reſponſis: [e] *expedibile minime eſſe, eumdem Paulum illuc* [f] *dirigere in eo, quod Deſiderius Langobardorum rex* [1] *filium Mauricii ducis Venetiarum apud ſe captum detineret. ne ipſe Mauricius filium ſuum cupiens ab eodem rege recipere, eumdem Paulum* [g] *illi vicarium traderet*. Ecce qualem occaſionem ipſe archiepiſcopus eccleſiæ Ravennatium callide adhibuit, ut ipſum Paulum extinguere valeret: ſicque remiſit ad Apoſtolicam ſedem ſuggeſtionem illam.

XVI. Poſt hæc vero cum ipſe ſanctiſsimus præſul direxiſſet

ſet

VARIANTES LECTIONES

XV. *a* In editis, *hoc ageretur*. *b* Iidem, *ad emendationem*. *c* Vat. III. *hanc ſuggeſtionem*. *d* Vat. I. *ad eumdem, qualiter*, editi, *aliunde, qualiter*. *e* Iidem, *expedile*. *f* Vat. III. & Flor. *dirigi*. *g* Flor. *illius*.

Vat. I.

NOTÆ

XV. 1. FILIUM MAURICII DUCIS VENETIARUM APUD SE CAPTUM DETINERET) Mauricius iſte cognomine Calbo ducatum Venetiarum tenuit anno 761. uſque ad annum 787. quo tempore Joannem filium e manibus Deſiderii regis ereptum, populo annuente, in ſocietatem principatus vocavit.

18

ſet Gregorium ſaccellarium ſuum ad Deſiderium Langobardorum regem deprecationis atque adhortationis cauſa pro reſtituendis præfatis ab eo ablatis civitatibus, præcepit ei, ut firmiter [a] proteſtaretur Leonem archiepiſcopum, [b] quatenus ſalvum eumdem conſervare ſtuderet Paulum: & dum reverteretur a Ticino, ſecum eum huc Romam reduceret. Dumque præfatus Gregorius ſaccellarius in Ravennatium [c] properaret urbem, conſtanter ac firmiter [d] proteſtatus eſt ante præfatum archiepiſcopum & cunctos judices Ravinianos ex præceptione Apoſtolica, [1] in præſentia Anualdi, chartularii tunc ibi exiſtentis [e] civitatis Romanæ: qui [f] eodem miſſus erat ab Apoſtolica ſede, ſalvum atque incolumem ipſum Paulum conſervandum, donec a Ticino reverteretur; [g] aſſerens, ſibi fuiſſe præceptum ab Apoſtolica poteſtate, eum ſecum Romam deportandum, & Apoſtolicis ſalvum præſentandum obtutibus. Hæc vero ipſum proteſtans archiepiſcopum, cœptum Ticinum profectus eſt iter: & continuo prænominatus archiepiſcopus, accerſito conſulare Ravennatium civitatis, præcepit ei, ut ipſum [h] interficeret Paulum.

XVII. Et dum reverſus fuiſſet ſæpefatus ſaccellarius [a] Ticino Ravennamque conjungeret, invenit prænominatum Paulum jam interfectum: pro quo nimis increpavit archiepiſcopum eumdem, cur præſumpſiſſet contra Apoſtolicum præceptum taliter de eodem Paulo agere? Poſt aliquantos itaque dies propria conſcientia iſdem archiepiſco-

pus

VARIANTES LECTIONES

XVI. *a* Vat. I. & Flor. *protextaret*. *b* Idem Flor. ita: quidam alii cum editis, *quatenus eum conſervare* &c. *c* Editi cum Vat. I. *properaſſet* *d* Vat. I. *proteſtavit*. *e* editi, *civis Romani*. *f* Vat. I. *ibidem*. *g* Idem, *adſerens*. *h* Idem, *interficiendum*.

XVII. *a a Ticino*) Ex Vat. III. & Flor. iſta adjecimus, quæ in Vat. I. & in vulgatis omiſſa ſunt.

moni-

N O T Æ

XVI. I. IN PRÆSENTIA ANUALDI CHARTULARII &c.) Chartularius, qui ſcripturas publicas curat, idem ac cancellarius & notarius. Vid. in Stephano III. num. IX.

II.

pus territus, direxit prænominato sanctissimo papæ per Julianum tribunum suum missum, deprecans, Apostolicas sibi dirigi [1] literas consolationis [b] modo: quasi [c] nulla illi reputaretur culpa de ejusdem Pauli morte, in eo quod sanguis innocentis ultus fuisset. Sed nullo modo potuit ipsum sanctissimum [d] pontificem declinare; ita illi dirigens in responsis: quod *ipse videat, quid in eodem Paulo operatus est. Nam certe ego [2] animam ejus cupiens salvare, pœnitentiæ cum submitti decreveram, ideo meum saccellarium direxi, huc Romam eum deferendum.*

XVIII. Siquidem [a] prænominatus Desiderius Langobardorum rex, superbiæ & jactantiæ fastu levatus, qua hora præfatas civitates exarchatus Ravennatium abstulit, confestim direxit multitudinem [b] exercituum, & occupare fecit [1] fines civitatum, id est [c 2] Senogalliensis, Aesis, Montisferetri, Urbini, Eugubii, & ceterarum civitatum Romanorum: plura homicidia, & deprædationes atque incendia in ipsis finibus perpetrantes. Nam [3] in civitatem [d] Bleranam dirigens generalem exercitum partium Tusciæ, dum ipsi Blerani in fiducia pacis ad recolligendas proprias segetes generali-

VARIANTES LECTIONES

b monita habent editi, eo quod in Vat. I. vox ea *modo* ita compendio scribitur, *m̊*. *c* Iidem, *nulla illius putaretur* &c. *d* Iidem, *papam pontificem*.

XVIII. *a* Vat. III. & Flor. ita, alii, *nominatus*, ut in editis. *b* Vat. I. *exercitus*, Vat. IV. *militum exercituum*. *c* Idem Vat. I. *Synogaliensis*, *Esis*, *Monteferetre*, *Orbino*, *Eugubio*, Vat. IV. *Montisfereteri*, *Orbini*, *Eugubii*, Alex. II. *Senogalliensis*, *aÆsis*, ut in contextu, *Montesferetræ* &c. *d* Vat. IV. *Bledanam*, & infra, *Bledani*: ceteri, ut in contextu.

MSS.

N O T Æ

XVII. 1. LITERAS CONSOLATIONIS MODO) non increpatorias, sed potius condonatorias, & gratulatorias.

2. ANIMAM EJUS CUPIENS SALVARE) digna Romano pontifice mansuetudo.

XVIII. 1. FINES CIVITATUM &c.) nempe territoria, agros, & prædia.

2. SENOGALLIENSIS, ÆSIS, MONTISFERETRI, URBINI, EUGUBII, nunc *Sinigaglia*, *Jesi*, *Montefeltro*, *Urbino*, *Gubbio*.

3. IN CIVITATEM BLERANAM) Blera oppidum Tusciæ, de quo in Sabiniano num. I. & in Gregorio II. num. XXIII. hodie *Bieda*.

CA-

raliter cum mulieribus & filiis, atque familiis egrederentur; irruerunt repente super eos ipsi Langobardi, & cunctos primates, quanti [e] utiles in eadem civitate erant, interfecerunt, & prædam multam tam de hominibus, quam de peculiis abstulerunt; ferro & igne cuncta in circuitu devastantes. Sed & in finibus Romanæ urbis ceterarumve civitatum multa mala ac deprædationes isdem Desiderius perpetrare jussit: etiam & [4] castrum Utriculum occupare [f] fecit. Unde sæpius atque sæpius ipse beatissimus præsul tam per [g] obsecratorias literas, quamque per missos eidem Desiderio direxit; deprecans eum, ut a tantis malis resipisceret, & eas, quas abstulerat, civitates redderet. Ille vero non solum easdem, [h] quas occupaverat, civitates minime reddere est inclinatus: sed nec ab eadem malitia recedere voluit; non cessans crudeliter multa atque intolerabilia mala finibus Romanorum, ut dictum est, [i] ingerere.

XIX. Tunc præfatus sanctissimus pontifex accersiri faciens [a] [1] Probatum religiosum abbatem monasterii sanctæ Dei genitricis, siti in territorio [b] Sabinensi, cum viginti senioribus Dei servis monachis, direxit eos ad eumdem Desiderium deprecationis causa. Quibus ad eum properantibus, ut ipsi Dei famuli retulerunt, ejus pedibus provoluti coram judi-

VARIANTES LECTIONES

e MSS. codices ita, editi, *utiliter*. *f* Vat. I. cum vulgatis, *jussit*. *g* Editi tantum, *obsecrationis literas*. *h* Vat. IV. *quas abstulit*. *i* Vat. I. *ingerendum*, Vat. IV. *ingerendo*.

XIX. *a* Vat. III. & Flor. *Probatum*, male in editis legitur, *præfatum*. *b* Vat. I. *Savinense*.

Idem,

NOTÆ

4. CASTRUM UTRICULUM) Locus haud ignobilis Vejum inter & Narniam positus.

XIX. 1. PROBATUM RELIGIOSUM ABBATEM &c.) Hujus Probati mentio habetur in duobus Indiculis ex codicibus monasterii Farfensis a Mabillonio descriptis, & in tom. I. Musei Italici editis: in quorum primo legitur *Anno* DCCLXX. *Probatus Abbas*: & in altero: *Probatus presbyter & Abbas ex provincia Sabinensi temporibus Desiderii & Adelichi regum, & Hadriani papæ, & Theoderici & Hildeprandi ducum, & Karoli regis: præfuit ann.* XI. *mens.* IV. *dies* XV. *obiit* 4. *Idus Augusti*.

AN-

judicibus Langobardorum, cum lacrimis ex persona antefati Vicarii beati Petri [c] eumdem deprecati sunt, ut a tantis malis resipisceret, & præfatas, quas [d] abstulit, civitates beato Petro redderet. Sed nequaquam ejus lapideum cor [e] flectere valuerunt.

XX. [a] Dirigensque suos missos isdem Desiderius ad antefatum beatissimum pontificem, id est, [1] Andream referendarium, & Stabilem ducem, ut se cum eo pariter ad loquendum deberet [b] conjungere: quos suscipiens isdem almificus pastor, ita eis respondit, inquiens: *Sic regi vestro ex mea persona satisfacite, me vobis firmiter coram Deo omnipotente promittente; quia si prædictas civitates beati Petri, quas tempore meo abstulit, mihi reddiderit, continuo [c] sive Ticini voluerit, sive Ravennæ, sive Perusiæ, sive hic Romæ, vel etiam ubi illi [d] placibile fuerit, ad ejus properabo præsentiam, ad cum eo pariter me conjungendum atque colloquendum quæ ad salutem populi Dei utrarumque partium respiciunt; etsi forsan de hoc dubitationem habuerit, me cum eo minime debere conjungi. Postquam ipsas civitates reddiderit, si me cum ipso non conjunxero ad loquendum, licentiam [e] habeat eas denuo occupandi. Nam si prius ipsas civitates non reddiderit, [f] & justitias nobis minime fecerit, sciat pro certo, quod meam nequaquam [g] faciem videbit. [h] Unde & se-*

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *eum deprecantes*. *d* Vat. III. & Flor. *abstulerat*. *e* Vat. I. *deflectere*.

XX. *a* Flor. ita: nonnulli vero Cod. MSS. legunt, *direxit etiam sæpius*. *b* Vat. I. ut in editis, *conjungi*. *c* Idem, *sive Ticino voluerit, sive Ravenna, sive Perusia, sive hic Roma*, editi vocem illam, *voluerit*, non agnoscunt. *d* Iidem, *placitum*, Vat. IV. & Flor. *placabile*, Vat. III. aliique, ut in contextu. *e* Vat. I. *habet*, Vat. IV. *habebis*. *f* Vat. I. *& justitiam*, ut in vulgatis, Vat. IV. *& justitias minime fecerit*. *g* Idem, *fatiem*. *h* In editis, *Unde ecce sequipedes vestros* &c.

Vat. IV.

NOTÆ

XX. 1. ANDREAM REFERENDARIUM) Referendarius est cancellarius regis, qui publicas conscriptiones annulo, seu sigillo regis munit, & firmat: ex Altaserra.

[2] *& sequipedes vestros dirigere studebo meos missos ad eumdem vestrum regem, qui easdem recipiant, si reddere voluerit, civitates, & de praesenti, qua hora mei missi, receptis eisdem civitatibus, ad me hoc ipsum nunciantes reversi fuerint; continuo ad ejus, ubi voluerit, ut dictum est, properabo praesentiam ad simul cum eo loquendum.*

XXI. Ipsisque Langobardorum missis properantibus atque ad suum revertentibus regem, direxit ejus ter beatitudo continuo ad eumdem Desiderium regem suos missos ad easdem recipiendas civitates, scilicet Pardum religiosum [a] [1] egumenum monasterio beati Sabae, & Anastasium primum defensorem: praesentatique ejus obtutibus & ipsi pedibus ejus [b] corruentes, lacrimis profusis eum [c] deprecati sunt, ut antedictas redderet civitates; promittentes ei per Apostolicam auctoritatem [d] sub jurejurando, quia si eas reddidisset, statim praenominatus almificus pontifex [e] ad eum festinaret [f] venire cito ad colloquendum pariter. Sed per nullam rationem ejus ferreum pectus & durissimam mentem mollire potuerunt: nihilque recipientes, sine effectu reversi sunt. Tamen non desistebat antedictus pontifex suos missos ad eum pro hoc ipso dirigere tam de sacerdotibus, quamque de singulis religiosi habitus ordinibus. Sed nihil apud eum impetrare valuerunt. Sed potius permanens in sua iniquitate, multa civitatibus ac finibus Romanorum inferre faciebat ex omni parte mala: [g] & insuper magnas commina-

VARIANTES LECTIONES

XXI. *a* Vat. IV. *monachum sancti Sabae*, in editis, *egumenum praefectum*, Vat. I. ut in contextu. *b* Vat. IV. *convoluti*. *c* Editi, *deprecantes*. *d* Vat. I. *sub jusjurandum*. *e* Vat. I. *ad eum properaret*. *f* Vat. I. & III. *proficiscendum & colloquendum pariter*, Vat. IV. ut in contextu. *g* Sic Vat. III. alii cum editis, & *magnas*. Vat. IV.

NOTAE

2. SEQUIPEDES VESTROS) qui vos sequuntur, qui vestris vestigiis inhaerent.

XXI. 1. EGUMENUM MONASTERIO BEATI SABAE) Egumenus a voce graeca ἡγούμενος, qui est praepositus monasterio, seu prior claustralis sub abbate.

UT

minationes dirigens eidem præcipuo pontifici, ſe cum univerſis Langobardorum exercitibus properaturum ad Romanam civitatem conſtringendam: pro quo in nimio fletu ipſe ſanctiſſimus pontifex cum ſuo populo poſitus, portas civitatis Romanæ claudi juſſit, & alias ex eis [b] fabricari fecit.

XXII. Et dum in magna anguſtia ac tribulatione conſiſteret, neceſſitate compulſus, direxit ſuos miſſos marino itinere cum Apoſtolicis literis ad excellentiſſimum [a] Carolum a Deo protectum regem Francorum & patricium Romanorum; deprecans ejus excellentiam, [1] ut ſicut ſuus pater ſanctæ memoriæ Pippinus, & ipſe ſuccurreret atque ſubveniret ſanctæ Dei eccleſiæ & afflictæ Romanorum ſeu exarchatus Ravennatium provinciæ, atque plenarias beati Petri [b] juſtitias & ablatas civitates ab eodem Deſiderio rege exigeret.

XXIII. At vero, dum per nullam occaſionis verſutiam potuiſſet iſdem malignus Deſiderius perſuadere antefatum ſanctiſſimum pontificem ad ſe deducendum, ut antefati [a] Carolomanni [b] filios reges [c] unxiſſet, & ipſum almificum pontificem a charitate & dilectione ſæpefati Chriſtianiſſimi Caroli Magni regis ſeparare valuiſſet. Tunc [d] pertinaci audacia egreſſus a ſuo palatio cum [e] Adalgiſo proprio filio & exercitu Langobardorum, deferens ſecum & uxorem & filios ſępedicti quondam Carolomanni, nec non & [f] Autcharium:

VARIANTES LECTIONES

b Vat. IV. *fabricare*.

XXII. *a* Vat. I. *Karolum*. *b* Idem, *juſtitias & abſtultas*, ut in vulgatis. Vat. IV. *juſtitias & ablatas*.

XXIII. *a* Male in editis, *Caroli Magni*. *b* Vat. IV. *filium regem*. *c* Vat. I. *uncxiſſet*. *d* Libri editi, *pertinacia & audacia*. *e* Vat. I. & Flor. *Adilgiſo*. *f* Vat. IV. *Audcarum*.

Vat. I.

NOTÆ

XXII. I. UT SICUT SUUS PATER SANCTÆ MEMORIÆ PIPPINUS) qui alpes tranſgreſſus, & Aiſtulpho rege ad reſtitutionem exarchatus compulſo, per Fulradum abbatem Stephano III. exarchatum cum omnibus civitatibus ad illum pertinentibus, perpetuo poſſidendum tradiderat.

rium: qui ad eum, ut dictum est, fugam arripuerant: hic vero Romam properare nitebatur [g] sine scientia antedicti pontificis; dirigens suos missos, scilicet prænominatum Andream referendarium, & alios duos ex suis judicibus ejus adventum denuntiantes. Quibus Romam conjungentibus, præsentatisque Apostolicis obtutibus, tale eis reddidit responsum: quod *nisi, ut jam ille promisit, reddiderit beato Petro civitates illas, quas sub meo tempore abstulit, & plenariam parti nostræ fecerit justitiam, nullo modo sit illi necesse* [h] *fatigationem sumendi; quia minime fieri potest, me prius cum illo præsentari.*

XXIV. Suscipiens vero isdem Desiderius hoc responsum, nequaquam exinde repedavit: sed cœptum Romam carpebat iter. Cujus jam adventum [a] appropinquasse cognoscens sanctissimus ipse præcipuus pastor; [b] aggregans universum populum Tusciæ, Campaniæ, & ducatus Perusini & aliquantos de civitatibus Pentapoleos, munivit hanc civitatem Romanam: omnesque armati parati erant, ut, si ipse rex adveniret, fortiter cum Dei auxilio & beati Petri, fulti orationibus prædicti sanctissimi præsulis, illi [c] resisterent. Nam ecclesias beati Petri & Pauli [d] [1] exornare fecit ejus sanctitas, [2] & cuncta [e] earum cymilia & ornatus in hanc civitatem Romanam introduxit: claudi [f] fecit omnes januas ecclesiæ beati Petri, & deintus [g] ferris supponi ac muniri jussit: ut, si ipse protervus rex [h] sine licentia & permissu pontifi-

VARIANTES LECTIONES

g Vat. I. *sine conscientia*. *b* Vat. I. & IV. *fatigium*. Sic etiam Flor.
XXIV. *a* Vat. I. cum editis, *adpropinquantem*. *b* Idem, *adgregans*. *c* editi, *resistere*. *d* Vat. IV. *id est ornamenta abstulit* (quæ ex margine irrepserunt) *exornare fecit*. *e* Sic Vat. III. & Flor. alii, *eorum*. *f* Flor. ita, alii, *faciens*, ut in vulgatis. *g* Vat. IV. *ferris*. *b* Idem, *sine comitatu*.

Vat. IV.

NOTÆ

XXIV. 1. EXORNARE FECIT) nudare omni ornatu.
2. ET CUNCTA EARUM CYMILIA) scilicet vasa sacra, omnemque pretiosam supellectilem, ut in Honorio n. 1.

SA-

tificis advenisset, minime aditum in eamdem ecclesiam introeundi haberet: nisi brachio forti ad suæ animæ interitum ipsas confringeret januas.

XXV. Dumque hæc omnia [a] disposuisset, extemplo [1] facto in scriptis anathematis verbo, direxit eidem Desiderio regi tres episcopos, id est Eustratium Albanensem, Andream [b] Prænestinum, & Theodosium Tiburtinæ civitatis; protestans eum in eodem obligationis exhortationisque verbo, & adjurans per omnia divina mysteria, ut nullo modo [c] fines Romanorum sine ejus absolutione ingredi aut conculcare præsumpsisset neque ipse, neque quispiam Langobardorum, sed nec [d] Autcharius Francus. Susceptoque eodem obligationis verbo per antefatos episcopos ipse Langobardorum rex, illico cum magna reverentia a civitate [e] Viterbense confusus ad propria reversus est.

XXVI. Post hæc conjunxerunt ad sedem Apostolicam missi sæpedicti Caroli excellentissimi regis Francorum & patricii Romanorum, id est [a] Georgius sanctissimus episcopus, & [b] Gilfardus religiosus abbas & consiliarius, seu [c] [1] Alboinus deliciosus ipsius regis, inquirentes, si præfatus Langobardorum rex [d] ablatas civitates & omnes justitias beati Petri reddidisset, [e] sicut falso Francorum regi dirigebat, asserens,

VARIANTES LECTIONES

XXV. *a* Vat. IV. *dissolvisset*. *b* Vat. I. *Pranestem*. *c* Vulgati cum MSS. nonnullis, *in finibus*. *d* Vat. III. & Flor. *Eutarius*. *e* Vat. IV. *Interamnense*, editi, *Viterbiense*.

XXVI. *a* Flor. *Gregorius*. *b* Sic idem, Alex. II. *Wlfardus*, editi, *Gulfardus*. *c* Vat. I. & Alex. II. *Albuinus*, Vat. IV. *Albumius delitiosus*, Vat. III. & Flor. ut in contextu, libri editi, *Albinus*. *d* Vat. I. cum editis, *abstultas*, ut supra. *e* Flor. ita, alii, *sicut false in Franciam dirigebat*, ut in vul-

NOTÆ

XXV. 1. PACTO IN SCRIPTO ANATHEMATIS VERBO) En splendidum exemplum pontificiæ potestatis exercitæ in violantes jura Romanæ ecclesiæ. Papa Hadrianus sententiam excommunicationis scribit in Desiderium, si auderet hostiliter ingredi fines Romanorum, scriptamque tradit suis legatis perferendam regi.

XXVI. 1. ALBOINUS DELICIOSUS IPSIUS REGIS) Deliciosus is dicitur, qui valet gratia apud principem, qui est ad aures principis, dictus propterea etiam *auricularius*.

CUM

rens, se omnia reddidisse. [f] Et satisfactum est eis præsentialiter, nihil ab eo redditum fuisse. Quibus referens isdem præcipuus pontifex cuncta, quæ gesta erant, eos in Franciam absolvit remeandos, dirigens [g] cum eis suos [h] missos ad præfatum excellentissimum Francorum regem [1] cum Apostolicis [i] admonitionum syllabis; adjurans eum fortiter, ut ea, quæ beato Petro cum suo genitore sanctæ memoriæ Pippino rege pollicitus est, adimpleret, & redemptionem sanctæ Dei ecclesiæ perficeret, seu universa, quæ [k] ablata sunt a perfido Langobardorum rege, tam civitates, quam reliquas justitias [l] sine certamine reddere beato Petro principi Apostolorum [m] faceret.

XXVII. Ipsi itaque Francorum [a] missi properantes cum Apostolicæ sedis [b] missis, declinaverunt ad prænominatum Desiderium. Qui & constanter eum deprecantes adhortati sunt, sicut illis a suo rege præceptum [c] extiterat, ut antefatas, quas abstulerat civitates, pacifice beato Petro redderet, & [d] justitias parti Romanorum faceret. Sed minime quicquam horum apud eum obtinere valuerunt, asserens, se minime quicquam redditurum. Acccepto vero hoc responso, reversi sunt ipsi antefati missi Francorum in regionem suam; properantes simul & Apostolicæ sedis missi, subtilius cuncta referentes, & de maligno proposito prænominati Desiderii adnuntiantes antefato excellentissimo, & a Deo protecto [e] Carolo Magno regi.

Con-

VARIANTES LECTIONES

vulgatis. *f* In editis, *& satisfacti sunt*, Vat. IV. aliique, ut in contextu. *g* Editi, *cum eo*. *h* Vat. IV. *nuntios*. *i* Id.m, *ammonitionum sigillis*. *k* Vat. I. *abstulta sunt*. *l* Vat. IV. *suo certamine*. *m* Editi cum Vat. I. *fecisset*.

XXVII. *a* Vat. IV. *nuntii*. *b* Idem, *legatis*. *c* Vat. I. ut in editis, *extitit*. *d* Vat. III. *justitiam*. *e* Vat. IV. *Carulo*, ac sic deinceps.

Vat. IV.

NOTÆ

1. CUM APOSTOLICIS ADMONITIONUM SYLLABIS) syllabæ hic sumuntur pro literis; quum ex syllabis literæ constent. Literæ admonitionum idem sunt ac literæ admonitoriæ, de quibus supra in Stephano III. num. XXVIII.

QUA-

XXVIII. Confeſtim iſdem mitiſſimus & vere Chriſtianiſſimus Carolus Francorum rex direxit eidem Deſiderio ſuos [a] miſſos, deprecans, ut eaſdem, quas abſtulerat, civitates pacifice redderet, & plenarias parti Romanorum faceret juſtitias. promittens inſuper ei tribui [b 1] quatuordecim millia auri ſolidorum quantitatem in auro & argento. Sed neque deprecationibus neque muneribus ejus ferociſsimum cor flectere valuit. nihil enim obtinentes ipſi miſſi Francorum, ad præfatum ſuum Chriſtianiſſimum regreſſi ſunt regem.

XXIX. [a] Tunc aggregans ipſe a Deo protectus Carolus Magnus rex univerſam regni ſui Francorum [b] exercituum multitudinem, atque ad occupandas [c 1] cunctas cluſas ex eodem ſuo exercitu dirigens, ipſe quoque cum plurimis fortiſſimis bellatoribus Francis [2] per montem [d] Ciniſem ad eaſdem [e] appropinquavit cluſas, & remotus in finibus Francorum cum ſuis exercitibus reſedit. Jam dictus vero Deſiderius, & univerſa Langobardorum exercituum multitudo ad reſi-

VARIANTES LECTIONES

XXVIII. *a* Vat. IV. *nuntios*, in Vat. III. trium verſuum lacuna eſt, ubi nomina miſſorum ſcribenda erant, ut Holſtenius etiam prænotavit. *b* Vat. IV. *quatuordecim millia ſolidorum in auro & argento*.

XXIX. *a* Vat. I. *Tunc adgregans is ipſe*. *b* Vat. IV. *exercitus*. *c* Flor. ita Vat. III. *clauſas*. *d* Iidem, *Seniſem*, editi, *Ciniſium*, Vat. I. ut in contextu. *e* Vat. I. *adpropinquavit*.

Idem,

NOTÆ

XXVIII. 1. QUATUORDICIM MILLIA AURI SOLIDORUM) In Gloſſario I. Partis dicitur: *ſolidus monetæ ſpecies julio hodie Romano, & parti ejus quartæ reſpondens*. Ad paginam vero 79. in S. Silveſtro num. X. ad quam appellat Gloſſarium, dicitur: *ſolidi ſinguli ſcuto fere aureo æquipollebant*: ſcutum vero aureum non reſpondet julio Romano & parti ejus quartæ; ſed juliis ſexdecim cum dimidio. Ideo vid. quæ de ſolidorum valore ſubjiciuntur in Gregorio II. num XXV. Per me ſolidus aureus valet julios XXII. Propterea Carolus Magnus exhibens quatuordecim millia auri ſolidorum Deſiderio, exhibebat illi CCCVIII. millia juliorum, nempe XXXVIII. millia ſcutor. argenteorum.

XXXIX. 1. CUNCTAS CLUSAS) Cluſæ ſunt anguſtiſſimæ fauces, ſeu viæ inter alpes, per quas a Gallia in Italiam deſcenditur, ut in Stephano II. num. XXIV.

2. PER MONTEM CINISEM) Ciniſius mons eſt in mediis alpibus, reliquis procerior, a quo Gallia a Sabaudia diſterminatur.

IN

resistendum fortiter in ipsis clusis [f] assistebant: quas fabricis & diversis maceriis curiose munire [g] visi sunt.

XXX. At vero qua hora prænominatus Christianissimus Francorum rex ad easdem [a] approximavit clusas, illico suos denuo [b] missos ad præfatum direxit Desiderium, deprecans, sicut pridem, ut quantitatem prædictorum solidorum susciperet rex, & easdem pacifice redderet civitates. Sed nequaquam penitus adquiescere [c] voluit. & dum in tanta duritia ipse protervus permaneret rex Desiderius; cupiens antedictus Christianissimus Francorum rex pacifice justitias beati Petri recipere, direxit eidem Langobardorum regi, ut solummodo tres obsides, Langobardorum judicum filios, illi tradidisset pro ipsis restituendis civitatibus: & continuo sine ulla [d] inferta malitia, aut commisso prelio ad propria cum suis Francorum exercitibus reverteretur.

XXXI. Sed neque sic valuit ejus malignam mentem flectere. Unde omnipotens Deus conspiciens ipsius maligni Desiderii iniquam perfidiam atque intolerabilem protervium, dum vellent Franci alio die ad propria reverti, misit terrorem & validam trepidationem in cor ejus, vel filii ejus, [a] Adalgisi scilicet, & universorum Langobardorum: & eadem nocte, dimissis propriis tentoriis atque omni supellectile, fugam omnes generaliter, nemine eos persequente, arripuerunt. Quod cernentes exercitus Francorum, persecuti sunt eos, & plures ex eis interfecerunt. Ipse vero Desiderius quantocyus cum suis judicibus velociori cursu fugiens, atque Papiam conjungens, ibidem se cum ipsis suis judicibus & multitudine populi Langobardorum recludi studuit: & muniens muros ipsius civitatis, ad resistendum Francorum exercitibus, & propriam defendendam civita-

VARIANTES LECTIONES

f Idem, *adsistebant*. *g* Editi, *nisi sunt*.

XXX. *a* Vat. I. *adproximavit*. *b* Vat. IV. *nuntios*. *c* Vat. I. *maluit*. *d* pro *illata*, Alex. II. *inlata*, Flor. *infecta*.

XXXI. *a* Vat. III. *Adelgesil*, Flor. *Adilgisi*, Vat. I. ut in contexu.

Vat. I.

vitatem cum suis Langobardis se præparavit. [b] Adalgisus vero ejus filius [c] assumens secum [d] Autcharium Francum, & uxorem & filios sæpedicti [e] Carolomanni [1] in civitatem, quæ Verona nuncupatur, pro eo quod fortissima præ omnibus civitatibus Langobardorum esse [f] videretur, ingressus est.

XXXII. Porro Langobardorum reliqui dispersi, [a] in propria reversi sunt. Nam Spoletini & Reatini, aliquanti eorum utiles personæ, antequam Desiderius seu Langobardorum ejus exercitus ad clusas pergerent, illi ad beatum Petrum confugium facientes, prædicto sanctissimo pontifici Hadriano papæ se tradiderunt, & in fide ipsius principis Apostolorum atque prædicti sanctissimi pontificis jurantes, [1] more Romanorum [b] tonsurati sunt; ut etiam & reliqui omnes ex eodem ducatu Spoletino inhianter desiderabant [c] se tradere in servitio beati Petri sanctæque Romanæ ecclesiæ: Sed metuentes suum regem, hoc nequaquam ausi sunt perpetrare. Unde dum [d] a clusis fugam arripuissent, [e] omnes qui exinde de diversis civitatibus ducatus Spoletini reversi [f] sunt, confestim generaliter ad prefatum almificum pontificem

VARIANTES LECTIONES

b Vat. I. *Adalgis*, Vat. III. *Aldegisus*, Flor. *Adelgis*. *c* Vat. I. *adsumens*. *d* Vat. III. & Flor. *Eucarium*. *e* Vat. I. *Caruli Magni*. *f* Idem, *videtur*, Vat. IV. *videbatur*.

XXXII. *a* Vat. III. & Flor. ita, reliqui, *in proprias reversi sunt civitates*, ut in vulgatis. *b* Vat. I. *tonsorati*, & sic deinceps. *c* In editis, *se tradendum*. *d* Vat. IV. *ad clausas*. *e* Vat. IV. & Flor. ita: Vat. I. ut in editis, *omnesque*. *f* Iidem, *essent*.

Vat. III.

NOTÆ

XXXI. 1. IN CIVITATEM, QUÆ VERONA NUNCUPATUR) Verona urbs celeberrima, quam Athesis praterluit, nunc Veneto dominio paret.

XXXII. 1. MORE ROMANORUM TONSURATI SUNT) Qui suberant Langobardis, ut Spoletini, & Reatini, nutriebant barbam & comam juxta morem gentis, quæ illis dominabatur: A longis autem barbis & ferro intactis Langobardi dicti sunt. Quum vero Romani in more haberent precedere tonsos & rasos, Spoletini & Reatini se subjicientes Romanis, sibi barbam & comam, in argumentum deditionis, præsiderunt.

cem confluentes advenerunt, ejusque provoluti pedibus, obnixe sanctam ipsius ter beatitudinem deprecati sunt, ut eos in servitio beati Petri sanctæque Romanæ ecclesiæ susciperet, & more Romanorum tonsurari faceret. Quos suscipiens, profectus est cum eis in ecclesiam beati Petri, & omnes unanimiter a magno usque ad parvum [g] [2] sub indiculo sacramenti jurejurando promiserunt eidem Dei Apostolo, in servitio ejus atque antedicti vicarii ipsius, sanctissimi Hadriani papæ, atque omnium successorum ejus pontificum fideliter se permansuros cum filiis & cuncta eorum generatione.

XXXIII. Tunc [a] post præstita sacramenta omnes more Romanorum tonsurati sunt. Et confestim ipse ter beatissimus bonus pastor & pater cum omnibus exultans, constituit eis ducem, quem ipsi propria voluntate sibi elegerunt, [1] scilicet [b] Hildeprandum nobilissimum, qui prius cum reliquis ad Apostolicam sedem [c] confugium fecerat. Et ita Deo annuente, prædictum ducatum Spoletinum generaliter [d] suo certamine isdem præcipuus pontifex sub jure & potestate beati Petri subjugavit. Sed & omnes habitatores tam ducatus Firmani, Auximani & Anconitani, [2] simulque & de castello [e] Felicitatis, & ipsi, dum a clusis Langobardorum fugientes reversi sunt; ad præfatum sanctissimum pontificem concurrentes, ejus se ter beatitudini tradiderunt. Præstitoque sacramento, in fide & servitio beati Petri, atque ejus vica-

VARIANTES LECTIONES.

g Vat. III. *sub indiculis*.

XXXIII. a Sic Flor. alii, *post præstitum sacramentum*. b Vat. III. *Ilbiprandum*, Vat IV. *Ildeprandum*. c Ita Vat. III. reliqui, *refugium*. d Sic Vat. IV. & Alex. II. forte legendum *sine certamine*, ut supra num. XXVI. e Vat. idem, *Felicitatis*.

Vat. IV.

NOTÆ

2. SUB INDICULO SACRAMENTI JUREJURANDO PROMISERANT) sub formula conceptis verbis præscripta.

XXXIII. 1. SCILICET HILDEPRANDUM NOBILISSIMUM) de quo in Zacharia num. XVII.

2. SIMULQUE ET DE CASTELLO FELICITATIS) castellum Felicitatis est ipsum Typhernum, vel castrum juxta Typhernum ad dexteram Tiberis positum.

PA-

vicarii antefati almifici Hadriani papæ, ſucceſſorumque ejus pontificum fideliter ſe permanſuros, more Romanorum tonſurati ſunt.

XXXIV. At vero ſæpefatus Chriſtianiſſimus Carolus Francorum rex movens cum ſuis generalibus exercitibus, atque [1] Papiam conjungens civitatem, eam ex omni parte circumdans vallavit: dirigenſque [a] continuo in Franciam, ibidem apud ſe Papiam adduci fecit [2] ſuam conjugem excellentiſſimam [b] Hildegardam & nobiliſſimos filios. Et dum [c] agnoviſſet, fugam arripuiſſe in Veronam prænominatum [d] Adalgiſum, relinquens plurimam partem ex ſuis exercitibus Papiæ, ipſe quoque cum aliquantis fortiſſimis Francis [e] ad eamdem Veronam properavit civitatem. Et dum illuc conjunxiſſet, protinus [f] Autcharius & uxor, atque filii ſæpius nominati [g] Carolomanni propria voluntate eidem benigniſſimo Carolo regi ſe tradiderunt: eoſque recipiens ejus excellentia, denuo repedavit Papiam. Qui confeſtim dirigens cuneos exercituum bellatorum, comprehendit diverſas civitates Langobardorum ultra Padum conſtitutas, ſuæque redegit poteſtati.

XXXV. Et dum per ſex menſium ſpatium ipſe Francorum rex Papiæ demoraretur in obſeſſione ipſius civitatis, ma-

VARIANTES LECTIONES

XXXIV. *a* Vat. IV. *concite*. *b* Vat. III. & IV. *Ildigardam*, Flor. *Illigardam*. *c* Vat. IV. *cognoviſſent*. *d* Vat. I. *Adilgis*, Flor. *Adelgis*, Vat. III *Adelgiſum*. *e* Sic Flor. alii, *in eamdem*. *f* Vat. III. *Eucarius*. *g* Vat. IV. *Karolimanni*. Editi,

N O T Æ

XXXIV. 1. PAPIAM CONJUGENS CIVITATEM, EAM EX OMNI PARTE CIRCUMDANS VALLAVIT) Id menſe Octobri accidit. Quum enim poſt ſex menſes Romam Carolus perrexerit, eoque pervenerit ad finem Martii, retro pergendo ad initium Octobris pervenimus.

2. SUAM CONJUGEM EXCELLENTISSIMAM HILDEGARDAM) Eginhartus de vita & geſtis Caroli Magni, hic (Carolus) *Hildegardim de gente Sueworum præcipuæ nobilitatis fœminam in matrimonium accepit, de qua tres filios, Carolum ſcilicet, Pippinum, & Ludovicum, totidemque filias Rotrudiam, Bertam, & Gislam genuit*.

magnum desiderium [a] habuit ad limina Apostolorum properandi; considerans, quod & [b] sacratissima [1] Paschalis festivitas [c] appropinquasset. Tunc [d] assumens secum diversos episcopos, abbates etiam & judices, [2] duces nempe & [e] grafiones cum plurimis exercitibus, huc Romam per Tusciæ partes properavit; ita enim festinanter adveniens, ut in ipso Sabbato sancto se liminibus præsentaret Apostolicis. Cujus adventum audiens antedictus beatissimus Hadrianus papa, quod sic repente ipse Francorum advenisset rex, magno stupore & extasi deductus, direxit in ejus occursum universos judices ad fere triginta millia ab hac nostra Romana urbe, [3] in locum, qui vocatur [f] Novas, ubi eum [4] cum bandora susceperunt.

XXXVI. Et cum appropinquasset fere unius milliarii spatio ad Romanam urbem, direxit [a] [1] universas scholas militiæ [2] una cum [b] patronis, simulque & pueris, qui ad discen-

VARIANTES LECTIONES

XXXV. *a* Editi, *babens*. *b* Vat. III. *sacratissimum paschale festum*. *c* Vat. I. *adpropinquasset*, & sic infra. *d* Vat. I. ut in editis, *abstollens*, Vat. III. & Flor. *afferens*, Alex. II. ut in contextu, Vat. IV. *deducens*. *e* Idem Vat. IV. *grifones*. editi, *Graphiones*. *f* Alex II. *Nobas*.

XXXVI. *a* Vat. IV. *universæ scholæ militiam*. *b* Flor. *patronotariis*, Holstenius

NOTÆ

XXXV. I. PASCHALIS FESTIVITAS APPROPINQUASSET) quæ anno 774. die III. Aprilis contigit.

2. DUCES NEMPE ET GRAFIONES) grafio titulus dignitatis, vox germana: Germanis enim sunt *Graff* qui apud nos Comites dicuntur. Apud Alteserram duces sunt præfecti universæ provinciæ, grafiones præfecti, vel judices civitatis.

3. IN LOCUM, QUI VOCATUR NOVAS) *fuit hic locus*, inquit Holstenius, *duo millia passuum cis Braccianum, ubi visuntur rudera; & vestigia antiquitatum*. In tabula antiqua itineraria legitur:

ROMA - VIA CLODIA. AD SEXTUM - CEREIAS: VIIII. AD NOVAS: VIII.

4. CUM BANDORA SUSCEPERUNT) Romani exeuntes obviam Carolo Magno bandoram extulerunt, vexillum scilicet, sub quo militia omnis continebatur. Nos vocamus *bandiera*. Apud Paulum Diaconum de gest. Langob. lib. I. cap. 20. *Vexillum, quod bandum appellant*.

XXXVI. I. UNIVERSAS SCHOLAS MILITIÆ) Scholæ vocabantur cœtus quidam, seu societates eorum, qui idem institutum profitebantur.

2. UNA CUM PATRONIS) cum suis præfectis, sive gubernatoribus.

DIRI-

ſcendas literas pergebant; deportantes omnes ramos palmarum atque olivarum, laudeſque omnes illi canentes [c] cum adclamationum earumdemque laudum vocibus ipſum Francorum ſuſceperunt regem: & obviam illi ejus ſanctitas [3] dirigens [d] venerandas cruces, id eſt ſigna, ſicut mos eſt ad exarchum aut patricium ſuſcipiendum, eum cum ingenti honore ſuſcipi fecit.

XXXVII. Ipſe vero a Deo inſtitutus benigniſſimus Carolus Magnus Francorum rex & patricius Romanorum, [1] qua hora eaſdem ſacratiſſimas cruces ac ſigna ſibi obviam advenisse conſpexit, deſcendens de equo, [a] quo ſedebat, ita cum ſuis judicibus ad beatum Petrum [b] pedes properare ſtuduit. [c] Antedictus vero almificus pontifex diluculo ſurgens, in eodem Sabbato ſancto cum univerſo clero & populo Romano ad beatum Petrum properavit ad ſuſcipiendum eumdem Francorum regem, & in gradibus ipſius Apoſtolicæ aulæ cum ſuo clero [d] præſtolabatur.

XXXVIII. Conjungente vero eodem excellentiſſimo ac benigniſſimo Carolo rege, [1] omnes gradus ſingillatim ejuſdem ſacratiſſimæ beati Petri eccleſiæ deoſculatus eſt: & ita uſque

VARIANTES LECTIONES

nius legit, *protonotariis*. *c* Vat. 1. aliique, *adclamationum*, Flor. *acclamatione*. *d* Vat. III. *venerabiles*.

XXXVII. *a quo ſedebat*) Vat. IV. addit, *& cum beatiſſimis ſtratoribus tribuens*. *b* Ita Vat. III. & Flor. ceteri, *pedeſtris*. *c* Iidem ita, reliqui, *Quod quidem almificus antedictus pontifex diluculo ſurgens*. *d* Vat. 1. & Alex. II. *præſtolavit*, editi, *præſtolatus eſt*.

Vat. 1.

NOTÆ

3. DIRIGENS VENERANDAS CRUCES, IDEST SIGNA) Cruces præferebantur ſingulis ſcholis, ſeu ſocietatibus, veluti ſigna, ſub quibus qui ad idem corpus pertinebant, colligebantur.

XXXVII. 1. QUA HORA &c. DESCENDENS DE EQUO &c.) In argumentum venerationis erga ſignum Crucis, eo viſo, Carolus Magnus de equo deſcendit, & pedibus ad beati Petri templum contendit.

XXXVIII. 1. OMNES GRADUS SINGILLATIM &c.) Carolus rex in genua procubuit ante fores templi beati Petri, & ſingulos gradus oſculatus eſt. Oſculari templorum limina etiam Ethnicis præ religione in more fuit. Quo ſpectat illud Æneid. 2. ℣. 489.

Amplexæque tenent poſtes atque oſcula figunt.

TE-

usque ad prænominatum pervenit pontificem: ubi in atrio super gradus, juxta fores ecclesiæ [a] assistebat: Eoque suscepto, mutuo se [b] amplexantes, [2] tenuit Christianissimus isdem Carolus rex dexteram manum antedicti pontificis: & ita in eamdem [c] venerandam aulam beati Petri principis apostolorum ingressi sunt, laudem Deo & ejus excellentiæ decantantes: [d] ubi universus clerus & cuncti religiosi Dei famuli extensa voce adclamantes: ***Benedictus, qui venit in nomine Domini*** &c. Sicque cum eodem pontifice ipse Francorum rex, simulque & omnes episcopi, [e] abbates, & judices, & universi Franci, qui cum eo advenerant, [3] ad confessionem beati Petri appropinquantes, seseque proni ibidem prosternentes, Deo nostro omnipotenti & eidem apostolorum principi propria reddiderunt vota; [f] glorificantes divinam potentiam in eo, quod talem eis per interventionem & suffragia ejusdem principis apostolorum concedere jussit victoriam.

XXXIX. Expleta vero eadem oratione, [1] obnixe deprecatus est isdem Francorum rex antedictum almificum pon-

VARIANTES LECTIONES

XXXVIII. *a* Vat.I. *adsistebat*. *b* Sic Vat. III. alii, *amplectentes*. *c* Vat.IV. *venerabilem*. *d* Flor. *ubi universi cleri*. *e* Vat. III. *cum abbatibus*. *f* Vat. IV. *glorificantes Dominum in eo* &c.

Vat.IV.

NOTÆ

2. TENUIT CHRISTIANISSIMUS ISDEM CAROLUS REX DEXTERAM MANUM ANTEDICTI PONTIFICIS) relicta sinistra, utpote honoratiore, summo Pontifici: unde in antiquis sigillis sinistrum latus tenet beatus Petrus, & dexterum beatus Paulus.

3. AD CONFESSIONEM BEATI PETRI APPROPINQUANTES) ubi sacrum beati Petri corpus quiescebat, Confessio enim, & martyrium usurpatur pro loco, in quo Martyrum corpora deposita colebantur, nempe sub altari majori basilicæ. Vid. Glossar. I. Par. & archiepiscopum Ancyranum Fontaninum in Disquisitione de corpore sancti Augustini cap. XVI. & seqq.

XXXIX. 1. OBNIXE DEPRECATUS EST ISDEM FRANCORUM REX &c.) Vide pietatem, & subjectionem regis Caroli erga pontificem, a quo petit sibi fieri copiam ingrediendi Romam. Templum Petri ultra Tiberim positum, erat extra Romam, antequam muris undique cingeretur & muniretur, quod a Leone IV. factum deinde est, novam urbem ædificante, quæ *Leoniana* dicta est.

SB-

pontificem, [a] illi licentiam tribui Romam ingrediendi, ad sua orationum vota per diversas Dei ecclesias persolvenda. Et descendentes pariter ad corpus beati Petri tam ipse sanctissimus papa, quamque antefatus excellentissimus Francorum rex cum judicibus Romanorum & Francorum, [2] seseque mutuo [b] per sacramenta munientes; ingressus est continuo Romam cum eodem pontifice ipse Francorum rex, cum suis judicibus & populo in eodem Sabbato sancto. Et in basilicam Salvatoris juxta Lateranum pariter ingressi, ibidem ipse [c] stetit excellentissimus rex cum omnibus suis [3] quousque [d] sacrosancti baptismatis sacramentum antedictus ter beatissimus pontifex celebravit, & ita postmodum ad beatum Petrum ipse [e] benignissimus repedavit rex.

XL. Alio vero die [a] illucescente Dominico sancto in ipsa sacratissima Paschali festivitate, direxit diluculo ipse sanctissimus præsul cunctos judices & universa obsequia militiæ ad eumdem regem: & cum magno honore eum suscipientes, [1] in ecclesiam sanctæ Dei genitricis ad præsepe properavit cum omnibus, qui cum eo venerant, Francis. Et post missarum [b] solemnia celebrata perrexit cum prænomi-

nato

VARIANTES LECTIONES

XXXIX. *a* Vat. IV. *ut illi licentiam tribueret*. *b* Editi cum Vat. I. *per sacramentum*. *c stetit*) Vox ex Vat. IV. suppleta. *d* Vat. I. *sancti*. *e* In vulgatis exemplaribus, *beatissimus*.

XL. *a* Vat. I. *inlucescente*. *b* Vat. IV. *solempnia*. Ita semper.

Vat. III.

NOTÆ

2. SESEQUE MUTUO PER SACRAMENTA MUNIENTES) pacta, quibus inter se convenerant pontifex & rex, interposito juramento firmarunt.

3. QUOUSQUE SACROSANCTI BAPTISMATIS SACRAMENTUM ANTEDICTUS TER BEATISSIMUS PONTIFEX CELEBRAVIT) juxta antiquum ritum die Sabbati, pervigilio Paschatis, benedicendi fontem baptismalem, simulque Cathecumenos baptizandi.

XL. 1. IN ECCLESIAM SANCTÆ DEI GENITRICIS AD PRÆSEPE PROPERAVIT) sic dicta, quæ nunc *sancta Maria Major*, a reliquiis præsepis Domini nostri JESU Christi, & incunabulis in eadem repositis, quæ summa veneratione Fidelium cultui exponuntur in natalitiis Christi Domini festis. Hujus ecclesiæ mentio in Stephano II. numer. XI. & alibi frequens.

AD

nato pontifice in Lateranense patriarchium: illicque [a] ad mensam [c] Apostolicam pariter epulati sunt. Alio vero die secunda feria simili modo in ecclesia beati Petri more solito ipse conspicuus pater & egregius pontifex missarum solemnia celebrans, Deo omnipotenti, & præfato Carolo excellentissimo regi Francorum & patricio Romanorum laudes reddere fecit. Tertia vero [d] feria, juxta ut mos est, in ecclesia beati Pauli apostoli missas eidem regi fecit.

XLI. At vero quarta feria egressus prænominatus pontifex cum suis judicibus tam cleri, quamque militiæ, in ecclesia beati Petri apostoli pariterque cum eodem rege se ad loquendum conjungens, constanter eum deprecatus est, atque admonuit, & paterno affectu adhortari studuit, ut promissionem illam, quam ejus sanctæ memoriæ genitor Pippinus quidem rex, & ipse præcellentissimus Carolus cum suo germano Carolomanno, atque omnibus judicibus [a] Francis fecerunt beato Petro, & ejus vicario [1] sanctæ memoriæ domno Stephano juniori papæ, quando in Franciam perrexit pro concedendis diversis civitatibus ac territoriis istius Italiæ provinciæ, & contradendis beato Petro, ejusque omnibus vicariis, in perpetuum possidendis, adimpleret in omnibus.

XLII. Cumque ipsam promissionem, quæ in Francia [1] in loco, qui vocatur [a] Carisiaco, facta est, sibi relegi fecisset;

VARIANTES LECTIONES

c Vat. III. *Apostolici*. d Vat. I. *die*.

XLI. a Vat. IV. *Francorum*, ceteri vero, ut in contextu.

XLII. a In editis exemplaribus tantum legitur, *Carisiacus*.

Ita

NOTÆ

2. AD MENSAM APOSTOLICAM PARITER EPULATI SUNT) Pontifices publice comedere solitos cum optimatibus, præsertim solemnioribus festis diebus, vidimus supra in Stephano III. num. X.

XLI. I. SANCTÆ MEMORIÆ DOMNO STEPHANO JUNIORI PAPÆ) Vid. supra in vita Stephani II. n. XLVII.

XLII. I. IN LOCO, QUI VOCATUR CARISIACUS) De quo in vita ejusdem Stephani II. num. XXIX. Fredegarius in Chronic. cap. 110. *Veniensque* Carisiacum *villam palatii super Isaram fluvium*,

ciſſet,[b] complacuit illi & ejus judicibus omnia, quæ ibidem erant adnexa & propria voluntate, bono ac libenti animo: & aliam donationis promiſsionem ad inſtar anterioris ipſe antedictus præcellentiſsimus, & revera Chriſtianiſsimus Carolus Francorum rex adſcribi juſsit [2] per Etherium religioſum ac prudentiſsimum capellanum & notarium ſuum: ubi conceſsit eaſdem civitates & territoria beato Petro, eaſque præfato pontifici contradi ſpopondit, [c] per deſignatum confinium, ſicut in eadem donatione contineri monſtratur: id eſt, a Lunis cum inſula Corſica, deinde in Suriano, [3] deinde in monte [d] Burdone, [4] inde in Berceto, deinde in Parma, deinde in Regio, & exinde in Mantua, atque in monte Silicis, ſimulque & univerſum exarchatum Ravennatium, ſicut antiquitus erat, atque provincias Venetiarum & Iſtriam, nec non cunctum ducatum Spoletinum [e] ſeu Beneventanum.

XLIII. Facta eadem donatione, propria ſua manu ipſe Chriſtianiſsimus Francorum rex eam corroborans, univerſos epiſcopos, abbates, duces & [a] grafiones in ea adſcribi fecit. [1] Quam prius ſuper altare beati Petri, & poſtmodum intus

VARIANTES LECTIONES

b Alex. II. ut in editis, *complacuerunt*. *c* Ita MSS. omnes, vulgati vero, *deſignationem*. *d* Sic Vat. III. & Flor. editi, *Bardone, ideſt in Verceto*. *e* Idem Vat. III. *ſeu Beneventum*.

XLIII. *a* Vat. IV. ut ſupra, *griſones*, editi, *Graphones*.

Ita

NOTÆ

vium, valida febre correptus (Carolus Martellus) *obiit in pace*.

2. PER ETHERIUM RELIGIOSUM AC PRUDENTISSIMUM CAPELLANUM ET NOTARIUM SUUM) Capellani erant clerici inſervientes capellæ regiæ, *ſic dicti*, inquit Walafridius de Reb. Eccleſiaſtic. cap. 31. *a cappa beati Martini, quam reges Francorum ob adjutorium victoriæ in præliis ſolebant ſecum habere, quam ferentes & cuſtodientes cum ceteris ſanctorum reliquiis Clerici Capellani cœperunt vocari*. Iſti præ ceteris literati regibus Francorum munus notarii obibant.

3. DEINDE IN MONTE BURDONE) mons Burdonus, ſeu Bardonus in Apennino Liguriæ in ducatu Parmenſi.

4. INDE IN BERCETO) Berectus in vertice montis Burdoni, ad orientem Parmæ.

XLIII. 1. QUAM PRIUS SUPER ALTARE BEATI PETRI, ET POSTMODUM INTUS IN EJUS SANCTA CONFESSIONE PONENTES &c) Syngraphæ continentes pias donationes imponi

intus in ejus ſancta confeſsione ponentes, tam ipſe Francorum rex, quamque ejus judices beato Petro & ejus vicario ſanctiſsimo Hadriano papæ, ſub terribili ſacramento, ſe ſe omnia conſervaturos, quæ in eadem donatione continentur, promittentes tradiderunt. [b] [2] Apparem vero ipſius donationis per eumdem Etherium adſcribi faciens ipſe Chriſtianiſsimus Francorum rex, intus [3] ſuper corpus beati Petri, ſubtus evangelia, quæ ibidem [c] continentur & oſculantur, pro firmiſsima cautela & æterna nominis ſui ac regni Francorum memoria, propriis ſuis manibus poſuit. aliaque ejuſdem donationis exempla per ſcriniarium hujus noſtræ ſanctæ Romanæ eccleſiæ [d] adſcripta ejus excellentia ſecum deportavit.

XLIV. Reverſuſque cum ſuis exercitibus Ticinum ipſe excellentiſsimus Carolus Francorum rex, fortiterque debellans atque obſidens civitatem Papiam; dum ira Dei ſuper omnes Langobardos, qui in eadem civitate erant, graſſaretur atque ſæviret, [a] & plures de languoribus [b] ſeu mortalitatis clade defeciſſent, ita Dei nutu eamdem civitatem, ſimulque Deſiderium Langobardorum regem, atque cunctos, qui cum eo erant, ipſe excellentiſsimus Francorum rex comprehendit, & ſuæ poteſtati [1] cunctum regnum Lango-

VARIANTES LECTIONES

b Ita Flor. *c continentur &*) Ex Vat. III. iſta accedunt. *d* Editi tantum, *deſcripta*.

XLIV. *a* Vat. I. *& plus de langoribus*. *b* Vat. III. *ſeu mortalitate*.

Ma-

NOTÆ

poni altaribus ſolebant, ut inde robur majoris validitatis acciperent. Sic pueris Deo oblatis manus altarium mappis obvolvebantur.

2. APPAREM VERO IPSIUS DONATIONIS) videlicet exemplum donationis, quod par eſt autographo.

3. SUPER CORPUS BEATI PETRI SUBTUS EVANGELIA, QUÆ IBIDEM CONTINENTUR ET OSCULANTUR) Supra corpus beati Petri liber Evangeliorum poſitus erat, quem accedentes ad orandum oſculabantur. Sic ſacerdos in miſſa, lecto evangelio, ipſum oſculatur religionis cauſſa & obſequii.

XLIV. 1. CUNCTUM REGNUM LANGOBARDORUM SUBJUGAVIT) Ita deſiit regnum Langobardorum Deſiderio ultimo gentis rege capto per Carolum magnum, & in Franciam delato, poſt-

gobardorum subjugavit. Præfatum vero Desiderium Langobardorum regem, & ejus conjugem secum in Franciam deportavit.

XLV. [1] Erat enim sæpesatus beatissimus pontifex amator ecclesiarum Dei, [a] magnam indesinenter curam gerens pro ornatu & restauratione procuranda omnium earumdem Dei ecclesiarum. Hic enim coangelicus vir fecit in ecclesia beati Petri apostoli vestem miræ pulchritudinis ex auro & gemmis, habentem præfiguratam historiam, qualiter beatus Petrus a vinculis per Angelum [b] ereptus est. Item in eadem basilica [2] ab introitu [c] de rugis usque ad confessionem pavimentum vestivit de argento purissimo, quod pensat libras centum quinquaginta.

XLVI. [1] Fecit etiam in eadem basilica beati Petri, juxta ja-

VARIANTES LECTIONES

XLV. *a Magnam, indesinenter* &c. Hæc ex Vat. III. & IV. Alex. II. & Flor. addita sunt usque ad illa verba *Dei ecclesiarum*. *b ereptus est*) Inde vero quæ hoc numero habentur Vat. IV. his paucis perstringit: *& alia quamplurima & innumerabilia ibidem contulit dona*. *c* Sic Flor. ceteri, *de rugas*, ut in editis. Vat. III.

NOTÆ

postquam duraverat annis CCV. ab eorum ingressu in Italiam duce Albuino anno DLXVIII. juxta Paulum Diaconum de gest. Langobard. lib. II. cap. VII.

XLV. 1. ERAT ENIM SÆPEFATUS BEATISSIMUS PONTIFEX AMATOR ECCLESIARUM DEI) Revocatis ad calculum expensis factis ab Hadriano in ornandis ecclesiis, & augendis aureis & argenteis earum supellectilibus, quas Auctor vitæ in numerato pondere describit, summa librarum ex auro invenitur MMMLIX. cum semisse, & ex argento librarum MDCCCLXXXI. non computata incredibili vi pecuniæ erogata in comparandis vestibus, aulæis, velis holosericis, reficiendis tectis, & restaurandis ædibus sacris. Quod pro eorum temporum statu mirum prorsus videtur.

2. AB INTROITU DE RUGIS USQUE AD CONFESSIONEM) rugæ sunt semitæ, per quas proceditur ad altare, inquit Alteserra in hoc loco. Unde in Stephano III. num. XXVII. *fecit & tres regulares argenteos super rugas, per quas ingrediuntur ad altare*. Vid. in Stephano II. num. XLV. ubi vocabulum *ruga* aliter explicatur.

XLVI. 1. FECIT ETIAM IN EADEM IPSA BASILICA BEATI PETRI JUXTA JANUAS MAJORES ARGENTEAS CORTINAS MIRÆ MAGNITUDINIS) cortinæ dicuntur vela, seu aulæa, quæ præ foribus suspenduntur arcendi caussa frigus, æstum, solem, pulverem. Isidorus Orig. lib. 19. cap. 26. *Cortinæ sunt aulæa, id est vela de pellibus, qualia in exodo leguntur, a quibus tabernaculum extrinsecus tegebatur: Dictæ autem cortinæ a coriis, eo quod prius ex pellibus fuissent facta*.

januas majores argenteas, cortinas miræ magnitudinis [2] de palliis stauracin seu [a] quadrapolis. Nam & per universos arcus ejusdem apostolorum principis basilicæ [b] [3] de palliis Tyriis atque fundatis fecit vela numero sexaginta quinque. Denique ejus beatitudo fecit & [c] pharum majus in eadem beati Petri ecclesia in typum crucis: quod pendet ante presbyterium [d] habens candelas [e] MCCCLXV. & constituit, ut quatuor vicibus in anno ipsum pharum accendatur: id est, in Nativitate domini, in Pascha, in natali Apostolorum, & in natali pontificis. Itemque præfatus sanctissimus præsul fecit in ea basilica [4] calicem fundatum argenteum, pensantem libras V. quem & posuit in presbyterio pro eo, qui perierat temporibus domni Pauli papæ. Nam & [5] in ecclesia beati Andreæ apostoli, sita juxta eamdem beati Petri apostoli ecclesiam, [f] [6] ciborium noviter ex argento mundissimo ipse ter beatissimus pontifex fecit: quod pensat libras CXXXV.

XLVII. [a] Idem ipse beatissimus pontifex in ecclesia beati

ti

VARIANTES LECTIONES

XLVI. *a* Vat. III. *quatrapolis*. *b* Vat. I. *de palleis Tyreis*. *c* Idem, *farum majorem*. *d* Idem, *habentem candelas*. *e* Ita Vat. III. alii, MCCCLXX. *f* Vat. idem, *ciburium*, atque ita semper.

XLVII. *a* Hæc & reliqua usque ad verba illa *confractum existebat*, ex Vat. IV. acce-

NOTÆ

2. DE PALLIIS STAURACIN, SEU QUADRAPOLIS) pallia hæc *stauracin & quadrapola*, quæ sæpius occurrunt in his vitis, ubi dona pontificum recitantur, creditur fuisse de genere quodam pannorum, qui sunt ex serico & auro pluribus filis contexti. *Stauracin* alii interpretantur a σταυρὸς, latine crux, quod crucibus referta essent, alii a *staurace*, seu *storace* quæ gutta similis est malo cydonio, quod eo colore essent imbuta.

3. DE PALLIIS TYRIIS, ATQUE FUNDATIS) pallia Tyria sive lanea, sive serica purpurei coloris sunt, sic dicta quod olim Tyri colore purpuræ inficerentur ex sanguine muricis, cujus magna copia in iis maribus. Fundatum Italice verterem *velluto*, quasi ac e fundo surgeret villosa illa superficies, & quod fundi speciem referat crassities panni villosi. Alteserræ placet, pallia fundata intelligenda esse auro intexta, & quasi fundata.

4. CALICEM FUNDATUM ARGENTEUM) Calicem scilicet non lævigatum, sed asperum & anaglyphis cælatum.

5. IN ECCLESIA BEATI ANDREÆ APOSTOLI) de qua in Stephano III. num. XXVII.

6. CIBORIUM NOVITER EX ARGENTO PURISSIMO &c.) ciborium est umbella altari superposita. Vid. Glossarium I. Partis.

FE-

ti Pauli apoſtoli corpus ejuſdem doctoris mundi inveſtivit ex laminis argenteis penſantibus lib. xxx. quoniam argentum, quod ibidem primitus erat, nimis confractum exiſtebat. Item fecit in eadem baſilica beati Pauli apoſtoli cortinam majorem juxta januas principales ex [b] palliis quadrapolis, ad inſtar cortinæ, quam in eccleſia beati Petri fecit. Sed & aliam cortinam majorem fecit ex palliis quadrapolis, quæ pendet [c] de ſub arcu majore juxta altare: etiam & per diverſos arcus ipſius eccleſiæ ex palliis quadrapolis fecit vela numero LXX. Atrium vero ipſius beati Pauli apoſtoli eccleſiæ, quod antea nimis [d] deſolatum exiſtebat; ubi boves atque caballi ingrediebantur ad pabulandum propter herbam, quæ ibidem naſcebatur; inſpiratus a Deo iſdem ſanctiſsimus pontifex, ex marmoribus pulchris ſternere fecit.

XLVIII. In eccleſia vero ſanctæ Dei genitricis ad præſepe [1] fecit duas veſtes ſuper altare majus: unam ex auro puriſsimo, atque gemmis, habentem Aſſumptionem ſanctæ Dei genitricis, & [2] aliam de ſtauracin ornatam in circuitu [a] blattin. Fecit in ea ipſa eccleſia & cortinas majores ex palliis quadrapolis ad ſimilitudinem, quam in eccleſia ſancti Petri fecit. Sed & per diverſos arcus ejuſdem baſilicæ ſanctæ

VARIANTES LECTIONES

accedunt, qui cetera uſque ad illa verba *Atrium vero* ita compendio profert, *& alia quamplurima ibi contulit in auro & argento palliiſque dona*. *b* MSS. plerique fere ſemper, *palleis*. *c* Vat. III. *deſuper arcu*. *d* Vat. IV. *diſſolutum*.

XLVIII. *a* Vat. IV *blathin*. Poſt hæc itidem Vat. IV. reliqua hujus numeri ita profert: *Contulit etiam in eadem eccleſia in auro & argento palliiſque dona quamplurima.*

NOTÆ

XLVIII. 1. FECIT DUAS VESTES SUPER ALTARE MAJUS, UNAM EX AURO PURISSIMO ATQUE GEMMIS HABENTEM ASSUMPTIONEM SANCTÆ DEI GENITRICIS) Veſtes vocat quibus anterior altaris facies ornatur, & quodammodo veſtitur: nos dicimus Italice *palliotto*. Uni veſti acu ex auratis filis picta erat Aſſumptio in cœlum B. Virginis, cujus feſti cultum ab uſque ſæculo VIII. in eccleſia viguiſſe apparet.

2. ALIAM DE STAURACIN ORNATAM IN CIRCUITU BLATTIN) de panno ex ſerico, & auro intexto, ut ſupra num XLVI. quam veſtem in gyrum ornabat fimbria ex purpura. Vid. in Gregorio III. num. VIII.

IN

ctæ Dei genitricis simili modo ex palliis quadrapolis fecit vela [b] numero XLII.

XLIX. In basilica vero Salvatoris Domini nostri Jesu Christi juxta Lateranis similiter fecit vestem [a] de stauracin, seu cortinam majorem ex palliis [b] quadrapolis. Sed & per diversos arcus vela syrica numero LVII. omnia ex palliis quadrapolis seu stauracin. Fecit in ecclesia beati Laurentii martyris foris muros, scilicet ubi sanctum ejus corpus requiescit, vestem de stauracin: & in ecclesia majore aliam similiter fecit vestem. Nam & tectum ejusdem beati Laurentii [c] majoris basilicæ, quod jam distectum erat, & trabes ejus confractæ, noviter fecit. [1] In basilica autem beati Valentini simili modo fecit vestem de stauracin. [2] In basilica beati Pancratii aliam simili modo de stauracin fecit vestem. In ecclesia vero beati Marci, cujus tectum jam vetustate positum vicinum ruinæ existebat, depositis vetustissimis trabibus, & aliis [d] fortissimis impositis noviter, ipsum tectum atque [e] porticus in circuitu fecit, eamdemque ecclesiam restauravit. [f] Arcus vero tres, qui vetustissimi erant, addens isdem beatissimus pontifex argenti libras XII. noviter fecit. Fecit etiam in eadem ecclesia super altari majori vestem de

VARIANTES LECTIONES

plurima. *b* Alex. II. *numero* LXII. Flor. *numero* LXV.

XLIX. *a* Vat. III. *de staurracen*: atque in hæc verba codex iste desinit, Vat. IV. *de stauracin*: & *alia multa ibidem obtulit dona*. Quæ inde ad initium usque insequentis numeri subsequuntur, silentio præterit. *b* Vat. I. *quadrapulis*. Holstenius, *hucusque*, ait, *cod. MSS. Flor. qui cetera usque ad pag.* 175. edition. Moguntinæ hoc est, usque ad postremum hujus pontificis vitæ numerum, *omittit*. *c* Vat. I. *mai*, Alex. II. *majoris*, quod in editis perperam pro *martyris* accipitur & explicatur. *d fortissimis*) ex Alex. II. vox suppleta. *e* Vat. I. *portica*, atque ita non semel. *f* Idem, *Arcora vero tria*: quod itidem huic codici familiare.

Sic

NOTÆ

XLIX. 1. IN BASILICA AUTEM BEATI VALENTINI) hæc a papa Julio in via Flaminia ædificata & subinde diruta, a Theodoro papa a solo restituta fuit.

2. IN BASILICA BEATI PANCRATII) quam ædificaverat in via Aurelia Symmachus papa, & Honorius papa a solo renovaverat.

QUOD

de ſtauraci: ſed & per diverſos arcus ejuſdem eccleſiæ ex palliis quadrapolis fecit numero vela XXVII. ſimulque & [g] cortinam ex iiſdem palliis quadrapolis, quæ pendet ſub trabe, fecit.

L. Tectum vero baſilicæ beati Laurentii, [a] [1] quod pendet ad Taurellum, dum nimis vetuſtiſsimum inerat, omnes ejus trabes novas ibidem poſuit, illudque reſtauravit. Simulque & veſtem [b] de quadrapolis ſuper altare ejuſdem eccleſiæ fecit atque obtulit. [2] Baſilica vero beati Felicis poſita [c] in Pincis, quæ in ruina erat, & tectum ejus disjectum exiſtebat, facto eodem tecto noviter, ipſam eccleſiam renovavit, & veſtem ſuper altare ejuſdem eccleſiæ de quadrapolis faciens obtulit. Renovavit etiam & tectum [3] baſilicæ ſancti Laurentii, quam Damaſi vocant: ubi & veſtem ſuper ejus altare de ſtauracin, ſimulque & aliam veſtem [d] de ſtauracin poſt altare fecit: ubi requieſcit corpus ſancti Damaſi. [4] Baſilicæ itaque apoſtolorum in via Lata porticus in circuitu renovavit, quas antea initiaverat ejus prædeceſſor domnus Paulus papa, & non expleverat; omnia, Deo propitio, præfatus beatiſsimus pontifex reparavit: ſimulque & tectum majus reſtauravit. Nam [5] abſidam ipſius eccleſiæ cernens iſdem bea-

VARIANTES LECTIONES

g Sic Alex. II. codices reliqui, ut in vulgatis, *coronam*.

L. a *Quod pendet*. Ita lacunam, quæ in editis exſtat, Alex. II. explet. b Vat. I *de quadrapulo*. c Ita codices MSS. male in editis, *in pineis*. d Libri editi, *de poſt altare fecit*.

Vat. I.

N O T Æ

L. 1. QUOD PENDET AD TAURELLUM) fortaſſis Taurellum vocabant locum, in quo olim erat theatrum, ſeu potius amphitheatrum Statilii Tauri, a Tauro Taurellum.

2. BASILICA VERO BEATI FELICIS POSITA IN PINCIS) in colle Pincio, unde porta Pinciana dicta: qui dicitur etiam collis Hortulorum.

3. BASILICÆ SANCTI LAURENTII, QUAM DAMASI VOCANT) a pontifice Damaſo ædificatæ juxta theatrum Pompeii, & in titulum erectæ.

4. BASILICÆ ITAQUE APOSTOLORUM IN VIA LATA &c.) Baſilicam beatorum Apoſtolorum inchoavit Pelagius I. Joannes III. perfecit, ſitam in regione Trivii prope Viam latam.

5. ABSIDAM IPSIUS ECCLESIÆ &c.) Vid. Gloſſar. I. Par. Abſidæ, ſive abſidis nomi-

beatiſsimus pontifex jam ruinæ vicinam exiſtentem, [6] cancalis ferreis eamdem abſidam confirmari fecit, & ita eam renovavit. Fecit veſtem in eadem eccleſia ſuper altari majori de ſtauracin. [7] Cimiterium item beatorum Petri & Marcellini via Lavicana juxta baſilicam beatæ Helenæ renovavit: & tectum ejus, id eſt ſancti Tiburtii, & eorumdem ſanctorum Petri & Marcellini noviter fecit, & gradus ejus, qui deſcendunt ad eorum ſacratiſsima corpora, noviter fecit; quoniam nullus erat jam deſcenſus ad ipſa ſancta corpora.

LI. Fecit [1] in baſilica beati Hadriani, [a] ceroſtata argentea, penſantia libras XII. [2] ſimulque & [b] laudimas duas ex argento, penſantes libras VIII. quas poſuit ſuper rugas de presbyterio, ubi arcus de argento exiſtit. Fecit etiam & veſtes duas de ſtauracin: unam ſuper altare beati Hadriani, & aliam [3] ſuper altare ſanctæ Martinæ. Sed & vela de palliis

VARIANTES LECTIONES

LI. *a* Vat. I. *cereoſtata*. *b* Vat. IV. *laudanas*, editi, *laudunas*, Alex. II. aliique MSS. ut in contextu.

Vat. I.

NOTÆ

nomine venit pars illa eccleſiæ poſt altare majus in fornicem conſtructa, quam vernacule *tribuna* dicimus.

6. CANCALIS FERREIS ABSIDAM CONFIRMARI FECIT) Alteſerra legendum putat *cancellis*, ſed cancellis non firmatur fornix ruinæ proximus, firmatur vero craſſioribus virgis ferreis hinc inde per craſſitiem muri traductis, & ad extrema tranſverſis palis ferreis colligatis: quod per eam exoticam vocem *cancalis* ſignificari crediderim.

7. CIMITERIUM ITEM BEATORUM PETRI ET MARCELLINI VIA LAVICANA JUXTA BASILICAM BEATÆ HELENÆ) Via Lavicana dicitur quæ a porta Exquilina nunc *Majore*, Labicum ducit. Tertio ab urbe milliario in hac via baſilicam Conſtantinum imperatorem fertur ædificaſſe, ubi beatæ Helenæ corpus reponeret, juxtaque illam in loco, in quo beati Petrus & Marcellinus martyrium fecerunt, aliam baſilicam pro eorumdem ſacris corporibus ſuſcipiendis, atque beati Tiburtii.

LI. 1. IN BASILICA BEATI HADRIANI &c.) Hanc in tribus foris ædificavit Honorius papa. Vide in I. Tomo in vita Honorii num. VI.

2. SIMULQUE ET LAUDIMAS DUAS EX ARGENTO &c.) *Laudanas* legit Alteſerra, quas interpretatur vaſa eccleſiaſtica, quæ ornatus cauſſa ex auro vel argento collocabantur ante altaria: ſic dicta a laude, quia ponebantur in laudem & cultum Apoſtolorum, & Martyrum.

3. SUPER ALTARE SANCTÆ MARTINÆ) In foro boario juxta arcum Septimii Severi ex ruinis templi Martis paululum deterto nomine ſanctæ Martinæ templum erectum eſt.

TE-

liis quadrapolis numero xv. in eadem ecclesia fecit. [4] Tectum denique tituli beatæ Priscæ, quod jam casurum erat & in ruinis positum, noviter fecit: ubi & vestem de stauracin fecit. [5] In ecclesia vero beatorum Cosmæ & Damiani in tribus fatis vestem de stauracin fecit: simulque & cortinam ante absidam ex palliis quadrapolis fecit, necnon & vela ex eisdem quadrapolis fecit numero xx. & linea xx.

LII. Nam & [a] per diversos titulos seu alias ecclesias, atque cunctas diaconias, & monasteria quantacunque infra murum hujus Romanæ urbis existunt, divina inspiratione ignitus ipse sanctissimus pontifex ex palliis de stauracin, seu Tyriis vestes fecit, atque obtulit. Et sicut bonus pastor omnes Dei ecclesias, tam extra muros hujus Romanæ urbis, quamque infra muros, ad laudem Dei restauravit atque decoravit. verum etiam & muros [1] atque turres hujus Romanæ urbis, quæ dirutæ erant & usque ad fundamenta destructæ, renovavit: atque utiliter omnia in circuitu restauravit. Ubi & multa stipendia tribuit tam in mercedes eorum, qui ipsum murum fabricaverunt, quamque in ipsorum alimentis, simulque & in calce atque diversis utilitatibus usque ad centum auri libras expendit.

LIII. Hic beatissimus præsul divina inspiratione ignitus constituit [1] in monasterio sancti Stephani Catabarbara Patricia,

VARIANTES LECTIONES

LII. *a* Vat. 1. *per diversa titula*.

Co-

NOTÆ

4. TECTUM DENIQUE BEATÆ PRISCÆ &c.) Ecclesia est tituli presbyteralis in colle Aventino, ubi templum Herculis, ab Hadriano restituta.

5. IN ECCLESIA VERO BEATORUM COSMÆ ET DAMIANI IN TRIBUS FATIS &c.) Hanc erexit in honorem Cosmæ & Damiani martyrum Felix IV. quæ prius templum erat Castoris & Pollucis, sive, ut aliis placet, Romuli & Remi. Dicitur in tribus fatis corrupte, dicenda in tribus foris. Vid. in I. Part. in vita Felicis IV. n.11.

LII. 1. ATQUE TURRES HUJUS ROMANÆ URBIS &c.) In ambitu urbis olim numerabantur trecentæ turres & ultra. Nunc fere omnes dirutæ.

LIII. 1. IN MONASTERIO SANCTI STEPHANI CATABARBARA PATRICIA) A Galla patricia Romana con-

cia, ſitum ad beatum Petrum apoſtolum, congregationem monachorum, [a] ubi & abbatem idoneam perſonam ordinans, ſtatuit, ut ſedulas laudes in eccleſia beati Petri perſolvant, ſicut & cetera tria monaſteria: ut duo monachi pro latere ipſius eccleſiæ Deo noſtro canant laudes; quoniam ipſum monaſterium in magna deſidia & neglectu incuriaque poſitum erat, & [b] nullum officium divino cultui ibidem exhibebatur.

LIV. Hic beatiſſimus præſul fecit atque conſtituit noviter domos cultas quatuor. [1] Unam quidem, quæ vocatur [a] Capracorum, poſitam in territorio [b] Vegentano, milliario ab urbe Roma plus minus XV. ex qua primitus fundum ipſum Capracorum cum aliis pluribus fundis ei cohærentibus, ex hereditaria parentum ſuorum ſucceſſione tenere videbatur, ejus proprii olim exiſtentes: ubi & alios plures fundos ſeu caſales & maſſas, data juſta recompenſatione ad vicem, a diverſis perſonis emere, & eidem domocultæ addere viſus eſt. Quæ videlicet domoculta Capracorum cum maſſis, fundis, caſalibus, vineis, olivetis, [2] aquimolis, & omnibus ei pertinentibus, ſtatuit per Apoſtolicum privilegium ſub magnis anathematis obligationibus, ut in uſum fratrum noſtrorum Chriſti pauperum perenniter permaneat: & triticum & hordeum, quod annue in locis ejuſdem domo-

VARIANTES LECTIONES

LIII. *a* Codices vulgati, *ibi*. *b* Ita Cod. Alex. II.
LIV. *a* Alex. II aliique, ut in contextu, Vat. I. & libri editi, *Capreorum*. *b* Idem Vat. I. *Vigentano*.

Alex. II.

NOTÆ

condito retro abſidam S. Petri in Vaticano ad occaſum. Ædem incolunt Æthiopes Abyſſini, quos ſummus pontifex de omnibus ad victum & veſtitum neceſſariis alit, ſub juriſdictione S. Petri, inquit Grimaldus. De hoc vid. ſupra in Stephano II. num. XL.

LIV. 1. UNAM QUIDEM, QUÆ VOCATUR CAPRACORUM, POSITAM IN TERRITORIO VEGENTANO) Capracorum nunc *Caprarola* in territorio Vejentano.

2. AQUIMOLIS) aquimolæ dicuntur molæ in gyrum actæ ab aqua defluente pro terendo tritico.

IN

moncultæ natum fuerit, diligenter in horreum sanctæ nostræ ecclesiæ deferatur & [c] sequestratim reponatur. Vinum vero, seu diversa legumina, quæ in prædiis ac locis ipsius antefatæ domocultæ annue nata fuerint, simili modo curiosè [3] in paracellario prænominatæ sanctæ nostræ ecclesiæ deducantur, & separatim reponantur. Sed & porcos, qui annue in casalibus sæpius dictæ domocultæ inglandati fuerint, capita centum exinde occidantur, & in eodem paracellario reponantur; decernens ejus ter beatitudo atque promulgans sub validissimis obligationum interdictionibus, ut omni die centum fratres nostri Christi pauperes, etiam si plures fuerint, aggregentur in Lateranensi patriarchio, & constituantur in porticu, quæ est juxta scalam, quæ ascendit in patriarchium: ubi & ipsi pauperes depicti sunt: & quinquaginta panes pensautes per unumquemque panem libras duas, simulque [d] & decimatæ vini duæ pensantes per unamquamque decimatam libras LX. & caldaria plena [e] pulmento erogentur omni die per manus unius fidelissimi [f] paracellararii eisdem pauperibus; accipiens unusquisque eorum portionem panis atque portionem vini, [4] id est cuppam capientem calices duos, [g] nec non & carnem de pulmento; ita videlicet statuens ejus almifica beatitudo [5] promulgavit una cum sacer-

VARIANTES LECTIONES

c Alex. II. *sequestratum*. d Vat. IV. *& vini decimata duo pensantia*. e Vat. I. *de pulmento erogentur*, Vat. IV. ut in contextu. f Sic Alex. II. alii, *paracellarii*. Alex. II. g Vat. I. *nec non & cazia*.

NOTÆ

3. IN PARACELLARIO) in penuario patriarchii Lateranensis, in quo ad victum pertinentia, præsertim pauperum custodiebantur. Vid. supra in Zacharia n. XXVII. & in Stephano III. num. XXXII. ubi eadem de cellario.

4. ID EST CUPPAM CAPIENTEM CALICES DUOS) Cuppa, sive cupa genus vasis vinarii; inde cupella vas minus ad continendum servandumque vinum in pauca quantitate.

5. PROMULGAVIT UNA CUM SACERDOTALI COLLEGIO) Pontificum sanctiones etiam iis temporibus pro validiori observantia in collegio sacerdotali, nempe in consistorio promulgabantur.

cerdotali collegio, ut in nullis aliis utilitatibus ex frugum redditibus, vel diversis peculiis antefatæ domocultæ erogetur, aut expendatur nisi tantummodo in propriis subsidiis & quotidianis alimentis prædictorum fratrum nostrorum Christi pauperum cuncta proficiant, atque perenniter erogentur.

LV. Alias vero tres domos cultas, videlicet [1] Galeria, posita via Aurelia, milliario ab urbe Roma plus minus decimo ad sanctam Rufinam, cum fundis & casalibus, vineis, olivetis, [a] aquimolis, vel omnibus ei pertinentibus. Reliquas vero duas, id est aliam Galeriam, positam via Portuensi milliario ab urbe Roma plus minus duodecimo, cum fundis & casalibus, vineis, aquimolis: seu [2] monasterium beati Laurentii, positum in insula portus Romani, cum vineis ei pertinentibus: simulque & [b 3] lecticariam, quæ vocatur Asprula. Verum etiam & aliam domum cultam, quæ vocatur Calvisianum, cum fundis & casalibus, vineis, olivetis, aquimolis, & omnibus ei pertinentibus, [4] posita via Ardeatina, milliario ab urbe Roma plus minus quinto decimo: quas videlicet tres domoscultas, scilicet Galeriam, Calvisianum, & aliam Galeriam, statuit ejus ter beatitudo per apostolicum privilegium sub validis anathematis obligatio-

VARIANTES LECTIONES

LV. *a* Alex. II. ita, Vat. I. *atque molinis*, infra vero, *aquimolinis*. *b* Idem, *lecticaria*.

Vat. I.

N O T Æ

LV. 1. GALERIA POSITA VIA AURELIA MILLIARIO AB URBE ROMA PLUS MINUS DECIMO AD SANCTAM RUFINAM) Duæ sunt Galieræ, dictæ etiam hodie *Galere*: altera in via Aurelia extra portam Janiculensem, nunc S. Pancratii: & altera in via Portuensi secus fluvium extra portam, quæ dicitur item Portuensis.

2. MONASTERIUM BEATI LAURENTII, POSITUM IN INSULA PORTUS ROMANI) Cujus nulla modo extat certa notitia.

3. LECTICARIAM, QUÆ VOCATUR ASPRULA) lecticaria fortasse dictum prædium, ad quod per lecticam duntaxat patebat iter.

4. POSITA VIA ARDEATINA) Lex grammatica exigit *positam*, sed in textu habetur *posita*: Auctor noster non semel exlex est.

DEAM-

tionibus, ut in usu & propria utilitate sanctæ nostræ ecclesiæ perenniter permaneant.

LVI. At vero cum omnibus spiritalibus studiis, quæ isdem ter beatissimus atque almificus pontifex tam [a] pro augmento & utilitatum profectibus sanctæ Romanæ ecclesiæ perficiendis, quamque pro restaurationibus ecclesiarum Dei & divini cultus melioratione gerere videbatur; magnam etiam sollicitudinis curam & amoris affectum in sanctam ac venerandam patriarchii domum certum est habuisse. Unde ex nimia fervoris dilectione pro honore beati Petri apostolorum principis, & ornatu ipsius sancti patriarchii construxit atque ædificavit ibidem noviter turrem miræ pulchritudinis, decoratam cohærenti porticu, quæ descendit ad balneum. Ubi & [1] deambulatorium, scilicet solarium suum cum cancellis æreis nimis pulcherrime construi fecit. Sed & porticum ipsam, quæ vetustate diruta inerat, nimis utiliter renovavit. et picturis atque marmoribus eamdem turrem & cuncta ædificia, ab eo noviter constructa, decoravit.

LVII. Itaque isdem ter beatissimus & re vera præcipuus pater, atque bonus pastor, egregiusque præsul tanto amoris affectu fervens [1] erga nutritorem suum beatum Petrum principem apostolorum, dum cunctum ornatum ejusdem Apostolicæ aulæ tam in præclaris ex auro & gemmis vestibus, seu diversis palliis & aliis ornamentis ex auro & argento in eadem Apostolica aula fecit [a] atque obtulit. Etiam & omnes ejus gradus majores, qui ascendunt in atrium: simulque &

ex

VARIANTES LECTIONES

LVI. *a* Vat. 1. cum vulgatis, *per augmentum & utilitatem profectibus*, Alex. 11. ut in contextu.

LVII. *a* Vat. 1. *atque offeruit*. Idem,

N O T Æ

LVI. 1. DEAMBULATORIUM, SCILICET SOLARIUM SUUM CUM CANCELLIS ÆREIS) ambulacrum soli patens sine tecto, cancellis præcinctum securitatis caussa. David e solario Bersabeam vidit.

LVII. 1. ERGA NUTRITOREM SUUM BEATUM PETRUM) Ob ecclesiasticos nempe reditus, quorum particeps fuerat: quod & de aliis pontificibus dictum est in Gregorio II. num. 1.

IMA-

ex duabus porticibus, quæ ascendunt in eamdem ecclesiam ex utriusque lateribus, renovavit; sed & cunctum pavimentum ipsius ecclesiæ, ubi marmora confracta erant, adhibitis aliis pulcherrimis melioribus marmoribus, renovavit. [b] Porticus vero ex utriusque lateribus suprascriptæ ecclesiæ, in quibus confractæ trabes inerant, & tectum ruinæ vicinum positum erat, positis novis trabibus, ipsum tectum noviter faciens restauravit.

LVIII. Fecit etiam ter beatitudo ejus [1] imagines sex ex laminis argenteis investitas. Ex quibus tres posuit super rugas, quæ sunt in introitu ecclesiæ presbyterii: ubi & regularem ex argento investitum fecit, & posuit super eumdem regularem præfatas tres imagines; in medio quidem unam existentem, habentem depictum vultum Salvatoris, & ex utriusque lateribus imagines, habentes depictas effigies, unam beati Michaelis, & aliam beati Gabrielis angelorum. In superiori vero ruga, id est in medio presbyterii, faciens alium regularem ex argento investitum, constituit super eum reliquas tres imagines, in medio quidem habentem præfiguratum vultum sanctæ Dei genitricis, & ex duobus lateribus unam habentem vultum depictum sancti Andreæ apostoli, & aliam sancti Johannis evangelistæ, utrasque vero sex imagines, ut dictum est, de laminis argenteis nimis pulcherrime factas, deauravit: in quibus imaginibus posuit argenti libras centum.

LIX. At vero per evoluta viginti annorum spatia [1] forma, quæ vocatur Sabbatina, [a] nimis confracta existens:

per

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *Portica vero*.

LIX. *a* Sic Vat. 1. alii, *cum nimis confracta existeret*.

Idem,

N O T Æ

LVIII. 1. IMAGINES SEX EX LAMINIS ARGENTEIS INVESTITAS) non ex argento solido conflatas; sed ex argento in laminas ducto elaboratas, ut explicat idem Auctor infra dicens: *ex laminis argenteis factas deauravit*.

LIX. 1. FORMA, QUÆ VOCATUR SABBATINA &c.) Aquæductus ab Honorio papa constructus, per quem aqua per viam Aureliam in atrium basilicæ

beati

per quam decurrebat aqua [2] per centenarium in atrium eccleſiæ beati Petri Apoſtoli, ſimulque & in balneum, juxta eamdem eccleſiam ſitum: ubi fratres noſtri Chriſti pauperes, qui ad accipiendam eleemosynam in Paſchali feſtivitate annue [b] accurrunt, lavari ſolebant, & ex qua diverſæ molæ [c][3] in Janiculo macinabant; aqua ex eadem forma neque in atrium beati Petri, neque intra civitatem decurrebat, dum ipſa forma, ut dictum eſt, [d] diruta extitit, [e] ob centum arcus ipſius formæ magnæ altitudinis conſtructos, & a fundamentis demolitos atque deſtructos, ut jam nulla ſpes videretur eſſe eoſdem arcus vel fractam formam reædificandi atque reſtaurandi; ipſe beatiſſimus ac ſanctiſſimus præſul [f] aggregans multitudinem populi per ſemetipſum ad fabricandum atque reſtaurandum eamdem formam properavit: & tantam curam ac ſollicitudinem in ejuſdem formæ fabrica exhibuit, quod etiam noviter a fundamento eam renovavit atque reſtauravit; & confeſtim centenarium illud, quod ex eadem forma in atrio eccleſiæ beati Petri decurrebat, dum per nimiam neglectus incuriam plumbum ipſius centenarii furtim jam plurima ex parte exinde ablatum fuiſſet, reliquum plumbum conquaſſatum, protinus iſdem præcipuus paſtor, addita multitudine plumbi, ipſum centenarium noviter fecit: &, Deo auſpice, [g] aquam in atrium beati

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *occurrere labare ſolebant*. *c* Idem cum editis, *in genuculo*, Vat. VIII. *in Geniculo machinabant*, Alex. II. ut in contextu. *d* Vat. VIII. *dirupta*. *e* Idem, *quoniam centum*, Vat. I. & IV. *quoniam & centum*. *f* Vat. I. *adgregans*. *g* Vat. IV. *& aquam in atrio beati Petri, ut mos erat, deduxit. Formam ſimi-*

NOTÆ

beati Petri deducebatur, dicitur Sabbatinus a lacu Sabbatino, quem anguillarium ab anguillis, quibus abundat, dictum volunt, & modo Braccianenſis lacus a proximo oppido nuncupatur.

2. PER CENTENARIUM) fortaſſis centenarii nomine intelliguntur centum arcus, quibus nitebatur canalis ex plumbo deferens aquam Sabbatinam, vel potius ipſe tubus plumbeus ex forma aquam derivans in atrium beati Petri.

3. IN JANICULO) Janiculus unus ex collibus, dictus a Jano primo urbis conditore. Ejus mentio ſupra in Stephano III. num. IX.

DE

beati Petri, ſimulque et in præfatum balneum, verum etiam & intus civitatem, id eſt [b] in Janiculum, ubi molæ macinabant, ſicut antiquitus, abundanter decurrere fecit.

LX. Simulque iſdem beatiſſimus pontifex fecit in baſilica beati Pauli apoſtoli ex laminis argenteis imagines tres, quæ ponuntur ſuper rugas in introitu presbyterii. Unam quidem habentem vultum depictum Salvatoris Domini noſtri Jesu Chriſti, & ex utriſque lateribus imagines depictas, habentes effigies angelorum, qui penſant libras xxiiii. Fecit & in baſilica Apoſtolorum in via Lata vela [1] de palliis [a] ſiricis numero xx. & linea xx. In eccleſia vero beati Laurentii martyris atque levitæ foris muros hujus civitatis Romanæ fecit vela ex palliis ſericis numero xx. & linea xx. Nam [2] & in eccleſia beatæ Dei genitricis ad Martyres ſimili modo fecit vela de palliis ſericis numero xx. & linea xx. Item idem ſanctiſſimus pontifex fecit per diverſos titulos vela de ſtauracin, ſeu tyria, [3] per unumquemque titulum numero xx. & linea xx. quæ fiunt ſimul vela ſerica numero ccccxxxx.

LXI. Ipſe vero præcipuus pontifex fecit imagines ex laminis argenteis deauratis, habentes effigiem Salvatoris Domini noſtri Jesu Chriſti, quæ poſita eſt ſuper introitu baſilicæ beati Petri apoſtoli, ubi portæ argenteæ exiſtunt: quæ pen-

VARIANTES LECTIONES

ſimiliter, quæ Jobia &c. quæ hic infra habentur. *b* Vat. 1. & codices editi, *in genuculo, ubi molæ machinabantur*.

LX. *a* Ita MSS. ubique legunt, editi vero, *syricis* pro *ſericis*.

Vat.iv.

N O T Æ

LX. 1. DE PALLIIS SIRICIS) ſiricis idem ac ſericis, ut in Zacharia num. xix.

2. ET IN ECCLESIA BEATÆ DEI GENITRICIS AD MARTYRES &c.) *Bonifacius IV. templum, quod Pantheon vocabatur, fecit eccleſiam*, ut inquit Auctor noſter in vita ejuſdem Bonifacii num. 11. *beatæ ac glorioſiſſimæ & Dei genitricis ſemperque virginis* Mariæ, *& omnium Martyrum Chriſti*. Hinc denominatio beatæ Mariæ ad Martyres, cujus pluries mentio, ut in Stephano II. num. xiv. & in Stephano III. num. xv.

3. PER UNUMQUEMQUE TITULUM &c.) ſi xx. vela per ſingulos titulos facta ſunt, eaque ſimul collecta fuere numero ccccxl. tituli igitur temporibus Hadriani papæ erant xxii.

PRO

pensant libras L. Nam & per diversas diaconias fecit simili modo vela stauracia, seu tyria [1] pro unaquaque diaconia, numero VI. quæ fiunt simul vela numero XCVI. [a] Item isdem sanctissimus præsul formam, [2] quæ Jobia vocatur, quæ per evoluta viginti annorum spatia nimis confracta jacebat, a fundamentis restaurare fecit. Simili modo fecit & in basilica beati Pancratii martyris, quæ est foris muros hujus civitatis Romanæ, vela de stauraci, seu tyria numero XXXVIII. & linea XXXVIII. & [3] in basilica beati Stephani protomartyris in Cœliomonte fecit vela de staurácin, seu tyria numero XX. & linea XX. Sed & [4] in basilica beati Apollinaris simili modo [5] vela [b] de octapolo obtulit numero X. & linea X. Item [6] in basilica beati Valentini martyris, quæ sita est foris muros

VARIANTES LECTIONES

LXI. [a] Vat. IV. *Formam similiter, quæ Jobia vocatur, a fundamentis refecit: atque formam, quæ Claudia vocatur, unde aqua in balneum atque baptisterium ecclesiæ Salvatoris decurrere solebat, a fundamentis refecit. Similiter & formam, quæ Virginis nuncupatur, renovavit.* Quæ postrema in aliis infra occurrunt. [b] Alex. II. *de octapulum*, editi, *de octaplo*, sic infra. Vat. I.

NOTÆ

LXI. 1. PRO UNAQUAQUE DIACONIA NUMERO VI.) Similiter distributis ex XCVI. in singulas diaconias velis VI. consurgunt diaconiæ XVI. quas totidem fuisse tempore Hadriani colligimus.

2. QUÆ JOBIA VOCATUR) Jobia, corrige *Julia*, a M. Agrippa ex Tepula in urbem deducta, & in honorem imperatoris Augusti sic dicta.

3. IN BASILICA BEATI STEPHANI PROTOMARTYRIS IN COELIOMONTE) Ecclesia hæc in formam sphæricam constructa, vulgo *Santo Stefano rotondo*, quæ templum erat Fauno dicatum, beato Stephano a papa Simplicio consecrata fuit, de qua in ejus vita n.I.

4. IN BASILICA BEATI APOLLINARIS) De hac in Honorio num. III. Sed intelligi etiam posset de alia basilica, quæ ex templo olim Apollinis, ob nominis similitudinem, in honorem beati Apollinaris martyris conversa est. Nuper vetustate fatiscens disjecta est, & a fundamentis renovata, ac deinde a BENEDICTO XIV. P. M. solemni ritu dedicata.

5. VELA DE OCTAPOLO) vela satis crassiora ex octo filis, ut putamus, contexta adinstar aulæorum, quæ dicimus *arazzi*. Ejusmodi velorum usus ad ornatum basilicarum ad nostra usque tempora perdurat cum intextis insigniis & nominibus pontificum, qui eadem largiti sunt; & vulgo *coltre* dicuntur.

6. IN BASILICA BEATI VALENTINI MARTYRIS, QUÆ SITA EST FORIS MUROS &c.) In via Flaminia prope pontem Milvium a Julio papa in honorem beati Valentini ædificata fuit, & a Benedicto II. ornata. Creditur fuisse in vinea Patrum S. Augustini, juxta Floravantem Martinellum.

ros hujus civitatis Romanæ, ſimiliter fecit vela de ſtauracin, ſeu octapoli numero XXII. & linea XXII.

LXII. Dum vero [1] forma, quæ Claudia vocatur, per annorum ſpatia demolita eſſe videbatur; unde & in balneis Lateranenſibus de ipſa aqua lavari ſolebat: & in baptiſterium eccleſiæ Salvatoris Domini noſtri Jesu Chriſti, & in plures eccleſias in die ſancto Paſchæ decurrere ſolebat: & dum modica aqua de prænominata forma intus civitatem decurrebat; proſpiciens præcipuus & coangelicus præſul, [a] aggregans multitudinem populi ex partibus Campaniæ per ſemetipſum ad fabricandum atque reſtaurandum eamdem formam totis viribus properavit: & tantam curam ac ſollicitudinem in ejuſdem formæ fabrica exhibuit, quod etiam noviter eam renovavit atque reſtauravit, & confeſtim ex eadem forma aquam in præfata balnea, etiam & intus civitatem, ſicut antiquitus, abundanter decurrere fecit.

LXIII. Hujus temporibus defunctus [1] Leoninus conſul & dux, poſtmodum vero monachus, ob veniam ſuorum delictorum [2] tres uncias maſſæ Aratianæ, qua ex hereditate parentum ſuorum fruebatur: ſitas ab hac Romana urbe milliario XVI. via Ardeatina: in quo & [3] eccleſia beati Ediſtii eſſe dinoſcitur, quam ipſe beatiſſimus papa magnæ conſtructio-

ctio-

VARIANTES LECTIONES

LXII. a Vat. 1. *aigregans*.

quon-

NOTÆ

LXII. 1. FORMA, QUÆ CLAUDIA VOCATUR) Aquam Claudiam Cajus Caligula ex fontibus Curtio & Cœruleo via Sublacenſi a milliario XLVI. ducere inchoavit, & Tiberius Claudius opere arcuato ductum abſolvit. Hæc per portam Næviam, nunc Majorem, Romam ingrediens ad baſilicam Lateranenſem & uſque ad collem Aventinum ferebatur.

LXIII. 1. LEONINUS CONSUL ET DUX) tituli tunc honoris, non magiſtratus & juriſdictionis, ſublata jam & extincta poteſtate conſulari & ducali.

2. TRES UNCIAS MASSÆ ARATIANÆ) quadrantem prædiorum & fundorum, ex patris hereditate ad memoratum Leoninum pertinentem.

3. ECCLESIA BEATI EDISTII) De ſancto Ediſtio mentio fit in Martyrologio Romano ad diem X. Octobris: ejuſque antiquæ eccleſiæ locus ſatis hic indicari videtur.

ALIAS

ctionis fabricis decoravit, ampliavitque in easdem tres uncias suprascriptæ massæ Aratianæ [4] alias sex uncias a Petro comite, atque Agnete [5] relicta [a] quondam Agathonis scriniarii, [b] & Theodata relicta quondam Dominici Præfectorii. Fines etiam ex omni parte conquisivit. Data enim digna compensatione, nemini vim inferens, sed magis, ut condecet patri, cuncta secundum eumdem locum amica pactione emit prædia & domocultam beato Petro eumdem locum jure perpetuo statuit permanendum: [c] quæ & domus culta sancti Edistii vocatur usque in hodiernum diem. Pariter etiam & massa, quæ vocatur [d] Acutiana, quæ juxta eamdem domum cultam esse videtur, ab eodem Leonino beato Petro concessa est.

LXIV. Item ipse ter beatissimus præsul [1] in basilica majori, quæ appellatur sanctæ Dei genitricis: [a] quæ adhæret juxta basilicam beati Laurentii martyris atque levitæ: ubi ejus sanctum corpus requiescit foris muros hujus civitatis Romæ, obtulit vela de stauracin, seu quadrapolis numero xv. & linea xv. [2] Tectum vero tituli beati Clementis, quod etiam casurum erat & in ruinis positum, regionis tertiæ

VARIANTES LECTIONES

LXIII. *a quondam Agathonis*) Ita Cod. Alex. II. *b* Sic idem, editi vero *Theodatæ relictæ* &c. *Perfecturii*. *c* Vat. I. atque item editi, *quem & domumcultam sancti Edistii vocant* &c. *d* Idem, *Acatiana*, ut in vulgatis, Alex. II. ut in contextu.

LXIV. *a* Sic Alex. II. vulgati perperam, *qui aderat*.

Ita

N O T Æ

4. ALIAS SEX UNCIAS) dodrantem scilicet integræ massæ Aratianæ.

5. RELICTA QUONDAM AGATHATONIS SCRINIARII) scriniarius, cui curæ est scrinium, locus, in quo publicæ tabulæ custodiuntur: Hujus officii mentio in Stephano III. num. XXIV.

LXIV. 1. IN BASILICA MAJORI, QUÆ APPELLATUR SANCTÆ DEI GENITRICIS) De hac basilica infra in vita Leonis IV. num. XXVI.

2. TECTUM VERO TITULI BEATI CLEMENTIS &c.) situm est hoc templum in via majori regionis III. qua itur ad Lateranum, inter cetera antiquissimum, a Clemente XI. P. M. sub initium præsentis sæculi renovatum, & eleganter ornatum.

tiæ a noviter reſtauravit: nec non [3] & in baſilicam beati Silveſtri confeſſoris atque pontificis, ſitam in Orphea: quæ jam in ruinis poſita erat, & tectum ejus dirutum exiſtebat, facto eodem tecto a noviter ipſam eccleſiam renovavit. Simili modo & in famoſiſſima, totoque orbe terrarum præclara veneranda baſilica beati Petri apoſtolorum principis, dum [4] per olitana tempora vetuſtiſſimas trabes, quæ ibidem exiſtebant, cerneret iſdem præcipuus pontifex, [5] mittens Januarium [b] veſtararium ſuum, cognoſcens eum idoneam perſonam, cum multitudine populi, mutavit ibidem trabes numero XIV. atque totum ejuſdem baſilicæ tectum & porticus a noviter reſtauravit.

LXV. Hic idem almificus præſul divina inſpiratione repletus atque miſericordia motus, [1] forma, quæ Virginis appellatur, dum per annorum ſpatia demolita atque a ruinis plena exiſtebat, vix modica aqua in urbem Romam [a] ingrediebatur, proſpiciens, ſicut benigniſſimus & pius paſtor a no-

VARIANTES LECTIONES

b Ita Vat. I. Alex. II. *veſtiararium*, ceteri, *veſtiarium*. Sic infra. LXV. a Vat. I. *ingrediebat*, libri editi, *ingrediente*.

Idem

NOTÆ

3. ET IN BASILICAM BEATI SILVESTRI CONFESSORIS ATQUE PONTIFICIS SITAM IN ORPHEA) Eſt locus, quem corrupte alii dixere *in Orthea*, ab Orphei ſimulacro olim ibi ſito, ad caput Suburræ, de quo Martial. lib. X. Epig. XIX.

Illic Orphea *protinus videbis*
Altum vincere caput Suburræ.

4. PER OLITANA TEMPORA) per antiqua & præterita tempora, a voce latina *olim*.

5. MITTENS JANUARIUM VESTARARIUM SUUM) cui nempe commiſſa cura veſtiarii pontificii. Vid. ſupra numer. V.

LXV. 1. FORMA, QUÆ VIRGINIS APPELLATUR) Aqua, *Virgo ideo appellata*, inquit Frontinus, *quod quærentibus aquam militibus puella virguncula quaſdam venas monſtravit, quas ſecuti qui foderant, ingentem aquæ modum invenerunt.* In urbem perducta fuit a M. Agrippa quum eſſet ædilis. Concipitur octavo ab urbe milliario in agro dicto *Solone* juris baſilicæ Liberianæ. Inter portam Pincianam & Flaminiam per ductum in longitudinem XIV. milliariorum ob varios flexus protenſum ad vicum Trivii ſub colle Hortulorum ſe prodit, inde vulgo dicta *acqua di Trevi*. In ædibus DD. de Bubalo viſitur arcui inſculpta ſequens inſcriptio,

TI.

a noviter eam reſtauravit: & tantam abundantiæ aquam [b] effudit, ut pene totam civitatem ſatiavit. Tectum denique [2] baſilicæ beati Januarii martyris, ſitæ ad portam beati Laurentii martyris atque levitæ a noviter reſtauravit. Item [3] in cimiterio beatorum martyrum Abdon & Sennen, foris portam Portuenſem, veſtem de ſtauracin fecit atque obtulit.

LXVI. Hic enim coangelicus vir divina inſpiratione, ignitus conſtituit diaconias tres foris portam beatorum apoſtolorum principis, id eſt unam quidem beatæ & glorioſæ ſemper virginis Dei genitricis MARIÆ Dominæ noſtræ, [1] quæ ſita eſt [a] in Atriano: aliam vero ſupraſcriptæ ſanctæ & intemeratæ Dominæ noſtræ, quæ ſita eſt foris portam beati Petri apoſtoli [b] in caput porticus: nec non & aliam diaconiam, [2] quæ appellatur ſancti Silveſtri juxta hoſpitale ſancti Gregorii. Quas ſupraſcriptas diaconias hic almificus vir in abdi-

tis

VARIANTES LECTIONES

b Idem Vat. 1. *præfulſit*.

LXVI. a Alex. 11. *in Adrianium*, alii cum editis, *in Atriano*, Baron. *in Atrio* : MSS.

b Vat. 1. *in capud portici*.

NOTÆ

TI. CLAVDIVS . DRVSI . F. CAESAR . AVGVSTVS . GERMANICVS
PONTIFEX . MAXIM. TRIB. POTEST. V. IMP. XI. P.P. COS. DESIG. IIII
ARCVS . DVCTVS . AQVAE . VIRGINIS . DISTVRBATOS . PER . C. CAESAREM
A FVNDAMENTIS . NOVOS . FECIT . AC . RESTITVIT

Aquæ virginis formam Hadrianus reſtituit; ſed noviſſime Clemens XII. P. M. fontem, lacum, fiſtulas eleganti opere inſtauravit, & BENEDICTUS XIV. P.M. opus nondum completum perfecit.

2. BASILICÆ BEATI JANUARII MARTYRIS SITÆ AD PORTAM BEATI LAURENTII MARTYRIS ATQUE LEVITÆ) Hanc baſilicam diſcimus ab Auctore noſtro ſitam fuiſſe ad portam beati Laurentii.

3. IN CIMITERIO BEATORUM MARTYRUM ABDON ET SENNEN FORIS PORTAM PORTUENSEM) Corpora beatorum Abdon, & Sennen ſepulta fuere in prædio Candidæ, in quo ſepultus fuit ſanctus Pontianus: quod propterea cœmeterium Pontiani nuncupatur.

LXVI. 1. QUÆ SITA EST IN ATRIANO) nempe in atrio prope Vaticanum. Disjecta eſt ſub papa Paulo V. quum gradus ad baſilicam Vaticanam construerentur.

2. QUÆ APPELLATUR SANCTI SILVESTRI JUXTA HOSPITALE SANCTI GREGORII) Hoc hoſpitale ſolo æquatum fuit ſub papa Pio IV. amplificandi cauſſa ſancti Petri plateam. Tres hæ diaconiæ ſtabant e regione templi ſancti Petri prope porticus.

CUM

tis ſine miſericordiæ fructu reperiens, a noviter reſtauravit. Ubi & dona plurima mobilia atque immobilia pro remedio animæ ſuæ obtulit: & conſtituit, ut per unamquamque hebdomadam quintæ feriæ die [3] cum pſallentio a diaconia uſque ad balneum pergerent, & ibidem diſpenſatione per ordinem pauperibus conſolari atque eleemoſynam fieri.

LXVII. Immo hic ipſe ſæpius [a] nominatus ſanctiſſimus præſul pariterque in baſilica vaſis electionis beati Pauli apoſtoli cernens ibidem exiſtentes trabes per priſca tempora vetuſtas, ad modicumque ruituras, fecit ſicut ſuperius in baſilica beati Petri principis apoſtolorum; cuncta diſponens per Januarium fideliſſimum veſtararium ſuum cum multitudine populi. Sed & ipſe ter beatiſſimus paſtor per ſemetipſum frequentans, totam noviter reſtauravit, & mutavit trabes majores numero xxxv. & per circuitum ejuſdem eccleſiæ a noviter [b] porticus omnes reſtauravit.

LXVIII. Hic autem ter beatiſſimus & apoſtolicus vir [a] dum diligentiſſima exquiſitione ſua reperiſſet, monaſterium Honorii papæ in nimiam deſolationem per quamdam negligentiam venire; divina inſpiratione motus noviter ædificavit atque ditavit: & abbatem cum ceteris monachis regulariter ibidem vitam degentes ordinavit & conſtituit eos, ut in baſilica Salvatoris, quæ & Conſtantiniana dicta eſt, juxta Lateranenſe patriarchium poſita, officia celebrarent: hoc eſt, matutinum, horam primam, tertiam, ſextam, ſed & nonam [b] etiam & veſpertinam; ab uno choro qui-

VARIANTES LECTIONES

LXVII. *a* MSS. quidam, *nominandus almiſſimus. b porticus omnes*) ex Alex. II. iſta ſupplevimus.

LXVIII. *a* Vat. I. *per almiſſima exquiſitione ſua*. *b* Vat. I. *ſeu Veſpera*.

quod

NOTÆ

3. CUM PSALLENTIO A DIACONIA USQUE AD BALNEUM PERGERENT) cum recitatione & cantu pſalmorum. Hoc vocabulo uſus eſt Gregorius Tur. hiſt. Franc. lib. x. *miſerat ad eum obviam epiſcopus Regalis clericos ſuos cum crucibus. & pſallentio.*

MO-

quidem, qui dudum ſingulariter in utroque pſallebant, monachi ex monaſterio ſancti Pancratii ibidem poſito: & ab altero choro monachi jam fati [1] monaſterii ſancti Andreæ & Bartholomæi, [c] quod appellatur Honorii papæ; quatenus piis laudibus pariterque pſallentes hymniferis choris, Deique læti reſonent cantus, reddentes Domino [d] glorificum melos; perſæpius [e] memoratum venerandi pontificis nomen, ſcilicet in ſæcula memoriale ejus pangentes carminibus.

LXIX. Hic idem ſanctiſſimus præſul in domoculta, quam Capracorum vocant, quam ex jure proprio ſuo obtulit pro alimoniis pauperum beato Petro apoſtolorum principi nutritori ſuo, a ſolo fundavit atque ædificavit eccleſiam, ſimulque ſpecioſe ornavit, & [a] in nomine ejuſdem Deo factori ſuo dedicavit; recondens in ea reliquias [b] ex veſtimentis Salvatoris Domini noſtri Jesu Chriſti, & ejuſdem Dei genitricis ſemperque Virginis Mariæ, atque duodecim apoſtolorum & aliorum venerabilium martyrum. In quam ſacratiſſimam eccleſiam cum cuncto clero ſuo ſenatuque Romano pergens, cum nimia gloria ſeu exultatione pariter ovantes, & in pauperes Chriſti ibidem magnam conſuetam eleemoſynam [c] faciens, translatavit atque [d] introduxit in eam corpora ſanctorum Martyrum ſimulque pontificum: videlicet [1] corpus ſancti Cornelii martyris & pontificis, ſucceſſo-

VARIANTES LECTIONES

c quod appellatur) Hæc deſunt in editis. *d* Vat. 1. *glorificos melos*, editi, *gloriosos melos*. *e* In editis, *memorantes*.

LXIX. *a* Alex. II. *& in nomine eidem Dei apoſtolo fauctori ſuo dedecavit*. *b ex veſtimentis*) Vat. 1. hæc non agnoſcit. *c* Alex. II. *facientes*. *d* Vat. 1. *infraduxit*.

&

NOTÆ

LXVIII. 1. MONASTERII SANCTI ANDREÆ ET BARTHOLOMÆI, QUOD APPELLATUR HONORII PAPÆ) Honorius papa monaſterium ædificavit prope baſilicam Lateranenſem, ut in illa monachi officia celebrarent. Ubi nunc eſt hoſpitale ſancti Joannis, ſitum erat monaſterium Honorii.

LXIX. 1. CORPUS SANCTI CORNELII MARTYRIS ET PONTIFICIS &c.)

cessorisque ejus sancti Lucii martyris atque pontificis, & corpus sancti Felicis simili modo martyris seu pontificis, pariterque corpus sancti Innocentii confessoris atque pontificis. Quos ut patronos in Domino almus sacer pontifex ob amorem sanctæ sedis apostolicæ, in qua & præsederunt, sicut decuit, honoravit.

LXX. Nec non & tectum [1] tituli beatæ Susannæ martyris, [a] quod appellatur Inter duas domos, [b] situm juxta sanctum Quiriacum: quod jam casurum erat, & in ruinis positum, a noviter restauravit. Simili modo & titulum beati Cyriaci martyris, seu [3] ecclesiam sancti Laurentii, quæ appellatur ad Formosum, pariter a novo restauravit. Immo & basilicam Salvatoris, quæ & Constantiniana vocatur, juxta Lateranense patriarchium in ruinis positam una cum quadriporticis suis atriisque, & fontes a noviter, sicut ecclesias beatorum principum Petri & Pauli, renovavit: in qua & mutavit trabes majores numero xv.

LXXI. Item hic idem almificus præsul [1] monasterium sancti Laurentii, quod appellatur in Palatinis, in desertis [a] reperiens; noviter restaurans, atque in omnibus ditans,

VARIANTES LECTIONES

LXX. *a* & *b* *quod appellatur*) Ita ex Alex. II.
LXXI. *a* Vat. 1. cum editis, *reperit*. Alex. II.

NOTÆ

&c.) Quatuor hæc corpora pontificum Cornelii, Lucii, Felicis I. & Innocentii I. transtulit Hadrianus papa in ecclesiam domus cultæ nuncupatæ *Capracorum*, a se in honorem beati Petri ædificatam.

LXX. 1. TITULI BEATÆ SUSANNÆ MARTYRIS, QUOD APPELLATUR INTER DUAS DOMOS) Ecclesia hæc retinet eumdem situm, quem indicat Bibliothecarius, in colle Quirinali. Vid. in Sergio num. 1. Parte I. Hanc cardinalis Rustieuccius renovavit, & pulcherrima fronte instruxit.

2. SITUM JUXTA SANCTUM QUIRIACUM) lege Cyriacum.

3. ECCLESIAM SANCTI LAURENTII, QUÆ APPELLATUR AD FORMOSUM) Hanc putat Grimaldus eamdem esse cum ea, quæ vocatur *Perperna*, corrupte *in Panisperna*.

LXXI. 1. MONASTERIUM SANCTI LAURENTII QUOD APPELLATUR IN PALATINIS) De ecclesia beati Laurentii in Palatinis posita, inquit Grimaldus, *ista ecclesia erat in opposito palatii Mattiajorum, & periit in constructione monasterii sanctæ Catharinæ*.

SAN-

tans, conjunxit ei aliud monasterium juxta ipsum positum, scilicet [2] sancti Stephani, quod cognominatur [b] Bagauda; & ordinavit monachos, & constituit, ut [3] in titulo beati Marci pontificis atque confessoris officio fungerentur, id est matutino, hora prima, tertia, & sexta, atque nona, [c] seu vespertina psallerent pro requie animæ suæ. Sed & in prædicta basilica beati Marci fecit alios arcus argenteos numero sex, pensantes simul libras LV. pariterque [4] & calices ministeriales [d] in catholica procedentes ex auro purissimo reparavit [e] septem, pensantes libras VIIII. & semis.

LXXII. Hic quippe præsagus vir considerans plurimi populi salutem, [a] eo quod super ripam fluminis, [b] in ea porticu, quæ ducit ad beatum Petrum apostolum, arcta & angusta existens via, per quam transeuntes ad eumdem beatum apostolorum principem Petrum perveniebant; [1] plusquam duodecim millia tufos in littore alvei fluminis in fundamentis ponens, a solo usque ad summum tectum miræ

ma-

VARIANTES LECTIONES

b Alex. II. ita, editi, *Baganda*. *c* Idem Vat. I. *seu vespera*. *d* Alex. II. ut in contextu, editi, *a catholica*. *e septem*) Ex eodem Alex. II.

LXXII. *a eo quod*) Sic Alex. II. *b in ea porticu*) Idem ita.

Sic

NOTÆ

2. SANCTI STEPHANI, QUOD COGNOMINATUR BAGAUDA) erat hoc monasterium proximum superiori in Palatinis.

3. IN TITULO BEATI MARCI PONTIFICIS ATQUE CONFESSORIS) Vid. in beato Marco num. III. Tomo I. Ecclesia hæc sita est in loco, qui dicitur in Palatinis & in Pallacinis. Petrus Barbus postea Paulus II. hanc ecclesiam vetustate fatiscentem, & pene corruptam restituit: & Angelus Maria Quirinus cardinalis hujus tituli commendatarius, additis pretiosis marmoribus, novissime exornavit.

4. CALICES MINISTERIALES IN CATHOLICA PROCEDENTES &c.) Calices ministeriales dicebantur ii, quibus Christiano populo sanguis Domini ministrabatur, ut in I. Parte in vita S. Silvestri num. III. Hic additur in catholica procedentes, nimirum qui in publico Fidelium cœtu & concursu adhiberi solebant.

LXXII. 1. PLUSQUAM DUODECIM MILLIA TUFOS IN LITORE &c.) Tufus, seu magis latine tophus, est lapis porosus, mollis, friabilis & non ponderosus. Ejus frequens usus est ad fornices costruendos. In hoc loco accipitur tufus pro lapide Tiburtino, qui sustinendis molibus, & construendis pilis aptissimus est, ut infra.

DIA-

magnitudinis porticum reparavit, & usque ad gradus beati Petri [c] noviter restauravit. [2] Diaconiam vero sanctæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ, quæ appellatur [d] Cosmidin, dudum brevem in ædificiis existentem, in ruinis positam, restauravit; nam maximum monumentum [e] de Tiburtino tufo super eam dependens, per anni circulum plurimam multitudinem populi congregans, multorumque lignorum struem incendens demolitus est: simulque collectionem ruderum mundans, a fundamentis ædificans, prædictamque basilicam ultro citroque speciose largans, tresque absidas in ea constituens præcipuus antistes, veram Cosmidin amplissimam a novo reparavit.

LXXIII. Pariterque & [1] titulum beati Laurentii martyris, quem Lucinæ dicunt, seu [2] ecclesiam beati Martini, sitam juxta titulum sancti Silvestri: simulque & [3] basilicam beati Agapiti martyris, foris muros juxta sanctum Laurentium positam, reparavit. Quæ præfatæ ecclesiæ a priscis temporibus marcescentes, in ruinis mole [a] defecerant: quas præcipuus antistes fervens in amore Spiritus sancti in omnibus, una cum porticibus earum a novo nimio decore renovavit.

VARIANTES LECTIONES

c Sic idem. *d* Libri editi, *Cosmedin*. *e* Alex. II. *de Tiburtinis tufis*.
LXXIII. *a* Alex. II. *devenerant*.

MSS.

NOTÆ

2. DIACONIAM VERO SANCTÆ DEI GENITRICIS SEMPERQUE VIRGINIS MARIÆ, QUÆ APPELLATUR COSMIDIN) alias dicta *Schola Græca*. Fertur, beatum Augustinum eo loci rhetoricen docuisse.

LXXIII. 1. TITULUM BEATI LAURENTII MARTYRIS, QUEM LUCINÆ DICUNT) Templum erat Junonis Lucinæ, a Xysto III. in honorem beati Laurentii conversum. Alii a Lucina pia muliere soli domina dictum volunt. Vid. in Xysto III. num. VI. Tom. I.

2. ECCLESIAM BEATI MARTINI SITAM JUXTA TITULUM SANCTI SILVESTRI) In regione Montium prope thermas Domitianas, sive Trajanas. Superest adhuc sub titulo SS. Martini & Silvestri. Silvester papa eam ædificavit. Vid. in I. Parte in vita Silvestri n. III. Cardinalis Thomasius instauravit, & juxta antiquam ecclesiæ disciplinam ordinavit.

3. BASILICAM BEATI AGAPITI MARTYRIS FORIS MUROS JUXTA SANCTUM LAURENTIUM POSITAM &c.) quam ædificavit Felix III. Vid. in ejus vita num. 2. Parte I.

BASI-

vavit. Verum etiam tituli sancti Sixti, seu & basilicæ sancti Hadriani a novo simili modo renovavit ædes. [b] Videlicet & basilicam beati Pancratii martyris, nimia vetustate dirutam atque ruinis præventam, isdem almificus [c] in integrum a novo nimio decore una cum monasterio sancti Victoris ibidem sito restauravit.

LXXIV. Item præcipuus præsul basilicam sanctæ Dei genitricis ad Præsepe, quæ a priscis temporibus tota marcuerat, ultro citroque restauravit, & in sarta tecta ejusdem ecclesiæ posuit trabes majores xx. Simili modo & [1] basilicam sancti Eusebii [a] undique renovans restauravit. [2] Cameram vero beati Petri apostolorum principis in omnibus destructam atque dirutam, exemplo olitano exculpens diversis coloribus, a novo fecit. Porticum vero, quæ ducit ad beatum Paulum apostolum, a porta una cum [3] ecclesia sancti Eupli usque ad prædictam basilicam sancti Pauli a novo restauravit. Immo & porticum, quæ ducit ad sanctum Laurentium foris murum, a porta usque in eamdem basilicam a novo construxit.

LXXV. Hic idem almificus [a] pater eamdem basilicam sancti Laurentii martyris, ubi sanctum corpus ejus quiescit, [1] adnexam basilicæ majori, quam dudum isdem præsul construxerat, ultro citroque a novo restauravit. Immo & ecclecle-

VARIANTES LECTIONES

b MSS. Cod. ita. c Vat. 1. *in integro*. Sic infra.
LXXIV. a Sic Alex. 11. libri editi cum Vat. 1. *renovavit*.
LXXV. a Vat. 1. *vates*.

Idem,

NOTÆ

LXXIV. 1. BASILICAM SANCTI EUSEBII &c.) Antiquissimam hanc ecclesiam, sitam in monte Exquilino ad Marii trophea, tecto munivetat olim Zacharias papa, & subinde Hadrianus undique instauravit.

2. CAMERAM) Id est tribunam, sicuti in Gregorio III. num. VIII.

3. ECCLESIA SANCTI EUPLI) extra portam S. Pauli ad sepulcrum Cestii: quam ædificaverat Theodorus papa, ut in ejus vita num. v.

LXXV. 1. ADNEXAM BASILICÆ MAJORI) Templum sancti Laurentii majus, & minus in agro Verano ædificatum, supra cœmeterium Cyriacæ: cujus sub ara maxima recondita sunt corpora SS. Laurentii & Stephani.

Ee 2 BA-

clesiam sancti Stephani juxta eam sitam: ubi corpus sancti Leonis episcopi & martyris quiescit, similiter undique renovavit, una cum cœmeterio beatæ Cyriacæ, seu adscensum ejus. Verum etiam & [2] basilicam Hierusalem, quæ in [b] Sessoriano sita est, & olitanas ejus, quæ marcuerant, trabes, mirifice ipsas mutans in omni restauravit parte. Pariter & [c] [3] titulum Apostolorum, qui appellatur Eudoxiæ ad vincula, totam ejus a novo restauravit ecclesiam.

LXXVI. Immo & [1] basilicam sanctæ Rufinæ & Secundæ, quæ ponitur in episcopio Silvæ Candidæ: quæ olitana vetustate marcuerat, una cum baptisterio summo studio renovavit. Videlicet & basilicam beati [a] Petri apostoli, sitam via Appia in silice ultra sanctum Thomam apostolum non procul a tricesimo, desolatione ruinisque præventam, a novo una cum baptisterio restaurans [b] miræ magnitudinis decoravit. Pariter & [2] basilicam sanctorum Cosmæ & Damiani, sitam in tribus fatis, quia nimia vetustate similiter trabes ejus

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *Suxorio*. *c* In editis, *templum*.

LXXVI. *a* Alex. II. legit, *Andreæ*. *b* Editi cum Vat. I. *mole*.

Idem

NOTÆ

2. BASILICAM HIERUSALEM, QUÆ IN SESSORIANO SITA EST) Basilica S. Crucis in Hierusalem, dicta etiam *Sessoriana* a palatio Sessorii, cui est superextructa, ab Helena Constantini matre ædificata dicitur in vita Silvestri papæ num. XXII. Tomo I. BENEDICTUS XIV. P. M. quam habuit in titulum, quum cardinalis esset, splendido ornatu restituit.

3. TITULUM APOSTOLORUM, QUI APPELLATUR EUDOXIÆ AD VINCULA) ædificatum ab Eudoxia augusta Valentiniani III. imper. uxore, ubi servantur adhuc vincula, quibus jussu Herodis sanctus Petrus vinctus in carcere Jerosolymis custoditus fuit.

LXXVI. 1. BASILICAM SANCTÆ RUFINÆ ET SECUNDÆ, QUÆ PONITUR IN EPISCOPIO SILVÆ CANDIDÆ) Episcopus sanctæ Rufinæ & Secundæ erat unus ex septem cardinalibus; sed propter barbarorum incursiones ejus titulus unitus fuit a Callisto II. titulo Portuensi, & sex inde fuere cardinales episcopi. Vid. in Constantino papa n. III. & in Stephano III. num. XXIV.

2. BASILICAM SANCTORUM COSMÆ ET DAMIANI SITAM IN TRIBUS FATIS) quam Felix papa IV. ædificaverat in via Sacra juxta templum Romuli. Vid. in I. Parte in vita Felicis IV. num. II. In tribus fatis, leg. in tribus foris,

EC-

ejus marcescentes defecerant, a novo totam restauravit. Scilicet & [3] ecclesiam beati Johannis Baptistæ, sitam juxta portam Latinam, ruinis præventam in omnibus, a novo renovavit. Verum etiam & ecclesiam Apostolorum foris portam Appiam milliario tertio in loco, qui appellatur [4] Catacumbas, ubi corpus beati Sebastiani martyris cum aliis quiescit, in ruinis præventam a novo restauravit. Immo & [5] titulum Pudentis, id est ecclesiam sanctæ Potentianæ in ruinis positam noviter reparavit. Sed & [6] basilicam sancti Theodori, sitam [c] in Sabello juxta domum cultam [d] Sulpitianam: nec non & basilicam sancti Petri positam [7] in massa [e] Merulana per olitana dirutas tempora a solo renovavit.

LXXVII. Hujus denique temporibus defunctus Mastalus primicerius, reliquit pro anima sua in potestate prædicti pontificis pauperibus Christi pro sua propria hereditate erogari: [a] qua re uno consensu heredes prædicti Mastali dederunt atque venundaverunt eidem magno præsuli cum fundis atque casalibus [1] una cum ecclesia sancti Leucii portionem

eis

VARIANTES LECTIONES

c Idem Vat. 1. & Alex. 11. *in sabellum*, sic etiam infra in Stephano IV. num. IV. libri editi, *intra velum*. d Vat. 1. *Sulficiano*. e Idem, *Marulis*.

LXXVII. a Alex. 11. *quatenus ex uno consensu*.

Libri

NOTÆ

3. ECCLESIAM BEATI JOHANNIS BAPTISTÆ SITAM JUXTA PORTAM LATINAM) Ante portam Latinam ecclesia dedicata est Johanni Evangelistæ, non Johanni Baptistæ, ab usque anno MCXC. ut habet inscriptio indicans ejusdem dedicationem factam a Cælestino III.

4. CATACUMBAS, UBI CORPUS BEATI SEBASTIANI MARTYRIS CUM ALIIS QUIESCIT) Extra portam Appiam, modo sancti Sebastiani dictam ab ecclesia sancti Sebastiani, in qua ejus corpus reperitur.

5. TITULUM PUDENTIS, IDEST ECCLESIAM SANCTÆ POTENTIANÆ) Pudentianæ legimus in vita Pii I. num. IV. in I. Parte. Ecclesia erecta fuit in ejus honorem in domo Pudentis viri patricii, in qua hospitatus est sanctus Petrus, quum Romam venit.

6. BASILICAM SANCTI THEODORI SITAM IN SABELLO JUXTA DOMUM CULTAM SULPITIANAM) erat hæc in Laterano *Intra velum*.

7. IN MASSA MERULANA) sita, ut putamus, juxta trophæa Marii, in via, quæ a sancta Maria Majori ducit ad Lateranum.

LXXVII. 1. UNA CUM ECCLESIA SANCTI LEUCII) Cujus nulla supersunt vestigia.

In

eis competentem positam via Flaminia milliario ab urbe Roma plus minus quinto [2] & in auro solidos mancusos numero ducentos. [b] Quos & pro anima jam fati Mastali heredes ejus Christo dederunt. Portio vero Gregorii secundicerii, quam in suprascriptis casalibus sancti Leucii habere dinoscebatur, pro secundicerii honore eidem almo præsuli ab eodem Gregorio concessa est: & dum ipsa sancti Leucii ecclesia in ruinis [c] ex dumis atque vepribus circumvallata [d] periisset, a novo eam restaurans, miræ magnitudinis domocultam ibidem beato Petro nutritori suo ædificavit, & in perpetuum concessit, [e] & in ea fines ampliavit, tam ex hereditate Paschalis, quamque ex commutatione heredibus quondam Luciæ seu Johannis primicerii, vel diversorum locorum facta.

LXXVIII. Hic fecit [1] in basilica beatæ Petronillæ ad beatum Petrum apostolum arcus argenteos VI. pensantes libras L. [2] Titulum vero sanctæ Praxedis ex parte ruentem [a] in integrum renovavit. Immo & [3] basilicam sanctæ Eugeniæ tam intus quamque foris a novo restauravit. Simili modo & [4] basilicam sancti Gordiani atque Epimachi, seu [b] coemete-

VARIANTES LECTIONES

b Libri editi perperam, *Quorum & provinciam jam fati* &c. Alex.II. & Vat.III. ut in contextu. *c* editi non recte, *eximiis* pro *dumis*, ut in MSS. legitur. *d* Vat. I. *reperisset*. *e* Editi, *& ea in fines*.

LXXVIII. *a* Vat.I. *in integro*. *b* Tam MSS. quam editi hic & ubique, *cimiterium*: hinc inde apud Italos obtinuit vulgari sermone *Cimiterio*.

In

NOTÆ

2. IN AURO SOLIDOS MANCUSOS NUMERO DUCENTOS) solidus aureus, pariata ejus temporis moneta cum nostra, valebat denarios argenteos, quos julios dicimus, viginti duos, ut supra num.XXVIII. Ejusmodi valoris computantur nummi aurei Imperatorum Romanorum inferioris ævi, puta Theodosii, Arcadii, Honorii &c. Mancusi dicebantur, hoc est, manu cusi.

LXXVIII. 1. IN BASILICA BEATÆ PETRONILLÆ AD BEATUM PETRUM APOSTOLUM) Structura & situs hujus basilicæ describitur supra ex Grimaldo in vita sancti Pauli num. VI. & infra in vita sancti Leonis III. num. LXXII.

2. TITULUM VERO SANCTÆ PRAXEDIS) erectum in capite Suburræ in colle Exquilino, ubi Christo devota virgo Praxedes Christianos de suo alebat & sustentabat.

3. BASILICAM SANCTÆ EUGENIÆ &c.) in Cœlio monte fuisse creditur, cujus in præsens nullum vestigium.

4. BASILICAM SANCTI GORDIANI ATQUE EPIMACHI &c.) Basilicasum

meterium ejusdem ecclesiæ, Simplicii & [c] Serviliani, atque Quarti & Quinti martyrum, & beatæ Sophiæ, una cum cœmeterio sancti [d] Tertullini foris portam Latinam a novo in integrum renovavit: nec non & ecclesiam beati Tiburtii & Valeriani atque Maximi, seu basilicam sancti Zenonis, una [5] cum cœmeterio sanctorum Urbani pontificis, Felicissimi & Agapiti, atque Januarii & Cyrini martyrum foris portam Appiam uno cohærentes loco: quæ ex priscis marcuerant temporibus, a novo restauravit.

LXXIX. Itemque [1] titulum sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ, quæ vocatur [a] Callisti trans Tiberim, a novo in integrum ex omni restauravit parte. Simili modo & [2] titulum sancti Marcelli, via Lata situm, a novo restauravit. Et [3] basilicam cœmeterii sanctornm martyrum Hermetis, Proti, & Hyacinthi [b] atque Basillæ, miræ magnitudi-

tudi-

VARIANTES LECTIONES

c In vulgatis, *Semiliani*. *d* Vat. 1. *Tertulini*.
LXXIX. *a* Editi, *Calixti*. *b* Iidem, *atque basilicam*.

Codi-

N O T Æ

rum istarum atque cœmeteriorum vix nomina supersunt, eaque fortassis apud unum Bibliothecarium, ut Gordiani & Epimachi, Simplicii ac Serviliani, Quarti & Quinti, Sophiæ, & Tertullini, Tiburtii, & Valeriani, atque Maximi.

5. CUM COEMETERIO SANCTORUM URBANI PONTIFICIS &c.) In via Appia extra portam reperitur hoc cœmeterium, in quo reposita sunt corpora ipsius sancti Urbani pontificis, & Felicissimi, & Agapiti, & Januarii, & Cyrini: & super illud ædificata est ecclesia in honorem sancti Urbani.

LXXIX. 1. TITULUM SANCTÆ DEI GENITRICIS SEMPERQUE VIRGINIS MARIÆ, QUÆ VOCATUR CALLISTI TRANS TIBERIM) Hodie vocatur *santa Maria in Trastevere*. Sancti Callisti titulo insignitur, quia eam sanctus Callistus papa ædificavit, ut proditur in ejus vita num. III. Tomo I. In illa reperitur corpus ipsius, & simul duorum aliorum pontificum Cornelii, & Julii. Prope illam est alia antiqua ecclesia in honorem sancti Callisti dicata.

2 TITULUM SANCI MARCELLI VIA LATA SITUM) qui adhuc visitur satis cultus & ornatus, ubi olim creditur fuisse templum Isidis.

3. BASILICAM COEMETERII SANCTORUM MARTYRUM HERMETIS, PROTI, & HYACINTHI ATQUE BASILLÆ &c.) Cœmeterium hoc, & alia hic commemorata a Bibliothecario, Hermetis, Proti, & Hyacinthi, & Basillæ, & sanctæ Felicitatis, & Silvani, & Bonifacii, & Saturnini, & Chrysanthi, & Dariæ, posita erant in via Salaria. Videndus Bos. lib. 3. Rom. subterr.

ET

tudinis innovavit. Cœmeterium vero ſanctæ Felicitatis via Salaria una cum eccleſiis ſancti Silvani martyris, & ſancti Bonifacii confeſſoris atque pontificis uno cohærentes ſolo miræ reſtauravit magnitudinis. Sed & baſilicam ſancti Saturnini, in prædicta via Salaria poſitam, una cum cœmeterio ſanctorum Chryſanthi & Dariæ renovavit, atque cœmeterium ſanctæ Hilariæ innovavit.

LXXX. Immo [1] & cœmeterium Jordanorum, videlicet ſanctorum Alexandri & Vitalis & Martialis martyrum, ſeu ſanctarum ſeptem Virginum a novo reſtauravit. Pariter in eadem via Salaria cœmeterium ſancti Silveſtri confeſſoris atque pontificis, aliorumque ſanctorum multorum, in ruinis poſitum, renovavit: nec non & eccleſiam ſancti Felicis, poſitam foris portam Portuenſem, a novo reſtauravit. Simulque & baſilicam ſanctorum Abdon & [a] Sennen, atque beatæ Candidæ, una cum ceteris ſanctorum cœmeteriis in idipſum pariter renovavit.

LXXXI. Idem egregius præſul [1] præfatas baſilicas, ſcilicet beati Hadriani martyris, ſeu ſanctorum Coſmæ & Damiani, quas noviter reſtauravit, diaconias conſtituit: in quibus & multa bona fecit [a] pro ſua ſempiterna memoria; concedens eis agros, vineas, oliveta, ſervos vel ancillas, & peculia diverſa atque res mobiles, [b] ut de reditu eorum cre-

VARIANTES LECTIONES

LXXX. *a* Codice MSS. nonnulli, *Sennes*.

LXXXI. *a* Alex.II. ita, editi *per ſuam ſempiternam memoriam*. *b* Vat.IV. *ut de reditu earum crebro eleemoſinæ fiant, & pauperes Chriſti refocillentur.*

Idem.

NOTÆ

LXXX. I. ET COEMETERIUM JORDANORUM, VIDELICET SANCTORUM &c.) Et hoc cœmeterium dictum Jordanorum, fortaſſe *Gordianorum*, in quo corpora jacebant Alexandri, & Vitalis, & Martialis, & ſeptem Virginum, & ſancti Silveſtri, aliorumque ſanctorum, in eadem via Salaria poſitum erat.

LXXXI. I. PRÆFATAS BASILICAS, SCILICET BEATI HADRIANI MARTYRIS, SEU SANCTORUM COSMÆ, ET DAMIANI, QUAS NOVITER RESTAURAVIT, DIACONIAS CONSTITUIT) Voluit Pontifex in memoriam Sancti cognominis duas has eccleſias titulo diaconiæ inſignire, & reditibus augere.

OBTU-

crebris exactionibus diaconiæ proficientes pauperes Christi reficerentur. In præfata vero diaconia sancti Hadriani [a] obtulit in argento canistra XII. amam unam, scyphum unum, patenam unam, calicem unum, amulam offertoriam unam, pensantes [c] libras LXVII. Item per nimis ejus solertem curam atque industriam [d] ex aquæductu Sabatinæ, noviter formale a fundamento ædificans, fautori suo beato Petro apostolo, fluentem aquam perduxit, tam in fontem basilicæ, qui per vehicula implebatur, quam in atrium ejusdem basilicæ, & simul in balneum, utilitatem peregrinorum, seu ibidem servientium procurans.

LXXXII. Immo & basilicam sancti Secundini positam [a] in urbe Prænestina, ubi corpus ejus quiescit, in ruinis positam, a novo restauravit. Pariter etiam & in basilica beati primi martyris Stephani sita in Cœliomonte; quæ per olitana tempora marcuerant, maximas in ea [b] deferens trabes, [c] tam vastam molem basilicæ, quamque porticus mirifice intrinsecus & extrinsecus a novo renovavit. Porro & in basilica beatæ Eugeniæ, quam jamdudum ejus renovaverat almitas, solertem in ea gerens curam, monasterium puellarum noviter ibidem a fundamentis ædificans constituit; [1] ut jugiter illic Deo canerent laudes, videlicet hora prima, tertia,

VARIANTES LECTIONES

c Idem, *lib.* LXXVII. *d* Non recte in editis, *aquæductus Sabbatinæ a novo formatæ*.

LXXXII. *a* Vat. I. *in Penestrina*. *b deferens*) In editis deest. *c* Vat. III. & Alex. II. ita, libri vulgati, *vasta mole, quin etiam porticus* &c.

Vat. I.

NOTÆ

1. OBTULIT IN ARGENTO CANISTRA XII. &c.) Canistra vasa erant sacra, in quibus reponebantur quæ ad sanctum sacrificinm inserviebant, præsertim panis & vinum, quæ phrasi ecclesiastica *oblata* dicuntur in Gregorio III. n. XVII. Accipiuntur etiam pro lampadibus canistri formam referentibus. Vid. in eodem Gregor. III. num. VII. & in Stephano II. num. LII.

LXXXII. 1. UT JUGITER ILLIC DEO CANERENT LAUDES) Post ædificatam, seu potius renovatam basilicam beatæ Eugeniæ, Hadrianus monasterium construxit, in quo puellæ in illo receptæ jugiter laudes Deo persolve-

rent

tia, sexta, nona, vespera, matutina. In qua & plura obtulit dona, id est agros, vineas, domos, servos & ancillas, diversisque peculiis & ceteris [d] mobilibus rebus dotavit. Sed & [2] in titulo Pammachii sanctorum Iohannis & Pauli, quæ per elapsos marcuerant annos, omnia sarta tecta ejusdem tituli renovavit.

LXXXIII. Hic vero egregius sacerdos, ob nimium amorem, confessionem beati Petri totam intus ex auro purissimo in laminis diversisque historiis compte ornavit, pondera trecentarum librarum ponens, & in postem superius ejusdem sacræ confessionis auri mundissimi libras XIII. Pari modo & in ipsius Apostoli confessionis [a] liminare inferius libras XXV. Aspectum vero altaris super eamdem [b] almam confessionem atque dextra lævaque parte juxta gradus, [c] qui cohærent jam dictæ confessioni, addens in ea argenti libras CXXXVI. curiose renovavit, ejusque historias ex auro purissimo librarum decem & octo nitidissime deauravit: [1] Simulque & cantharas in eadem Dei apostoli ecclesia numero decem renovavit, addens in eis argenti libras centum. Ante januas vero argenteas fecit canistros argenteos [d] duodecim pensantes simul libras [e] CXXXVI. Simili modo & in turre canistros argenteos duodecim, pensantes inibi simul

VARIANTES LECTIONES

d Vat. I. *movilibus*.

LXXXIII. *a* Ita Alex. II. Vat. I. atque editi, *liminari inferiori*. *b almam*) sic idem. *c qui coharent*) ex eodem. *d* Idem, VIIII. *e* Idem, XLV.

Idem,

N O T Æ

rent, septem horas canonicas recitando: qua in re præluxit monasteriis mulierum in posterum construendis, in quibus idem ritus recitandi divinum officium observaretur.

2. IN TITULO PAMMACHII SANCTORUM JOHANNIS ET PAULI &c.) Quæ erat domus Johannis & Pauli, in Clivo Scauri in monte Cœlio, in ecclesiam conversa est a Pammachio viro nobili filio Bizantii senatoris.

LXXXIII. 1. SIMULQUE ET CANTHARAS &c.) Cantharæ sunt vasa quædam ad continendum oleum, aut ceram instar lampadum ardendi caussa ante altare Apostolorum, a sui forma sic dicta.

PER

mul libras [f] xlv. In eadem quippe beati Petri ecclesia [1] per diversas coronas fecit delphinos ex argento librarum centum.

LXXXIV. Et in ecclesia beati Pauli Apostoli instar eorum, quos posuerat in ecclesia sancti Petri, delphinos posuit argenteos librarum clxxx. Pariter & in ecclesia Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, fecit delphinos argenteos librarum [a] lxxx. Fecit & in ecclesia beati Petri per diversa oratoria canistra argentea numero xii. pensantia simul libras xl. & [1] rugas in presbyterio a parte virorum & mulierum ex argento purissimo, pensantes libras cxxx. nec non & alias rugas in caput presbyterii ante confessionem ex argento, pensantes simul libras ciiii. Et in ecclesia sanctæ Dei genitricis Mariæ trans Tiberim fecit canistra argentea v. pensantia simul libras xv. Enimvero in basilica sanctæ Dei genitricis, quæ appellatur ad Præsepe, in altare ipsius præsepii fecit laminas ex auro purissimo, historiis depictis, pensantes simul libras cv. [b] [2] & ex argento intus suprascriptæ confessionis tabulas duas pensantes simul libras xv.

LXXXV. [1] Ecclesiam vero beatæ Agnetis martyris, seu basilicam beatæ Emerentianæ, pariter etiam & ecclesiam beati Nicomedis, sitam foris portam Numentanam, [2] simul & cœ-

VARIANTES LECTIONES

f Idem, xxxvi.

LXXXIV. *a* Alex.II. ita, editi, xxx. *b* *& ex argento*) Sic idem.

ædifi-

NOTÆ

2. PER DIVERSAS CORONAS FECIT DELPHINOS EX ARGENTO) coronæ lampades dicuntur, adpositis delphinis ex argento ad ornatum.

LXXXIV. 1. RUGAS IN PRESBYTERIO A PARTE VITORUM ET MULIERUM) Semitæ nempe ad altare ducentes, per quas ibant mulieres, distinctæ erant ab iis, per quas ibant viri, secundum laudabilem eorum temporum consuetudinem, de qua in Gregorio III. num. vi.

2. ET EX ARGENTO INTUS SUPRASCRIPTÆ CONFESSIONIS &c.) hoc est, sancti Petri.

LXXXV. 1. ECCLESIAM VERO BEATÆ AGNETIS MARTYRIS &c.) Ecclesiam beatæ Agnetis extra portam Nomentanam, nunc Piam a Pio IV. instauratore dictam, quam a Constantino erectam, Honorius I. renovaverat, Hadrianus restituit; simul cum ecclesia beati Nicomedis ibidem sita.

2. SIMUL ET COEMETERIUM BEA-

& cœmeterium beati Hippolyti martyris juxta sanctum Laurentium: quæ a priscis marcuerant temporibus, a novo renovavit. Pari modo & ecclesiam beati Christi martyris Stephani, sitam juxta prædictum cœmeterium sancti Hippolyti, similiter restauravit. Fecit vero & in confessione beati Pauli apostoli ex auro purissimo [3] imaginem in modum evangeliorum intus super ejusdem sacratissimum corpus, pensantem libras xx.

LXXXVI. Idem vero omnium bonorum præcipuus præsul a novo dedicavit atque constituit monasterium sanctorum Hadriani atque Laurentii, quod in ruinis marcescebat a priscis temporibus, & [1] tanquam crypta a sæcularibus inhabitabatur. Ipse vero egregius antistes a novo id restaurans, in prædictorum sanctorum, videlicet Hadriani & Laurentii, nomine [a] ædificavit: in quo & multa donavit tam in auro, quamque & in argento, seu in agris, atque in familiis, diversisque peculiis simulque & [b] mobilibus rebus. [2] Et constituit in basilica sanctæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ ad Præsepe, & in ceteris monasteriis ibidem constitutis, Deo die noctuque canentes solitas dicere laudes.

LXXXVII. Fecit idem præsagus antistes in confessione beati Laurentii martyris foris murum imaginem ex auro purissi-

VARIANTES LECTIONES

LXXXVI. *a ædificavit*) ex eodem Alex. II. *b* Sic idem. libri

NOTÆ

BEATI HIPPOLYTI MARTYRIS JUXTA SANCTUM LAURENTIUM &c.) Satis a Bibliothecario indicatur situs hujus cœmeterii, atque etiam ecclesia sancti Stephani, nempe juxta ecclesiam sancti Laurentii extra muros.

3. IMAGINEM IN MODUM EVANGELIORUM &c.) Imago hæc ex auro, ab Hadriano facta supra corpus beati Pauli in ejus confessione, referebat symbola quatuor evangeliorum, quæ sunt Aquila, Leo, Bos, Homo.

LXXXVI. 1. TANQUAM CRYPTA A SÆCULARIBUS INHABITABATUR) Monasterium sanctorum Hadriani, & Laurentii positum erat juxta sanctam Mariam Majorem. Desertum a monachis pauperes occuparunt, in illo degentes tanquam sub specubus & cavernis.

2. ET CONSTITUIT IN BASILICA SANCTÆ DEI GENITRICIS MARIÆ &c.) Videtur tribuendus Hadriano papæ mos ille sanctissimus persolvendi Deo diurnas atque nocturnas horas in choro mona-

rissimo in modum evangeliorum, ejusdem beati Laurentii effigies continentem: quæ pensat libras xv. In ecclesia vero Salvatoris, quæ vocatur Constantiniana, fecit ante vestibulum altaris [1] aureas III. gabatas pensantes libras x. Sed & in basilica beatæ Dei genitricis ad Præsepe fecit delphinos argenteos per diversas coronas, pensantes libras XXIIII. [a] Præsertim idem eximius antistes fecit in ecclesia beati Petri apostoli ad corpus imaginem, quæ dudum ex argento inerat, Salvatoris, sanctæ Dei genitricis, sanctorum apostolorum Petri ac Pauli, atque Andreæ de auro purissimo miræ magnitudinis, pensantem libras cc.

LXXXVIII. Hic elegantissimus præsul atque fortissimus rectæ fidei prædicator [1] direxit missos suos, videlicet [a] Petrum venerabilem archipresbyterum sanctæ Romane ecclesiæ, & Petrum religiosum abbatem venerabilis [2] monasterii sancti Sabæ, quæ appellatur Cellanova, [3] ad imperatorem Constantinum & matrem ejus [b] Irenem; adhortans eos

VARIANTES LECTIONES

LXXXVII. *a* libri editi, *Præstantissimus*, Alex. II. ut in contextu.
LXXXVIII. *a* Alex.II. *Petrum V. V. archipresbyterum*. *b* Vat.I. *Herenem*, alii.

NOTÆ

monasteriorum, atque basilicarum.

LXXXVII. I. AUREAS III. GABATAS &c.) Vid. Glossarium I. Partis. Gabatæ genus lancis, aut lampadis pro vario usu.

LXXXVIII. I. DIREXIT MISSOS SUOS, VIDELICET PETRUM VENERABILEM ARCHIPRESBYTERUM &c. tanquam legatos pontificios futuros præsides synodo proxime celebrandæ.

2. MONASTERII SANCTI SABÆ, QUÆ APPELLATUR CELLANOVA) quod monasterium est positum in colle Aventino prope portam Ostiensem a Gregorio XIII. assignatum Collegio Germanico-Hungarico.

3. AD IMPERATOREM CONSTANTINUM ET MATREM EJUS IRENEM) Mortuo Leone, hoste acerrimo sacrarum imaginum, paternum thronum adscendit Constantinus porphyrogenitus simul cum matre Irene. Scissis in partes civibus Constantinopolis, aliarumque gentium imperio subditarum, pro imaginibus aliis, contra imagines aliis certantibus, Irene & Constantinus faciles aures præbuere Hadriano papæ suadenti Concilii œcumenici celebrationem pro controversiæ finitione. Idque Nicææ coactum est A. C. DCCLXXXVII. Imperatorum Irenes & Constantini VIII. & Hadriani XVI. Cui interfuere CCCL. episcopi, decretusque est sacrarum imaginum cultus: cui decreto subscripsere legati papæ, ipsique iidem imperatores Irene & Constantinus.

PER

eos atque fideliter prædicans [4] per suas apostolicas [c] syllabas pro sacris imaginibus erectionem: qualiter [5] per testimonia scripturarum, seu traditionnm probabilium patrum a priscis temporibus usque hactenus orthodoxe venerantur in sancta catholica & apostolica Romana ecclesia. Qui præfati imperatores eamdem venerantes atque amplectentes apostolicam epistolam, concilium in Nicæa congregari fecerunt CCCL. episcoporum, qui secundum doctrinam [d] prælatæ apostolicæ epistolæ nimirum crediderunt, [e] ac promulgantes censuerunt, & per synodum universalem definierunt unanimi assertione pro honorandis imaginibus erectionem: quam synodum jam dicti missi in græco sermone secum detulere una cum imperialibus sacris, manibus propriis subscriptam: eamque prædictus egregius antistes [6] in latinam linguam translatari jussit, & in sacra bibliotheca pariter recondi; dignam ibi orthodoxæ fidei memoriam æternam faciens.

LXXXIX. Hic idem eximius papa altare beati Pauli apostoli una cum ejusdem confessionis foribus [a] ex auro mundo sacris decorans historiis mirifice ornavit, pensans libras CXXX. Sed & sarta tecta [1] tituli sanctorum Quatuor Coronatorum, quæ in ruinis existebant, trabes ibidem plures imponens, omnia a novo restauravit. Item fecit patenam & calicem in basili-

fili-

VARIANTES LECTIONES

alii, *Hirenem*. *c* Vulgati codices, *literas*. *d* Iidem, *prædicationis*. *e* Iidem, *Hi promulgantes*.

LXXXIX *a ex auro mundo*) Ita Alex. II. libri editi, *auro mundo*.

Codi-

N O T Æ

4. PER SUAS APOSTOLICAS SYLLABAS) per literas apostolicas: pars pro toto usurpatur per synedochen. Ita supra num. XXVI.

5. PER TESTIMONIA SCRIPTURARUM, SEU TRADITIONUM PROBABILIUM PATRUM &c.) Canones Conciliorum hisce duabus regulis ceu fundamentis innituntur, Scripturæ & Traditioni.

6. IN LATINAM LINGUAM TRANSLATARI JUSSIT) Notat Baronius ab inepto interprete ex græco in latinum sermonem acta synodi male conversa fuisse, ita ut jussus fuerit Anastasius S. R. E. bibliothecarius utriusque linguæ peritus iterum convertere.

LXXXIX. 1. TITULI SANCTORUM QUATUOR CORONATORUM) positi in monte Cœlio inter Lateranum & Colosseum.

EX

silica beati Petri apostoli pro quotidianis ministeriis ex auro purissimo, pensantes simul libras XXIIII. Item beatissimus vir fecit in ecclesia sanctæ Dei genitricis MARIÆ ad Præsepe patenam & calicem sanctum [2] ex auro obrizo, pensantes libras XX. Item in titulo Eudoxiæ, videlicet beati Petri apostoli ad Vincula, fecit canistra XII. pensantia libras XXXVI. & delphinos per diversas coronas XXXV. pensantes libras VIII. Pariterque & ecclesiam beatæ Sabinæ, sitam in territorio Ferentinello, a novo reparavit.

XC. Hic ipse almificus præsul fecit in basilica beati Pauli apostoli patenam ex auro obrizo cum calice sancto, pensantes simul libras XX. Similiter & in ecclesia beati Laurentii martyris [a] foris muros fecit ex auro purissimo patenam cum calice sancto pensantes simul [b] libras XVI. Item [1] diaconiam sanctorum Sergii & Bacchi ejusdem diaconiæ dispensator propter metum templi, quod situm super eam videbatur, evertens, super eamdem ecclesiam a fundamentis ipsam basilicam exterminavit. Quam restaurare minime valens, misericordia motus ob eorum martyrum amorem, hic præsagus antistes a fundamentis in ampliorem restauravit, decore nimium, statum.

XCI. [1] Basilicam vero monasterii beati Anastasii Christi martyris una cum [a] vestiario seu egumenarchio, ceterisque ædi-

VARIANTES LECTIONES

XC. *a* Codices editi, *foris murum*. *b* Iidem, *lib. quindecim*.
XCI. *a* Alex. II. ita: editi, *baptisterio & egumenarchio*.

NOTÆ

2. EX AURO OBRIZO) ex græco ὄβρυζον, dicitur aurum purum, mundum, sincerum, ignei coloris.

XC. 1. DIACONIAM SANCTORUM SERGII ET BACCHI) Exstat in regione Montium: incolunt monachi Rutheni.

XCI. 1. BASILICAM VERO MONASTERII BEATI ANASTASII CHRISTI MARTYRIS UNA CUM VESTIARIO, ET EGUMENARCHIO &c.) Igne consumpto vestiario & monasterio, eodemque incendio exusta basilica beati Anastasii sita ad aquas Salvias, Hadrianus papa a fundamentis ædificium omne restauravit. Innocentius II. monasterium cum ecclesia sancto Bernardo concessit, ex cujus monachis abbas assumptus est ad Apostolicam cathedram nuncupatus Euge-

ædificiis, per incuriam monachorum nocturno silentio exustam a fundamentis usque ad summum tectum cum audivit misericordissimus præsul valde diluculo velociter currens reperit eam adhuc ardentem, & solummodo arcam ejusdem martyris [b] lipsani erutam in media curte jacentem. Cetera vero sanctuaria seu ministeria tam in ecclesia, quam in [c] vestiario ab ipso igne conflata sunt. Qui cum nimio mœrore, cum suis ministerialibus certatim extinguens ignem, confestim viribus totis a flammiferis ruinis erutam a novo in meliorem statum prædictam ecclesiam cum vestiario & egumenarchio, ceteraque ædificia renovavit atque restauravit. et amplius in ea sanctuaria atque ministeria & ornamenta majora, quam quæ ibidem combusta sunt, contulit.

XCII. [a] Ipse vero [b] a Deo protectus præsul conspiciens muros hujus civitatis Romanæ per olitana tempora in ruinis positos, & per loca plures turres usque ad terram eversas, per suum solertissimum studium totas civitates tam Tusciæ quamque Campaniæ congregans, una cum populo Romano ejusque suburbanis, nec non & toto ecclesiastico patrimonio, [1] omnibus [c] per pedicas dividens [d] cum sumptibus dapibusque apostolicis, totam urbem in circuitu, [e] restaurans renovavit atque decoravit.

XCIII. Præsertim & in altari majori ecclesiæ beati Petri

VARIANTES LECTIONES

b lipsani) Ex eodem Alex. II. accedit. *c* Vat. I. *vestario*. Sic etiam infra.

XCII. *a* Vat. IV. hæc prope finem hujus vitæ ita legit: *Verum & muros atque turres hujus Romanæ urbis, quæ diruta erant, & usque ad fundamenta destructa, renovavit atque utiliter omnia in circuitu restauravit: ubi & multa impendia tribuit tam in mercedes eorum, qui ipsum murum fabricaverunt, quamque in ipsorum alimentis, simulque & in calce atque diversis utilitatibus usque ad centum auri libras expendit*. *b* Vulgati codices, *Deo ut dicitur protectus*. *c* Iidem, *prædicans*. *d* Iidem, *ex sumptibus*. *e* In editis, *restaurans universa renovavit*.

Ita

NOTÆ

Eugenius III. Illud etiamnum inhabitant monachi Cistercienses.

XCII. 1. OMNIBUS PER PEDICAS DIVIDENS &c.) genus mensuræ, quo agrimensores agros in partes æquales dividunt, vulgo *pezza di terra*.

FE-

tri apostoli [1] fecit ex auro purissimo diversas historias pensantes libras DXCVII. & intus in confessione imaginem in modum evangeliorum ex auro obrizo, pensantem libras XX. simul & cancellos ante eamdem confessionem ex auro purissimo, pensantes libras LVI. Qui fecit [a] simul tam in altari, quam intus in sacra ultro citroque [b] confessione, seu imagine in modum evangeliorum: nec non & in postibus inferioribus & superioribus atque cancellis: simul etiam & circa corpus ex auro obrizo libras MCCCXXVIII.

XCIV. In vicesimo præfati eximii pontificis anno mense [a] Decembrio, quintadecima Indictione fluvius Tiberis a suo egressus alveo intumescens sese per campestria dedit: qui & [1] præ nimia inundatione per portam, quæ dicitur [b] Flaminia, ingressus est, ipsam a fundamentis evellens portam, atque ad arcum, qui vocatur Tres [c] falciclas eam deduxit. Interea & muros in aliquibus transcendit locis, atque ultra basilicam sancti Marci [d] regirans per porticum, quæ vocatur Pallacinis, per plateas se extendens [2] usque ad pontem Antoni-

VARIANTES LECTIONES

XCIII. *a* Ita Alex. II. In libris editis, *simul in altari intus in sacra* &c. *b* Iidem, *confessione imaginem*, Alex. II. ut in contextu.

XCIV. *a* Editi, *Decembri*. *b* Vat. I. *Flaminea*. *c* Sic Alex. II. Vat. vero IV. *Saccidas*, Vat. I. *Faccicclas*, editi *Faccicelas*. *d* Iidem, *evertens porticum*, Alex. II. *regammans per porticum*, alii, ut in contextu.

Vat. IV.

NOTÆ

XCIII. 1. FECIT EX AURO PURISSIMO DIVERSAS HISTORIAS) Historiæ dicuntur imagines seu figuræ, quibus facta celebriora repræsentantur.

XCIV. 1. PRÆ NIMIA INUNDATIONE PER PORTAM, QUÆ DICITUR FLAMINIA, INGRESSUS EST &c.) Tiberis tanta vi irrupit in portam Flaminiam, ut illam a fundamentis evulserit, & ad arcum dictum Tres falciclas deduxerit. Arcus hic fortasse tribus arcubus constabat, quorum fornices ad instar falcis curvati eam denominationem receperant. Crederem fuisse arcum Marii erectum prope monasterium Augustinianensium de Populo, in quorum vinea, referente Francisco Albertino in opusculo de Mirabilibus Romæ ad annum MDIX. plurima marmorea frusta effossa fuere cum lacera inscriptione id indicante.

2. USQUE AD PONTEM ANTONINI) Qui nunc dicitur pons Quatuor capitum, dictus olim fuit pons Antonini. Ad illum Tiberim exundantem per viam Latam, prope loca ædi sancti Marci proxima

tonini, ipsum evertens murum egressus est, & in suo se iterum [e] univit alveo; ita ut in via Lata [3] amplius quam duas staturas ejusdem fluminis aqua excrevisset, atque a porta beati Petri usque ad pontem [f] Molvium aquæ [g] se distenderent juxta remissam vim ipsius fluminis [h] se dedit.

XCV. Domos itaque evertit, agros desertavit, evellens & eradicans arbusta & segetes. Nam nec serere pars maxima Romanorum valuit [a] illo tempore: & per hoc imminebat tribulatio magna. Quo audito ipse præcipuus præsul [b] eo quod per triduum ipsum flumen quasi per alveum [c] proprium per civitatem currebat, sese nimis [d] in lamentum dedit, & humi [e] in oratione prostratus persistens; misertus Dominus ejus orationibus post triduum cessavit. Sed per plures [f] dies, quibus aqua Romam detinuit invasam, ipse præcipuus antistes divina permotus inspiratione [g] [1] per sandala morantibus via Lata cibos [h] advexit, ut non fame necarentur; eo quod minime a suis domiciliis exire [i] quibant præ nimia [k] altitudine aquarum: postmodum vero arefacta aqua, omnes ex ipsa regione via Lata [l] in donis consolatus est.

XCVI. Idem vero sanctissimus præsul [a] portas æreas majo-

VARIANTES LECTIONES

e Vat. IV. *munivit*. *f* Vulgati codices, *Milvium*. *g* Iidem, *descenderant*: *h* Vat. IV. *dedit domosque evertit* &c.

XCV. *a* In editis, *ipso tempore*. *b* Iidem, *quoniam*. *c proprium*) In vulgatis vox ista deest. *d* Iidem, *in lamentationibus* *e* Iidem, *in orationem*. *f* Iidem, *dies aqua*. *g* MSS. nonnulli cum editis, *per naviculas*, Vat. IX. ut in contextu. *h* Vat. IV. *mittebat*. *i* Vulgati perperam, *nequibant*. *k* Vat. IV. *multitudine*. *l* editi, *in domo* pro *in donis*, ut MSS. legunt.

Vat. IX.

NOTÆ

xima pervenisse, ibique cum fluminis alveo se conjunxisse significare videntur verba textus.

3. AMPLIUS QUAM DUAS STATURAS &c.) Intellige hominum: creverat ergo altitudo fluvii ultra duodecim pedes.

XCV. 1. PER SANDALA) sandala sunt parvæ cymbulæ in fundo complanatæ, quibus facile per stagna & paludes transcurritur.

XCVI. PORTAS ÆREAS MAJORES MIRÆ MAGNITUDINIS &c.) Seu fractis, seu conflatis portis istis Perusinis,

novæ

majores miræ magnitudinis decoratas, [a] curiose a civitate Perusina eas deducens, in basilica beati Petri apostoli [b] ad turrem compte erexit. Sed & [2] in titulo beati Marci nutritoris sui fecit patenam & calicem sanctum de auro purissimo, pensantes simul libras XI. Immo & calices argenteos IIII. pensantes libras XII. [c] Præterea & in basilica beatorum Cosmæ & Damiani similiter patenam & calicem ex auro obrizo, pensantes libras pariter XI. obtulit. Verum etiam & in diaconia sancti Hadriani martyris [d] instar hujus patenam & calicem ex auro mundo contulit, pensantes simul libras XI. Fecit autem & in diaconia sancti Hadriani martyris [e] arcus de argento duos pensantes libras XX. & [3] in basilica sanctæ Martinæ arcus de argento tres, pensantes inibi libras XXX. Immo & in ecclesia [f] semper virginis MARIÆ, quæ ad Martyres vocatur, renovavit ciborium de argento, quod ex vetustate consumptum [g] erat: & addidit in eo argenti libras LX. & in pristino illud erexit noviter loco. Sed & arcum in eadem venerabili ecclesia fecit de argento, pensantem libras CII.

XCVII. Hic beatissimus & præclarus pontifex omnia utiliter [a] naviterque tam in eleemosynis pauperum, quamque in ornamentis sanctarum ecclesiarum perficiens, verum & cursum consummans atque fidem orthodoxam sollertissime ser-

VARIANTES LECTIONES

XCVI. *a* Vat. IX. ita Alex. II. aliique, *studiose*, ut in vulgatis. *b* Vat. I. & IV. *a turre*. *c* Vat. I. IV. & IX. *Præsertim &c.* *d* *instar hujus patenam*) Sic idem Vat. IV. Vat. vero IX. *instar patenam*. *e* Vat. I. & IV. *arcora*: sic etiam infra. *f* Vat. IX. *semperque*. *g* Vat. IX. *inerat*.

XCVII. *a* Sic Flor. & Alex. II. aliique. In vulgatis, *noviterque*. Vat. IX.

NOTÆ

novæ subrogatæ sunt argenteæ ab Honorio I. & subinde a Leone IV. & ultimo æreæ ab Eugenio IV. monimentum unionis ecclesiæ Græcæ cum Latina.

2. IN TITULO BEATI MARCI NUTRITORIS SUI) Natus enim Hadrianus prope ecclesiam beati Marci, in illa inter studia pietatis & religionis pueritiam exegerat.

3. IN BASILICAM SANCTÆ MARTINÆ) sitam prope arcum Septimii Severi, ut superius num. LI. in foro, nune boario, olim Augusti. Sixtus V. illam concessit Societati Pictorum, quæ eamdem a fundamentis reædificavit.

servans, Dei vocatione vitam finiens, ad æternam migravit requiem. Qui fecit ordinationes duas per mensem Martium; [b] presbyteros XXIIII. diaconos VII. episcopos per diversa loca numero CLXXXV. & sepultus est in basilica beati Petri Apostoli [c] VII. Kal. Januarias, Indictione IIII. [d] Fuit autem temporibus Caroli Magni regis.

VARIANTES LECTIONES

b Vat. IX. *presbyteros* XIIII. *c* MSS. quidam, VI. *Kal.* *d* *Fuit autem* &c. Quæ, quum in MSS. plerisque non appareant, ab alio quopiam inde addita fuisse credimus.

XCVI.

LEO III.

An. Chr. 795. Constantini imper. fidius 5.

I. LEO natione Romanus, ex patre [a] Azuppio, [1] sedit annos XX. menses V. [b] dies XVII. Qui a parva ætate in [c] vestiario patriarchii enutritus & educatus, omnemque ecclesiasticam disciplinam spiritualiter [d] eruditus, tam in psalterio quamque in sacris divinisque scripturis pollens, subdiaconus factus in presbyteratus honorem [e] provectus est. Erat enim vir castus, loquela facundus, & animo constans. Ubi vero inveniebat [f] aliquem præcipuum monachum vel servum Dei, in colloquiis divinis & oratione cum eo penitus vacare non cessabat. Et valde nimisque hila-

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Vat. IV. *Azzupio*. *b* Idem, *dies* XX. *c* Idem, *vestiario*, & sic infra. *d* Vat. IX. *sciens*. *e* Idem, *vectus est*. *f* Vat. IV. *præcipuos monachos vel servos Dei* &c. *cum eis* &c.

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANNOS &c.) Electus fuit die 26. Decembris ann. 795. & die sequenti, quæ erat dies Dominica, consecratus. Obiit autem die 11. Junii ann. 816.

Idem, A CUN-

hilaris in eleemosynis existebat: verum etiam & infirmorum prorsus maximus visitator, prædicans illis [g] scripturaliter, ut eorum animas in eleemosynis redimerent. Qui plures ejus prædicationibus annuentes, quicquid illi [h] habebant, pro Christo occulte die noctuque pauperibus erogabant; fructum animarum crebro offerentes salubriter Deo. Et dum taliter [i] in ipso vestiario præcipue degens splenderet, & ab ejus sollertissima cura [k] ipse vestararius regeretur, ab omnibus amantissime diligebatur.

II. Quapropter divina inspiratione una concordia eademque voluntate [1] a cunctis sacerdotibus, seu proceribus & omni clero, nec non & optimatibus vel cuncto populo Romano Dei nutu in natali beati [a] primi martyris Stephani electus est, & sequenti die in natali sancti Johannis apostoli & evangelistæ ad laudem & gloriam omnipotentis Dei pontifex in sede apostolica ordinatus est. Erat enim ecclesiasticarum rerum defensor & [b] contrariorum fortissimus expugnator & nimis mitissimus, & [c] idem ecclesiæ benevolus, præclarus amator, tardus ad irascendum, & velox ad miserendum: nulli malum pro malo reddens, neque vindictam secundum meritum tribuens, sed pius ac misericors a tempore ordinationis suæ omnibus [d] nisus est justitiam facere. [2] Hic vero rogam clero suo in presbyterio maxime ampliavit.

Fe-

VARIANTES LECTIONES

g Idem, *scripturas, ut per curas pauperum animas suas redimerent*. h in editis, *commendabant*. i Vat. IX. *ipse in vestario*. k Vat. I. *ipse vestarius degeretur*. Vat. IV. ut in contextu.

II. a Vat. IV. *protomartyris*. b Idem, *contrariis*. c Vat. IX. ita, libri editi, *eidem ecclesiæ benevolus*, Vat. IV. *id est ecclesiis benivolus*, Vat. I. *idem ecclesiæ benivolis*. d Vat. IX. *nituit*, vulgati, *studuit*, Vat. I. ut in contextu, quidam alii, *visus est justitiam colere*.

Vat. IV.

NOTÆ

II. 1. A CUNCTIS SACERDOTIBUS) Electioni papæ intererant tunc omnes sacerdotes, proceres, clerus, optimates, & populus Romanus, ut prænotatur in vita Stephani II. num. III.

2. HIC VERO ROGAM CLERO SUO IN PRESBYTERIO MAXIME AMPLIAVIT) Donarium illud, seu stipem, quam sin-

III. Fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui thuribulum aureum ante vestibulum altaris, pensans libras XVII. [a] Immo & in confessione ejusdem Apostoli rugas ex auro purissimo cum gemmis diversis, pensantes libras XLVIIII. Item coronas majores argenteas III. pensantes libras CCC. & VII. Verum etiam & [1] cortinas albas holosericas rosatas [2] habentes in medio crucem de [b] chrysoclavo & periclysin de fundato unam: sarta tecta vero basilicæ beati Petri apostoli, [3] id est navem majorem, seu & aliam navem super altare, cum quadriporticu, simul & [c] fontem aquæ ante fores argenteas: verum etiam & turrem cum cameris suis ab imo usque ad summum; omnia in omnibus noviter restauravit. Præsertim [4] imaginem Salvatoris cum [d] regiis miræ pulchritudinis depictam, ad decorem suprascriptæ ecclesiæ in fastigio sub arcu majori posuit.

IV. Pari modo & in basilica beati Pauli apostoli, atque [1] in basilica Salvatoris instar imagines fecit & constituit. Sarta tecta vero [2] tituli beatæ Anastasiæ, quæ a priscis temporibus

VARIANTES LECTIONES

III. *a* Vat. IV. *Immo & confessionem ejusdem apostoli mirifice auro gemmisque ornavit*. *b* Var. I. *chrysoclabo*, ut in editis: Sic infra. *c* editi, *fontem, atque*. *d* Var. I. & IX. ita: Holsten. *regis*, vulgati, *reliquiis*.

Vat. IX.

NOTÆ

singulis ex clero pontifices, tum in die suæ inaugurationis, tum in solemnioribus constitutis diebus largiri solebant, Leo presbyteris præsertim auxit. Vide Glossarium I. Partis verb. *roga*.

III. 1. CORTINAS ALBAS HOLOSERICAS ROSATAS) cortinas albas sericas cum rosis interjectis. Vela *rosis* ornata legimus in Zacharia num. XIX. & infra num. XXVIII.

2. HABENTES IN MEDIO CRUCEM DE CHRYSOCLAVO ET PERICLYSIN DE FUNDATO) In medio cortinarum crux erat ex auro, & serico texta, vulgo *di broccato*, & circum illas fimbria, seu lacinia ex panno villoso, quem dicimus *velluto*: periclysis ex græco περικλύζω circumluo.

3. ID EST NAVEM MAJOREM) Partem mediam ecclesiæ a figura dictam.

4. IMAGINEM SALVATORIS CUM REGIIS) Cum regali diademate atque splendoribus.

IV. 1 IN BASILICA SALVATORIS INSTAR IMAGINES FECIT) Modus dicendi Scriptoris nostri, instar imagines, hoc est, similes imagines.

2. TITULI BEATÆ ANASTASIÆ) Positus est hic titulus ad radices montis Palatini versus circum maximum, novissi-

bus per incuriam marcuerant, & pene casura erant, suo almo studio noviter restauravit. Similiter & [3] titulum sanctæ Sabinæ studiose renovavit. In quo vero templo isdem egregius præsul fecit ex argento coronas V. pensantes lib. XIIII. canistra II. pensantia libras III. & semis: [a] [4] gabatas interrasiles VIIII. pensantes libras XI. Fecit autem & in basilica beatæ Dei genitricis, quæ appellatur ad Præsepe, ciborium [b] ex argento purissimo, quod pensat libras DCXI. Simul & rugas argenteas in ingressu presbyterii, pensantes libras LXXX. atque cortinam majorem sericam albam, habentem periclysin & crucem de fundato. Immo & in sacratissimo altari majori fecit vestem de chrysoclavo, habentem historiam Nativitatis & sancti Simeonis, [5] & in medio [c] cheretismon. Simul etiam & in camera ejusdem ecclesiæ & in quadriporticu: nec non & coronas argenteas III. pensantes inibi libras CXLV. & uncias VIIII.

V. Interea & in basilica beati Christi martyris Laurentii, sita foris muros, fecit imagines argenteas III. Salvatoris, beati Petri apostoli, & sancti Laurentii, pensantes simul libras LIIII. & semis. & in sacro altari vestem sericam chrysoclavam, habentem historiam Dominicæ passionis & resurrectionis. Itemque [1] renovavit sarta tecta beati Felicis & Adaucti martyris juxta sanctum Paulum apostolum: [a] [2] sed & ba-

VARIANTES LECTIONES

IV. *a* Vat. IX. *cabathas*, alii, *gabatas*. *b* Idem, *ex auro* &c. *lib.* DCX. *c* Vat. I. *cheritismon*.

V. *a* Vat. IX. *seu*. Idem,

NOTÆ

vissime a cardinali Nuno a Cunha instauratus & perbelle ornatus.

3. TITULUM SANCTÆ SABINÆ) In colle Aventino supra Tiberim, olim templum Dianæ. Vide in Xysto III. numer. VIII.

4. GABATAS INTERRASILES) Lances erant, seu patellæ cavæ, nulla cælatura asperæ, sed planæ & lævigatæ.

5. ET IN MEDIO CHERETISMON) Armillæ speciem putat Alteserra ex gemmis & margaritis, voce ducta a græco [illegible] manus.

V. 1. RENOVAVIT SARTA TECTA BEATI FELICIS ET ADAUCTI JUXTA SANCTUM PAULUM APOSTOLUM) Fortasse intelligit de cœmeterio juxta basilicam sancti Pauli posito.

2. SED ET BASILICAM SANCTI MENNÆ) Juxta eamdem basilicam sancti Pauli.

TI-

& basilicam sancti Mennæ atque [3] tituli beati Vitalis Christi martyris: nec non & [4] cœmeterium beati Sixti atque Cornelii via Appia: simulque & [5] cœmeterium sancti Zotici via Lavicana: pariter & [6] ecclesiam sanctæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ, sitam in [b] Fonticana, quæ per olitana marcuerat.

VI. Fecit autem isdem præsul in basilica doctoris mundi beati Pauli apostoli confessionem, simul & rugas ex auro obrizo, habentes gemmas preciosas instar beati Petri apostoli, pensantes libras CLVI. Et super ipsum sacrum altare, imaginem auream, habentem Salvatorem, & duodecim apostolos, pensantes libras LXXV. [a] seu & cameram ejusdem basilicæ in modum beati Petri apostoli noviter fecit; præsertim & coronas argenteas III. pensantes in una libras CCXX. & [1] vela holoserica majora sigillata, habentia periclysin & crucem tam de blathin, seu fundato, numero XV. Vela promiscua majora de quadrapulo investita, quæ pendent [b] in arcubus, XLIII. Vela modica sigillata, quæ pendent in arcubus minoribus, ornata de quadrapulo, XX. Item vela modica de stauracin, quæ pendent in arcubus, X. & alia X. ex quibus tria habent periclysin de chrysoclavo. Item [2] vela IIII. [c] filoparia Alexandrina. Item [3] velum alithino rotatu, ha-

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *Fontiana*.

VI. *a* Vat. IX. *seu*, uti superius. *b* Vat. *in arcora*. Sic deinceps. *c* Idem, *filopares*. Ita

NOTÆ

3. TITULI BEATI VITALIS MARTYRIS &c.) Ecclesia sancti Vitalis sita est inter Quirinalem & Exquilinum in humiliori plano. Patres Societatis JESU hanc post Canonicos obtinuere.

4. COEMETERIUM BEATI SIXTI ATQUE CORNELII IN VIA APPIA) juxta cœmeterium Callisti.

5. COEMETERIUM SANCTI ZOTICI VIA LAVICANA) In qua multa alia cœmeteria, ut Tiburtii, Petri & Marcellini, Sebastiani &c.

6. ECCLESIAM SANCTÆ DEI GENITRICIS &c. SITAM IN FONTICANA) sive in Fornicata juxta fontem Trivii.

VI. 1. VELA HOLOSERICA MAJORA SIGILLATA) sigillis, seu signis referta cum ora, seu limbo purpureo.

2. VELA III. FILOPARIA ALEXANDRINA) Vela paris texturæ & magnitudinis Alexandria devecta, ubi celebre opificium. Vid. in Gregorio III. num. V.

3. VELUM ALYTHINO ROTATU, HA-

habens periclysin, rotas [d] cum aucellis, & in medio [4] crucem [e] cum gammadiis, & IIII. rotas de Tyrio filopares. Fecit autem & in basilica beati Andreæ ad beatum Petrum apostolum rugas argenteas, pensantes libras LXXX. Verum etiam & in basilica Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, cameram miræ magnitudinis.

VII. Hic almificus præsul fecit in altari majori beati Petri apostolorum principis vestem chrysoclavam, preciosis gemmis ornatam, habentem historias tam Salvatoris, beato Petro apostolo ligandi solvendique potestatem tribuentis, quamque principum apostolorum Petri ac Pauli passionem figurantes, miræ magnitudinis, in natali apostolorum [a] splendentem. Item fecit vestem in titulo Eudoxiæ super altare Tyriam, [1] habentem grypas majores, & duas rotas chrysoclavas cum cruce, & periclysin, blathin, & chrysoclavum.

VIII. Hic autem præcipuus præsul fecit in basilica beati Petri apostoli pharum argenteum ante presbyterium cum cabatis argenteis XXX. & canistrum octogoni in medio, pensantia libras LXIII. & in cantharis argenteis tam in circuitu altaris, quam in presbyterio posuit [a] cerostata argentea, pensantia inibi libras CCXII. & in altare beatæ Petronillæ posuit vestem de stauracin unam, habentem periclysin [b] de blathis seu chrysoclavo. Fecit autem & in basilica Sal-

VARIANTES LECTIONES

d Ita Vat. 1. editi, *cum cancellis*. *e* Idem ita, editi, *cum gemmis*.
VII. *a* Vulgati codices, *resplendentem*.
VIII. *a* Vat. 1. *cerea*. *b* editi, *de blattis*.

Vat. 1.

NOTÆ

HABENS PERICLYSIM ROTAM CUM AUCELLIS) Velum cum rotis acu pictis, vulgo *ricamate*, circum oram cum rotis & avium figuris.

4. CRUCEM CUM GAMMADIIS, & IIII. ROTAS DE TYRIO FILOPARES) Gammadium species ornatus referens formam literæ γ gamma.

VII. 1. HABENTEM GRYPAS MAJORES) legerem gryphos majores, ut infra num. IX. Pro variando imaginum adspectu modo in velis & vestibus pingebant gryphos, modo leones, modo aves, phasianos &c.

Salvatoris, quæ & Constantiniana, vestem habentem historiam Crucifixi, & de resurrectione Domini nostri Jesu Christi, habentem periclysin de chrysoclavo. Sed & [1] in basilica beati Clementis vestem de stauracin unam, habentem periclysin de chrysoclavo. Fecit etiam & in arcubus argenteis ecclesiæ beati Petri apostoli [2] vela alba paschalia, & in natale ejusdem Dei apostoli vela de stauraci valde pulcherrima.

IX. Ipse vero præcipuus pontifex in titulo beatæ Susannæ, ubi & presbyter ordinatus fuerat; dum breviter [a] destructus fuisset, & jam per longitana tempora ipsæ parietinæ marcuissent, ob nimium amorem ampliavit ædificium & noviter in altum fodiens, firmissimum posuit fundamentum: & eruta planitie mirifice excelsa super ipsa fundamenta ædificavit ecclesiam cum apsida amplissima: & [b] cacuminia mirifica de musivo atque cameram decoratam seu presbyterium & pavimentum marmoribus pulchris ornavit. Verum etiam dextra lævaque [c] & porticus ejus cum columnis marmoreis construxit. Sed & baptisterium ibi constituit: ubi & dona obtulit, videlicet, cabatas aureas fundatas III. pensantes libras IIII. & semis: cruces aureas II. cum gemmis, pensantes libram unam: tum virgas argenteas, pensantes libras III. & uncias VII. lucernam argenteam unam, pensantem libras V. imagines argenteas III. pensantes libras XXXV. Fecit & confessionem ejusdem altaris ex argento purissimo, pensantem libras CIII. & uncias II. columnas argen-

VARIANTES LECTIONES

IX. *a* Vat. I. *constructus*. *b* Idem, *caticuminia*. *c* Idem, *& portica ejus cum columpnis*. Vat, I.

NOTÆ

VIII. 1. IN BASILICA BEATI CLEMENTIS &c.) In monte Cœlio posita, in qua corpus beati Clementis a Benedicto XIII. P.M. anno MDCCXXII. solemni pompa ex veteri loculo in argenteam arcam translatum.

2. VELA ALBA PASCHALIA, ET IN NATALE EJUSDEM DEI APOSTOLI &c.) In Paschali solemnitate vela albi coloris, & pulchriora, quemadmodum in die natali sancti Petri.

CRU-

genteas VIII. [d] cum gammadiis II. & arcus II. cum crucibus argenteis V. & gabatas XV. penſantes ſimul libras CL. [1] crucem diacopton, penſantem libras XIIII. [2] caniſtrum ex cede Caſotii, penſans libras XII. & ſemis: coronam majorem de argento unam, cum delphinis XXXII. penſantem libras XII. nec non & caniſtrum argenteum unum, penſantem libras XVIII. ſed & alium caniſtrum argenteum penſantem libras XVIII. [e] [3] vaſa colatoria argentea deaurata, penſantia libras IIII. & uncias III. [f] [4] cabatam argenteam ſaxiſcam, [5] habentem gryphos deauratos, penſantem libras II. coronas argenteas II. cum delphinis XVIII. penſantes [g] libras XVIIII.

X. Enimvero iſdem præcipuus antiſtes fecit in eadem eccleſia veſtem chryſoclavam cum periclyſi de chryſoclavo unam. Sed & aliam veſtem de blatthin, habentem in medio crucem de chryſoclavo: & tabulas chryſoclavas IIII. cum gemmis ornatas, atque gammadias in ipſa veſte chryſoclavas IIII. cum periclyſi de chryſoclavo. Fecit autem & [1] in patriarchio Lateranenſi [a] triclinium majus ſuper omnia triclinia, [b] nomine ſuæ magnitudinis decoratum; ponens in eo

VARIANTES LECTIONES

d Vat. I. cum editis, *& gammadia* II. *e* Vat. I. *catia coloratoria*. *f* In editis, *gabathas argenteas habentes gryphos deauratos penſ. libras duas*. *g* Vat. I. *lib.* XVIII.

X. *a* Vat. I. *triclineum*. *b* Idem, *nomini ſuo magnitudinis decorato*.

Codi-

N O T Æ

IX. 1. CRUCEM DIACOPTON) Crucem interciſam, non planam, ſed aſperam, & cælatam.

2. CANISTRUM EX CEDE CASOTII) leg. *exedecaſotii*, lampadarium inſtar caniſtri, ſexdecim luminibus inſtructum.

3. VASA COLATORIA ARGENTEA) Hujuſmodi vaſorum uſus erat in ſacrificio miſſæ; nam vinum ex amphora quum effundebatur in calicem, trajiciebatur per colatorium.

4. CABATAM ARGENTEAM SAXISCAM) ſic dictam vel a Saxonibus artificibus, vel a forma inſtar conchylii. Vid. in Gregorio III. num. VII.

5. HABENTEM GRYPHOS DEAURATOS) adponebantur ad ornatum lampadum vel delphini, vel gryphi.

X. 1. IN PATRIARCHIO LATERANENSI TRICLINIUM MAJUS SUPER OMNIA TRICLINIA &c.) Triclinium aula erat ſatis ampla in palatio Lateranenſi, in qua papa hoſpites illuſtres, & nobi-

eo fundamenta firmissima, & in circuitu laminis marmoreis ornavit atque marmoribus in exemplis stravit. Et diversis columnis tam porphyreticis quamque albis & sculptis cum vasis & liliis simul [c] positis decoravit cameram cum absida de musivo: & alias duas absidas diversas historias pingens super marmorum [d] incrustatione, pariter in circuitu decoravit. Et [2] in basilica beatæ Priscæ fecit isdem antistes calicem fundatum superauratum unum, & coronas III. ex quibus unam habentem delphinos x. & alias II. [e] [3] ana VIIII. [f] seu & gabatas VIII. pensantes simul libras XXVIIII. Vestem albam holosericam ornatam in circuitu blatti Byzanteo, & in fronte crucem de chrysoclavo.

XI. Hic autem venerabilis & sanctissimus præsul, dum in sancta catholica & apostolica Romana ecclesia per ordinem ecclesiasticum degeret, & ritum orthodoxæ fidei teneret, atque ex omni parte tam per diversas ecclesias quamque in patriarchio in amplis ædificiis construens compte ornaret; cum die quadam more solito [1] in [a] litania, quæ ab omnibus major appellatur, procederet: ubi sibi populus ob-

VARIANTES LECTIONES

c Codices editi, *postibus*. d Vat.1. *construstione*. e editi, *numero novem*. f Iidem, *sed &*.

XI. a MSS. codices, ut plurimum, *latania*. Vat.1.

NOTÆ

nobiliores ex clero, & reges præsertim excipiebat ad epulum, siqua occasio tulisset. Hoc Leo III. musivo opere, marmoribus, atque opere tessellato historias referente, eleganter ornavit. Absidam principem, duabus aliis minoribus ad latera erectis, temporum injuria corruptis & collapsis, divina providentia præservatam cardinalis Franciscus Barberinus sæculo præterito restauravit, & quod ex aliqua parte exciderat, summa fide restituit. Sed quum ad augustiorem erigendam basilicæ Lateranensis frontem sub Clemente XII. necesse fuerit de loco, in quo erat, ad proximum alium illam transferre, peracta feliciter est hæc translatio Christianam rempublicam moderante BENEDICTO XIV. insculpto rei memoriam testante epigrammate.

2. IN BASILICA BEATÆ PRISCÆ) Vide supra in S. Hadriano num. LI. In illa corpus beatæ Priscæ requiescit.

3. ANA VIIII.) Vox arabica, idem ac latine pondo.

XI. 1. IN LITANIA, QUÆ AB OMNIBUS MAJOR APPELLATUR) Litania major a beato Gregorio Magno instituta, qua clerus & populus cum pre-

obviam sacra religione occurrere deberet, ut secundum annuam [b] consuetudinem [c] litaniam & missarum solemnia cum sacerdotibus celebraret, & omnipotenti Domino pro salute Christiani populi preces funderet, & secundum olitanam traditionem a notario sanctæ Romanæ ecclesiæ, [2] in ecclesia beati Georgii Christi martyris [d] in ejus natali [e] ipsa litania prædicata fuisset, omnes tam viri quam feminæ devota mente catervatim [3] in ecclesia beati Christi martyris Laurentii, quæ Lucinæ nuncupatur, [4] ubi & collecta prædicata inerat, occurrerunt; qui dum prædictus venerabilis pontifex a patriarchio egressus fuisset, obviam illi [5] sine planeta iniquus nec dicendus Paschalis [f] primicerius occurrit, & in hypocrisi veniam [g] ab illo petebat; dicens, *quia infirmus sum, & ideo sine planeta veni*. Tunc sanctissimus præsul veniam illi dedit. Similiter & Campulus saccellarius cum dolositate pariter in pontificali obsequio pergens, & dulcia verba, quæ non habebat in pectore, cum eo loquens; maligni & iniqui ac perversi falsique Christiani, prorsus pagani, filii diaboli in unum se sathanice colligentes, pleni iniqua cogitatione, in

VARIANTES LECTIONES

b Vat. I. *traditionem*. *c* MSS. aliqui, *letanias*. *d* Vat. IV. *in ejus natali tempore*. *e* Idem, & Vat. VIII. *ipsæ letaniæ prædicatæ fuissent*. *f* Vat. IV. *primicherius*. *g* Idem, *illi petebat*.

Vat. VIII.

NOTÆ

precibus & cantu ad sanctum Petrum procedebat. Hæc, die beato Marco dicata, septimo Kalendas Majas, ab universa ecclesia recolitur & celebratur: qua die natali Romæ Palilia agebantur.

2. IN ECCLESIA BEATI GEORGII CHRISTI MARTYRIS &c.) Ecclesiam Leo II. ad Velabrum, seu Velum aureum in honorem beati Sebastiani, & beati Georgii ædificaverat. Sed alia erat in Campo Martio, alia in Vaticano, quæ non amplius exstant. Quam Bibliothecarius designet, ignoramus.

3. IN ECCLESIA BEATI CHRISTI MARTYRIS LAURENTII, QUÆ LUCINÆ NUNCUPATUR) De qua supra in S. Hadriano num. LXXIV.

4. UBI ET COLLECTA PRÆDICATA INERAT) Id est, publice indicta.

5. SINE PLANETA &c.) Vestis est, qua presbyter utitur, dum ad altare accedit sacra facturus; dicta a verbo græco πλάνη, quia circum corpus quasi errans cingatur: casula latina dicitur, quia hominem tegit. Ex Alteserra.

ANTE

in ipso itinere [6] ante monasterium sanctorum Silvestri & Stephani, quod domnus Paulus papa fundaverat, clam armati adstitere, atque repente de loco insidiarum exilientes, ad ipsum (quod dictu nefas est) impie trucidandum absque ulla reverentia confluxerunt; Paschale ad caput stante, & Campulo ad pedes, secundum iniquum eorum consilium.

XII. Quo facto, omnis, qui circa eum erat, populus, videlicet [a] inermis, & in Dei officio præparatus, timore armorum perterritus in fugam conversus est. Ipsi vero insidiatores atque operatores malorum Judaico more, sine ullo divino vel humano honoris intuitu eum ferino more comprehendentes, sanctissimum papam in terram projecerunt, & absque ulla misericordia scindendo & spoliando eum, crudeliter oculos ei evellere, & ipsum penitus cæcare conati sunt. Nam lingua ejus præcisa est, & ut ipsi omnino tunc arbitrati sunt, cæcum eum & mutum in media platea dimiserunt. Verum ipsi maligni Paschalis & Campulus sicut veri pagani & impii, ad ipsius monasterii ecclesiam [b] ante confessionem eum trahentes, ante ipsum venerabile altare [c] iterum oculos & linguam amplius crudeliter eruerunt, & plagis eum diversis & fustibus cædentes laniaverunt, & semivivum in sanguine revolutum ante ipsum altare dimiserunt: postmodum vero sub custodia in ipso monasterio dimiserunt.

XIII. Timore autem perterriti, ne a Christianis hominibus furatus inde fuisset, tunc malignum consilium adepti, [1] sicut ipse [a] egumenus monasterii sancti Erasmi professus est, fece-

VARIANTES LECTIONES

XII. *a* Vat. VIII. *ut inermis*. *b* *ante confessionem*, Vat. IV. hæc non agnoscit. *c* Idem Vat. IV. *iterum bis oculos*.

XIII. *a* Vat. IV. *Egumenus monachus sancti Erasmi*.

& an-

NOTÆ

6. ANTE MONASTERIUM SANCTORUM SILVESTRI ET STEPHANI &c.) Cœptum ædificari a Stephano II. a Paulo I. absolutum fuit. Nunc dicitur S. Silvestri in Capite; est in regione Columnæ.

XIII. 1. SICUT IPSE EGUMENUS MONASTERII SANCTI ERASMI &c.)

fecerunt eum ad ſe venire clam per noctem tam Paſchalis malignus, qui tunc primicerius erat, quam Campulus ſaccellarius, & Maurus Nepeſinus, & miſerunt eum in prædictum monaſterium ſancti Silveſtri cum pluribus, iniquis conſentaneis ipſorum, malefactoribus: & ſic per noctem eum exinde auferentes, deduxerunt in monaſterium ſancti Eraſmi, & in arcta [b] & anguſta cuſtodia eum recluſerunt. Sed Deus omnipotens, qui eorum malitiam præſciendo diu patienter ſuſtinuit, ipſe eorum iniquos conatus mirabiliter deſtruxit. [c] Contigit enim, cooperante Deo, & beato Petro apoſtolo ſuffragante, quod antedictus papa, cum ab ipſis carnificibus in monaſterium ſancti Eraſmi in cuſtodiam mitteretur, & Domino annuente, atque beato Petro clavigero regni Cœlorum ſuffragante, & viſum [d] recepit, & lingua ad loquendum illi reſtituta eſt.

XIV. Et ut oſtenderet omnipotens Deus ſuper famulum ſuum ſolita miſericordia magnum miraculum, divino nutu ejus fideles Chriſtiani viri, videlicet [1] Albinus cubicularius cum aliis fidelibus Deum metuentibus ex ipſo eum clauſtro occulte auferentes in baſilicam beati Petri apoſtolorum principis, ubi ſacratiſſimum ejus corpus quieſcit, deduxerunt. Qui omnes audientes & videntes mirabilia Dei, qui innocentem & juſtum pontificem de manibus inimicorum eruit, glorificaverunt dominum Deum, dicentes: *Benedictus dominus Deus Iſrael, qui fecit mirabilia magna ſolus*

VARIANTES LECTIONES

b & anguſta, hæc Vat. iv. non legit. *c* Idem, *Contigit autem*. *d* editi, *receperit* &c. *reſtituta ſit*. Vat. iv.

NOTÆ

&c.) De eugumeno ſupra in Hadriano num. XXI. Monaſterium ſancti Eraſmi ſitum erat in monte Cœlio prope eccleſiam ſancti Stephani rotundi.

XIV. 1. ALBINUS CUBICULARIUS) Vel qui erat a cubiculo pontificis, vel qui cuſtos erat palatii pontificii, vel qui curam corporis beati Petri gerebat. Clericus ne, an laicus, vide in vita ſancti Leonis num. VIII. Tom. I. ubi de cubiculariis.

Vul-

solus & non deseruit sperantes in se. Sed in eo adimplevit misericordiam suam, ut manifestaretur gloria Dei & mirabilia in illo, quemadmodum promisit sperantibus in se, psalmista [a] dicente: *Dominus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Dominus defensor vitæ meæ: a quo trepidabo?* Et iterum: *Lucerna pedibus meis verbum tuum Domine, & lumen semitis meis.* Et vere a tenebris eum Dominus eripiens, lumen reddidit, & linguam ad loquendum restituit, & totis eum [b] solidavit viribus atque membris: & in omnibus operibus mirabiliter deducens confortavit. Et quantum gaudium habuerunt Christiani homines & fideles; tantum mœrorem & tristitiam infideles, [c] angustiati nesciebant, quid agerent, & in periculo se esse existimantes quærebant [d] semetipsos interficere.

XV. Et dum non invenirent, quid aliud agerent, domum Albini fidelis beati Petri apostoli & ejusdem pontificis deprædantes destruxerunt; [a] & in ipsam beati Petri apostoli aulam conjungente præfato pontifice, confestim [1] Vuinichis gloriosus dux [b] Spoletinus cum suo exercitu obviavit ei, & cum summum pontificem videntem & loquentem conspexisset, venerabiliter eum recipiens [c] Spoletum deduxit, glorificans & laudans Deum, [d] qui per talia mirabilia eum clarificavit. Quo audito, per diversas civitates Romanorum fideles ad eum occurrerunt, & pariter cum aliquibus ex ipsis civi-

VARIANTES LECTIONES

XIV. *a* Vat. IV. *docente, qui ait.* *b* Vulgati codices cum MSS. aliquot, *solidavit membris*, Vat. IV. ut in contextu. *c* Vat. I. *angustiantes*, Vat. IV. *tantum mœrorem, & tristitiam infideles habentes.* *d* Vat. I. *inter semedipsos.*

XV. *a* Vat. IV. *& in ipsa &c. aula.* *b* Vat. I. *Spoletanus.* *c* Idem, *Spoletio.* *d* Vat. IV. *qui talia mirabilia in eum clarificavit.*

Vat.

NOTÆ

XV. 1. VUINICHIS GLORIOSUS DUX SPOLETINUS) Annales Bertiniani vocant Winegisum. Dux Spoletinus factus est A. C. 789. ex chronico Farfensi. Ducatum rexit per annos XXXI. *Senio confectus habitu sæculari deposito, monastica se mancipavit conversationi; at non multo post tactus corporis infirmitate decessit.* Ita iidem Annales ad annum 822.

CUM

civitatibus episcopis, presbyteris, seu clericis Romanis & primatibus civitatum ad excellentissimum domnum [e] Carulum Francorum regem & Langobardorum, atque patricium Romanorum profectus est.

XVI. Ipse vero Christianissimus orthodoxus, atque præcipuus clementissimusque rex illico ut audivit, misit in obviam ejus [a] Hildivaldum archiepiscopum & capellanum & [b] Ascaricum comitem, & postmodum proprium filium suum Pippinum excellentissimum regem [c] cum aliis comitibus. Ipse etiam magnus rex obviavit, & sicut vicarium beati Petri apostoli, venerabiliter & honorifice cum hymnis & canticis spiritalibus eum suscepit, & pariter se amplectentes cum lacrimis [d] se osculati sunt. Et prædicto pontifice *Gloria in excelsis Deo* inchoante, & cuncto clero suscipiente, oratio super cunctum populum data est. Tunc benignissimus domnus Carulus magnus rex antedictum pontificem conspiciens, gratias Deo [e] retulit, qui tam magna mirabilia super famulum suum per suffragia principum apostolorum Petri & Pauli operatus est, & ad [f] nihilum prædictos iniquos viros deduxit.

XVII. Qui dum in magno honore [a] apud se per aliquantum temporis eum ipse serenissimus rex habuisset; hæc præfati iniqui & filii diaboli audientes, post dira & iniqua incendia, quæ in possessionibus seu rebus beati Petri apostoli gesserunt, moliti sunt, Deo illis contrario, falsa adversus sanctissimum pontificem imponere crimina, & post eum ad prædictum [b] mittere regem: quod probare nequaquam po-

VARIANTES LECTIONES

e Vat. idem ita, alii, *Carolum*.

XVI. *a* Vat. VIII. *Hildmaldum* pro *Hildivaldum*. *b* Vat. idem, *Astaricum*, editi, *Ascbarium*, Vat. IV. ut in contextu, *c* *cum aliis comitibus*. *Ipse etiam* &c. Sic ex eodem Vat. IV. locum tam in editis, quam in MSS. aliis codicibus depravatum, restituimus. *d* Vat. I. *se obsculaverunt*. *e* Vat. idem, *referuit*. *f* idem. *nichilum*.

XVII. *a* Vat. I. *aput se per aliquantum tempus*. *b* Vat. IX. *emittere*.

[c] potuerunt, quia per insidias & iniquitates [d] ipsorum talia nec dicenda, sanctam ecclesiam humiliare volentes, proferebant.

XVIII. Sed dum [a] apud prædictum clementissimum magnum regem præfatus pontifex in magno & condecenti honore degeret, ex omni parte [b] ibidem tam archiepiscopis quamque episcopis & ceteris sacerdotibus venientibus; una cum consilio ejusdem piissimi magni regis [c] omnibusque eximiis Francis, Deo prævio, Romam illum remeare in suam apostolicam sedem honorifice cum nimio, ut decuit, [d] dimiserunt honore. Quem per unamquamque civitatem, tanquam ipsum suscipientes apostolum, usque Romam deduxerunt.

XIX. Tunc Romani præ nimio gaudio suum recipientes pastorem, [a] omnes generaliter [b] in vigilia beati Andreæ apostoli tam proceres clericorum cum omnibus clericis, quamque optimates & senatus cunctaque militia & universus populus Romanus [1] cum sanctimonialibus & diaconissis, ac nobilissimis matronis seu universis feminis: simul etiam & cunctæ [2] scholæ peregrinorum, videlicet Francorum, [c] Frisonum, Saxonum, atque Langobardorum simul omnes connexi ad pontem Molvium, cum signis [d] & bandis & can-

VARIANTES LECTIONES

c MSS. nonnulli, *potuissent*, ut in vulgatis. d editi, *eorum*.

XVIII. a Libri editi, *ad prædictum*. b *ibidem*) In vulgatis omittitur. c MSS. codices nonnulli, *omniumque eximiorum Francorum*. d In editis, *emiserunt*.

XIX. a Vat. IV. *omnes tam clerici, quamque optimates, & senatus* &c. b *in vigilia* &c. *cum universis supradictis*) Ex Vat. IV. ista exscripsimus. c Vat. I. & IX. *Frisonorum, Saxonorum*. d Vat. I. & IX. *& vandis*.

In

N O T Æ

XIX. 1. CUM SANCTIMONIALIBUS ET DIACONISSIS) Diaconissæ mulieres erant ætate & moribus graves, ecclesiarum cultui & famulatui addictæ.

2. SCHOLÆ PEREGRINORUM VIDELICET FRANCORUM, FRISONUM, SAXONUM, ATQUE LANGOBARDORUM) Scholæ peregrinorum societates quædam erant, seu collegia diversarum nationum ad excipiendos hospitio & victu

canticis spiritalibus susceperunt, & in ecclesiam beati Petri apostoli eum deduxerunt. ubi & missarum solemnia celebravit: & omnes communiter corpus & sanguinem Domini nostri Jesu Christi fideliter participati sunt.

XX. Et alia die secundum olitanam consuetudinem natale beati Andreę apostoli celebrantes, & Romam [a] introeuntes, cum magno gaudio & lætitia eum in patriarchium Lateranense introduxerunt. Et post aliquantos dies fidelissimis [b] missis, [1] qui cum eo venerunt in pontificale obsequium, videlicet [c] Hildivaldo [2] & Arno [d] reverendissimis archiepiscopis, seu Cuniperto, Bernardo, [e] Ottone & Jesse reverendissimis & sanctissimis episcopis: nec non & [f] Flaico electo episcopo; verum etiam [g] Helingot, [h] Rothecario & [i] Germario [k] gloriosis comitibus residentibus in triclinio ipsius domni Leonis papæ, & per unam & amplius hebdomadam inquirentibus ipsos nefandissimos malefactores, *quam malitiam* [l] *ad ipsum pontificem habuissent, tam* [m] *Paschalis quamque Campulus cum sequacibus eorum*? nihil habuerunt adversus eum quod dicerent. Tunc illos comprehendentes præ-

VARIANTES LECTIONES

XX. *a* In editis, *intrans*. *b* Iidem, & Vat. I. ita, Vat. IV. *nuntii*. *c* Vat. IX. *Hildevaldo, & Arno*, Vat. I. ut in contextu. *d* Vat. IV. *reverentissimi*: sic etiam infra. *e* Idem, *Otto & Jesse*, Vat. I. & IX. *Atto & Jesse*, quidam MSS. *Otto & Jesse*, editi, *Tesse*. *f* Vat. IV. *Flaicus*, Vat. I. & IX. ut in contextu. *g* Sic Vat. IV. alii cum editis, *Helmegoth*. *h* Idem Vat. IV. *Rottecarius*, Vat. IX. *Rothtecario*. *i* Idem, & Vat. I. ita, Vat. IV. *Germarius*. *k* Idem, *gloriosi comites residentes* &c. *l* Vat. IX. *ab ipso ipsorum pontifice*, ut in editis. *m* Idem, *Paschales*. Idem

NOTÆ

ctu peregrinos suæ gentis: Quod in urbe etiamnum obtinet, constructis & reditibus auctis xenodochiis pro alendis hospitibus ex regionibus exteris huc adventantibus religionis caussa, atque a morbis, si forte correpti fuerint, recreandis.

XX. 1. QUI CUM EO VENERANT IN PONTIFICALE OBSEQUIUM) Missi a Carolo rege cum pontifice Romam obsequii caussa præstandi Leoni, non dominationis in urbe exercendæ. Non secus in obsequium Zachariæ papæ, Romam redeuntis, missi fuere proceres a Liutprando Langobardorum rege. Vide in Zacharia num. XI.

2. ET ARNO &c.) Arnus a Leone primus Salisburgensis archiepiscopus constitutus fuit.

prædicti missi magni regis, [n] emiserunt eos in Franciam.

XXI. Qui post modicum tempus ipse magnus rex dum in basilica beati Petri apostoli conjunxisset, & cum magno honore susceptus fuisset, fecit in eamdem ecclesiam congregare archiepiscopos, seu episcopos & abbates, [a] & omnem nobilitatem Francorum, [1] atque synclitum Romanorum: & sedentes pariter tam magnus rex quam beatissimus pontifex, fecerunt residere & sanctissimos archiepiscopos, episcopos & abbates, [b] stantibus reliquis sacerdotibus & optimatibus Francorum & Romanorum; ut crimina, quæ adversus almum pontificem dicta fuerant, [c] delimarent. Qui universi archiepiscopi seu episcopi & abbates unanimiter audientes, dixerunt: *Nos sedem Apostolicam, quæ est [d] caput omnium Dei ecclesiarum, judicare non audemus. Nam ab ipsa nos omnes, & vicario suo judicamur:* [2] *ipsa autem a nemine judicatur, quemadmodum & antiquitus mos fuit. Sed sicut ipse summus pontifex censuerit,* [e] *canonice obediemus.* Venerabilis vero præsul inquit: *Prædecessorum meorum pontificum vestigia sequor. et de talibus falsis* [f] *criminationibus, quæ super me nequiter exarserunt, me purificare paratus sum.*

XXII. Alia vero die in eadem ecclesia beati Petri apostoli cum omnes generaliter adessent archiepiscopi, seu episcopi & abbates, & omnes Franci, qui in servitio ejusdem ma-

VARIANTES LECTIONES

n Idem & Vat. I. *emiserunt eos Franciis*.

XXI. *a* Vat. IV. *& omnes nobiles*. *b* Idem, *stante reliquo clero, seu optimatibus* &c. *c* Ita Vat. IV. & IX. ceteri, *declinarent*, ut in vulgatis. *d* Vat. I. *capud*. *e* Vat. VIII. *obedientes canonice erimus*. *f* Vat. IV. & VIII. *criminibus*. Vat. IV.

NOTÆ

XXI. 1. ATQUE SYNCLITUM ROMANORUM) Senatus videlicet Romanus simul cum Gallica nobilitate congregatus est in basilica beati Petri. Synclitus vox græca explicata etiam supra in Constantino papa num. V.

2. IPSA AUTEM A NEMINE JUDICATUR) Nam ab ipsa nos omnes & vicario suo judicamur. *Tibi dabo claves regni cœlorum*, Petro nempe, non aliis a Petro.

IN

magni regis fuerunt, & cuncti Romani; [1] in eorum præsentia amplectens præfatus venerabilis pontifex sancta Christi quatuor Evangelia, coram omnibus [2] ascendit in ambonem, & sub jurejurando clara voce dixit: *Quia de istis falsis criminibus, quæ super me imposuerunt Romani, qui inique me persecuti sunt, scientiam non habeo, nec talia me egisse cognosco*. Et hoc peracto omnes archiepiscopi, episcopi, & abbates, [a] & cuncti clerici, [3] litania facta, laudes dederunt Deo atque Dei genitrici semperque virgini MARIÆ Dominæ nostræ, & beato Petro apostolorum principi, omnibusque sanctis Dei.

XXIII. Post hæc adveniente [1] die [a] natali Domini nostri JESU Christi, in jam dicta basilica beati Petri apostoli omnes iterum congregati sunt: & tunc venerabilis & almificus pontifex manibus suis propriis Carulum corona pretiosissima coronavit. Tunc univesi fideles Romani videntes tantam defensionem & dilectionem, quam erga sanctam Romanam ecclesiam & ejus vicarium habuit, unanimiter altissima voce, Dei nutu atque beati Petri apostolorum principis & clavigeri regni cœlorum exclamaverunt: *Carulo, piissimo, Augusto, a Deo coronato, magno, pacifico imperatori vita & victoria*; ante sacram confessionem beati Petri

tri

VARIANTES LECTIONES

XXII. a Vat. IV. *& cunctus populus letaniis factis*.
XXIII. a Vat. IV. *Nativitatis*.

Vat.

NOTÆ

XXII. 1. IN EORUM PRÆSENTIA AMPLECTENS PRÆFATUS VENERABILIS PONTIFEX SANCTA CHRISTI QUATUOR EVANGELIA &c.) Id affirmat Senogalliensis monachus in lib. 1. de ecclesiastica cura Caroli Magni cap. XVIII. *Assumens Evangelium posuit super caput suum, & in conspectu Caroli, ejusque militum, assistentibus etiam persecutoribus, in hæc verba juravit*: Sic in die magna judicii sim particeps evangelii, sicut immunis sum criminis falso mihi ab istis objecti.

2. ASCENDIT IN AMBONEM) Vid. Glossarium I. Partis in voce *ambo*.

3. LITANIA FACTA) peracta supplicatione.

XXIII. 1. DIE NATALI DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI &c.) Coronatio Caroli & declaratio ejusdem in imperatorem contigit die 25. Decembris anni 800. Indictione nona.

CON-

tri apostoli plures sanctos invocantes, ter dictum est: & ab omnibus [b] [2] constitutus est imperator Romanorum.

XXIV. Illico sanctissimus antistes & pontifex unxit in imperatorem oleo sancto Carulum, [1] & excellentissimum filium ejus in regem in ipso die natali Domini nostri Jesu Christi: Et missa peracta, post celebrationem missarum obtulit ipse serenissimus domnus imperator mensam argenteam cum pedibus suis. Sed & [a] in confessione ejusdem Dei apostoli obtulit una cum præcellentissimo filio suo rege & filiabus diversa vasa ex auro purissimo in ministerio ipsius men-


VARIANTES LECTIONES

b Vat. idem, *constitutum est ei Romanorum imperium*.
XXIV. *a* Vat. IV. *in ecclesia*.

legen-

N O T Æ

2. CONSTITUTUS EST IMPERATOR ROMANORUM) Ob singulares virtutes Caroli & præclara ejusdem merita erga sanctam Romanam ecclesiam Leo papa oleo sancto Carolum inunxit, & imperatorem Romanorum constituit, postquam in Occidente per trecentos ferme annos imperatoriæ dignitatis titulus defierat. Hujus rei testem rarissimam bullam plumbeam hic exhibeo, in cujus parte adversa imago Caroli repræsentatur a fronte cum epigraphe: *Dominus Noster* KARLVS *Pius Felix PerPetuus* AVG*ustus*: & in aversa, porta urbis, quam duæ turres circumstant, cum epigraphe in ima parte: ROMA; & in ambitu: RENOVATIO ROMANI IMPERI.



XXIV. 1. ET EXCELLENTISSIMUM FILIUM EJUS IN REGEM) Post inunctum Carolum in imperatorem, unxit Leo filium ejus Pippinum in regem, quanvis ab Hadriano in regem Italiæ jam antea inunctus fuisset.

PA-

menſæ. Sed & coronam auream cum gemmis majoribus, quæ pendet ſuper altare, penſantem libras LV. & [2] patenam auream majorem cum gemmis diverſis [b] legentem, KARULO, penſantem libras XXX. & calicem majorem cum gemmis & anſis duabus, penſantem libras LVIII. Item [3] calicem majorem fundatum cum [c] ſyphone, penſantem lib. XXXVII. Immo & alium calicem majorem fundatum, penſantem libras XXXVI. obtulit ſuper ſacratiſsimum altare beati Petri apoſtoli. Immo & in baſilica beati Pauli apoſtoli menſam argenteam minorem cum pedibus ſuis, penſantem libras LV. cum diverſis vaſis argenteis miræ magnitudinis, quæ ad uſum ipſius menſæ pertinent.

XXV. Item in baſilica Salvatoris Domini noſtri JESU, quam Conſtantinianam vocant, obtulit crucem cum gemmis hyacinthinis, [1] quam almificus pontifex in litania præcedere conſtituit ſecundum petitionem ipſius piiſsimi imperatoris: immo & altare cum columnis argenteis & ciborio. Verum etiam & [2] evangelium [a] cum battaci ex auro mundiſsimo in gemmis ornatum, penſans libras .... Item & in baſilica bea-

VARIANTES LECTIONES

b legentem, KARVLO) Ex Vat. I. & IX. expleta iſta ſunt. *c* Vat. I. *ſiſone*, editi, *ſcyphone*, Vat. IX. ut in contextu.

XXV. *a cum battaci*) Ita Vat. I. & IX.

Vat. I.

N O T Æ

2. PATENAM AUREAM MAJOREM CUM GEMMIS DIVERSIS LEGENTEM KARVLO) In qua titulus nempe KAROLO inſcriptus legebatur.

3. CALICEM MAJOREM FUNDATUM CUM SYPHONE) ſyphonum frequens eſt mentio apud phyſicos experimentales. Intelligitur ſyphonis nomine tubus oblongus ad exugendum liquorem aptus, ſeu fiſtula ejus adinſtar, qua aurea utitur pontifex in miſſa ſolemni, quum ſanguinem Chriſti Domini ex calice ſumit. Sed hic videtur intelligendum vas cum anſulis, ex quo in calicem effundi ſolet liquor.

XXV. 1. QUAM ALMIFICUS PONTIFEX IN LITANIA PRÆCEDERE CONSTITUIT) Crucem gemmis ornatam a Carolo baſilicæ Lateranenſi dono datam pontifex ſtatuit ſupplicationibus cleri præferri; litaniis enim ſemper crux præferebatur.

2. EVANGELIUM CUM BATTACI EX AURO &c.) Intellige de libro evangeliorum cum integumentis & gemmis.

Ma-

beatæ Dei genitricis Mariæ ad Præsepe obtulit [b] ficla argentea majora, pensantia libras....

XXVI. Postmodum vero dum [a] deducti fuissent iniquissimi illi malefactores, videlicet Paschalis cum Campulo & sequaces eorum in præsentiam piissimi domni imperatoris, circumstantibus nobilissimis Francis & Romanis, [b] & omnibus exprobrantibus eos de malis ipsorum consiliis & operationibus; increpabat Campulus Paschalem dicendo: [1] *Mala hora faciem tuam vidi, eo quod tu me misisti* [c] *in isto periculo*: & ceteri similiter unus alterum [d] condemnantes se, manifestabant suos ipsorum reatus. Quos dum tam crudeles & iniquos piissimus imperator cognovisset, in exilium in partibus Franciæ misit.

XXVII. Præfatus vero sanctissimus pontifex [1] juxta ecclesiam beati Petri apostoli fecit in [a] triclinio majori miræ pulchritudinis decoratam absidam, de musivo ornatam, & absidas duas dextra lævaque super marmore & pictura splendentes, & in pavimento marmoreis exemplis stratis cum ceteris amplis ædificiis tam in ascensu scalæ quamque post ipsum triclinium compte fecit. Itemque fecit in basilica beati Petri apostoli vestem chrysoclavam cum pretiosis gemmis ornatam, habentem historiam Dominicæ resurrectionis.

Sed

VARIANTES LECTIONES

b Vat. I. *ficcla*.

XXVI. *a* Vat. IV. *deducti sunt*. *b* Vat. IX. *& omnes se comprobantes*. *c* Codices editi, *in istud periculum*. *d* Vat. IX. *se condemnantes*, vulgati, *alterum condemnans manifestabant*.

XXVII. *a* Vat. I. ut in editis, *triclineo*: Sic infra.

Vat. IX.

NOTÆ

XXVI. 1. MALA HORA FACIEM TUAM VIDI) Male ominamur quum mala hora dicimus, inquit, Alteserra. Vulgo apud nos *in malora*; vox est indignantis & objurgantis.

XXVII. 1. JUXTA ECCLESIAM BEATI PETRI APOSTOLI FECIT IN TRICLINIO MAJORI &c.) Aliud triclinium apud sanctum Petrum Leo papa construxit ad ejus similitudinem, quod in patriarchio Lateranensi construxerat. Illius majorem præstantioremque absidam BENEDICTUS XIV. P. M. instaurandam curavit, ut patet ex apposita epigraphe. Castigandum itaque quod hac in re nobis excidit supra num. X.

TE-

Sed & inter arcus argenteos vela ſerica alba, [b] & vela de ſtauraci [c] pulcherrima.

XXVIII. Poſt reverſionem ſuam & ob nimium amorem fecit eidem nutritori ſuo presbyterium noviter totum in marmore miræ pulchritudinis ſculptum compteque erectum. Sed & ſuper altare majus fecit [1] tetravela holoſerica alytina IIII. cum aſtillis & roſis chryſoclavis. Et in eodem [a] ſacro altare fecit [b] & aliam veſtem cum hiſtoriis crucifixi Domini Tyriam. Et in eccleſia doctoris mundi beati Pauli apoſtoli tetravela holoſerica alythina IIII. & veſtem ſuper altare albam chryſoclavam, habentem hiſtoriam ſanctæ Reſurrectionis: & aliam veſtem chryſoclavam habentem hiſtoriam nativitatis Domini & ſanctorum [c] Innocentium. Immo & aliam veſtem Tyriam, habentem hiſtoriam cæci illuminati, & Reſurrectionem.

XXIX. Idem autem ſanctiſsimus præſul fecit in baſilica beatæ Mariæ ad Præſepe veſtem albam chryſoclavam, habentem hiſtoriam ſanctæ Reſurrectionis. Sed aliam [1] veſtem in orbiculis chryſoclavis, habentem hiſtorias Adnuntiationis, & ſanctorum Joachim & Annæ. Fecit in eccleſia beati Laurentii foris muros idem præſul veſtem albam roſatam cum chryſoclavo. Sed & aliam veſtem ſuper ſanctum corpus ejus albam de ſtauraci chryſoclavam cum margaritis. et in

VARIANTES LECTIONES

b Vat. IX. addit, *& in ejuſdem Dei apoſtoli in eadem arcora vela* &c. *c* Vat. I. *pulcerrima*. Ita paſſim.

XXVIII. *a ſacro*) ſic Vat. IX. *b & aliam veſtem*) ex eodem Vat. IX. habentur. *c* Vat. I. *Innocentorum*.

Vat. IX.

NOTÆ

XXVIII. I. TETRAVELA HOLOSERICA ALYTINA IIII. CUM ASTILLIS ET ROSIS CLYSOCLAVIS) Iterum occurrunt occurrentque iterum & pluries vela hæc quadrata, vulgo *coltre*, acu picta cum roſis, aſtillis, gammadiis, aliiſque ornatibus ex auro intextis; quod hic ſemel adnotaſſe ſufficiat.

XXIX. I. VESTEM IN ORBICULIS CHRYSOCLAVIS HABENTEM &c.) Orbiculi ſpatiola quædam ſunt circularia, ſeu ſcutula ex filo aureo texta; in quibus ſanctorum imagines, vel facta præferebantur.

in titulo Callisti vestem chrysoclavam ex blatin Byzanteo, habentem historiam nativitatis Domini, & sancti Simeonis. Item in ecclesia sancti Pancratii vestem Tyriam, habentem historiam ascensionis Domini: seu & in sancta Maria ad Martyres fecit vestem Tyriam, ut supra: & in titulo sanctæ Sabinæ, ut supra: & in diaconia sancti Bonifacii, ut supra: & in diaconia sanctæ Mariæ, quæ vocatur [a] Cosmidin, ut supra: & in basilica sanctorum Cosmæ & Damiani fecit vestem de [b] blattin Byzanteo cum periclysin de chrysoclavo, & margaritis. Item in ecclesia sancti Valentini fecit vestem chrysoclavam, & aliam vestem fecit de fundato pulcherrimam: & in diaconia sanctorum Nerei & Achillei fecit vestem de stauraci: & [2] in diaconia sanctæ Dei genitricis, quæ vocatur [c] Domnica, fecit vestem de stauraci.

XXX. Ipse vero almificus pontifex in venerabili monasterio sancti Sabæ [1] fecit butronem argenteum cum canistro suo, pensantem libras XII. & vestem de stauraci cum chrysoclavo & margaritis. Item & in monasterio sancti Erasmi fecit vestem de stauraci cum cruce & gamadiis, [2] simul & paratrapetis suis cum periclysi de chrysoclavo. Nec non & [3] in monasterio Clivi Scauri fecit vestem de stauraci cum periclysi de chrysoclavo. Verum etiam & [4] in titulo Pammachii

VARIANTES LECTIONES

XXIX. *a* Vat. IX. *Cosmidi*. *b* Libri editi, *blathi*. *c* Iidem, *Dominica*. Vat. I.

NOTÆ

2. IN DIACONIA SANCTÆ DEI GENITRICIS, QUÆ VOCATUR IN DOMNICA) Sancta Maria in *Domnica*, seu in Dominica nuncupatur ecclesia in monte Cœlio a Cyriaca Romana matrona in propria domo ædificata. Unde dicta Domnica latine, græce Κύρ[illegible]. Et quia præ ecclesiæ foribus exstat navicula marmorea, dicitur etiam *a Navicula*.

XXX. 1. FECIT BUTRONEM ARGENTEUM CUM CANISTRO SUO) Scilicet vas amplum cavum adinstar cupæ, seu cupellæ.

2. SIMUL ET PARATRAPETIS SUIS) Ex græco [illegible], lymbis tapetis.

3. IN MONASTERIO CLIVI SCAURI) Videlicet sancti Gregorii.

4. IN TITULO PAMMACHII) hoc est, sanctorum Joannis & Pauli in monte Cœlio. Vide in Hadriano num. LXXXII.

ALIAM

chii fecit vestes duas, ex quibus unam de stauraci cum periclysin de chrysoclavo, & [5] aliam vestem de imizino. Sæpedictus vero sanctissimus antistes ecclesiæ beati Andreæ apostoli sitæ in tricesimo, via Appia, in Silice, sarta tecta noviter renovavit una cum baptisterio & porticu. In qua ecclesia presbyterum constituit, ubi & dona [a] obtulit tam in argento quamque in vestibus & libris.

XXXI. Nona vero Indictione peccatis nostris imminentibus subito terræmotus factus prid. Kal. Maii. Et ecclesia beati Pauli apostoli ab ipso terræmotu concussa, omnia sarta tecta ruerunt. Quod conspiciens magnus & præclarus pontifex, in magnam [a] venit tribulationem. Lamentari cœpit tam pro argento quamque pro ceteris speciebus, quæ ibidem demolitæ & confractæ sunt. Sed Domino annuente, & beato principe apostolorum protegente, præfatus pontifex ex totis nisibus suis certamen ponens [b] instaurare sicut antiquitus existebat, [c] amplam & maximam fortitudinem ponens in meliorem deduxit statum, & in meliori specie eam marmoribus decoravit: tamque presbyterium, quamque totam ecclesiam marmoravit, & ejus porticus renovavit. Simulque & in navi, quæ est super altare, sarta tecta omnia noviter restauravit, & tres imagines aureas ibidem [d] obtulit, scilicet Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, beatorum principum apostolorum Petri ac Pauli, [e] seu & aliam imaginem argenteam Salvatoris deauratam super postes in introitu posuit, pensantes libras LX. Sed & omne argenteum ibidem, quod conquassatum [f] inerat, noviter restau-

VARIANTES LECTIONES

XXX. *a* Vat. 1. *offeruit*. Sic etiam paullo infra.

XXXI. *a* Sic Vat. IX. libri editi, *veniens*. *b* Iidem, *instar*. *c* Iidem, *ampla & maxima fortitudine*. *d* Vat. 1. *offeruit*, ut supra. *e* Sic Vat. IX. aliique, editi, *sed*. *f* editi, *fuerat*.

NOTÆ

5. ALIAM VESTEM DE IMIZINO) Imizinum genus est panni serici subtilissimi, vulgo *ermisino*.

EX

ravit. nec non & fenestras ipsius ecclesiæ miræ pulchritudinis [1] ex metallo [g] cypsino decoravit.

XXXII. Ipse vero præfatus pontifex fecit in basilica Salvatoris, quæ vocatur Constantiniana, super altare vestes duas, ex quibus unam cum chrysoclavo & gemmis habentem historiam Salvatoris [1] introeuntem in sanctam civitatem: & aliam chrysoclavam cum gemmis pretiosissimis, habentem historiam resurrectionis Dominicæ. et in circuitu altaris vela rubea serica IIII. & alba IIII. cum chrysoclavo. et [2] III. ante imagines cum lista, & alias albas sericas numero XXXVII. & in altare beati Vincentii fecit vestem de fundato [a] & vela II. & in oratoriis sanctorum Johannis Baptistæ & Joannis Evangelistæ fecit vestes duas de stauraci cum chrysoclavo, & vela duo.

XXXIII. Isdem vero prælatus pontifex super altare beati Petri apostoli fecit vestem cum vite ex auro purissimo cum gemmis pretiosissimis & margaritis, habentem in medio vultum Salvatoris, & sanctæ Dei genitricis Mariæ, & duodecim Apostolorum: ubi & misit auri libras XXV. & aliam vestem chrysoclavam [1] habentem historiam litaniæ majoris [a] seu & aliam vestem habentem tabulas chrysoclavas III. & historiam Dominicæ passionis, legentem: [b] *Hoc est corpus*

VARIANTES LECTIONES

g Ita Vat. IX. alii, ut in vulgatis, *cypsino*, forsan *cyprino*, ut infra.

XXXII. a Ita Codices MSS. male in vulgatis, *cum vela duobus*.

XXXIII. a Vat. IX. ut in contextu, MSS. nonnulli cum editis, *sed*: sic passim. b Vat. I. *Hoc corpus, quod pro vobis traditur*.

Vat. I.

NOTÆ

XXXI. 1. EX METALLO CYPSINO DECORAVIT) legendum videtur *ex metallo cyprino*, hoc est, ex cupro, quod genus æris est, ex Cypro insula advectum. Vide in S. Silvestro num. XVI. Tom. I.

XXXII. 1. INTROEUNTEM) Forsan legendum *introeuntis*.

2. III. ANTE IMAGINES CUM LISTA) lista dicitur limbus, fimbria, ora vestimenti, qua videlicet vestis circum undique cingitur.

XXXIII. 1. HABENTEM HISTORIAM LITANIÆ MAJORIS) In qua expressa erat processio cleri & populi pergentis ad templum sancti Petri; ut beatus Gregorius instituit die 25. Aprilis.

PEN-

pus meum, quod pro vobis tradetur, & cetera. Similiter etiam & cortinam majorem de fundato.

XXXIV. Verum etiam & per arcus argenteos fecit [a] vela paſchalia cum periclyſi de ſtauraci [b] v. cum chryſoclavo XCIII. & in arcubus [c] majoribus vela alba XLVIII. Nec non & cabatas fecit ex auro puriſsimo XV. cum gemmis, [1] pendentès in pergula ante altare, penſantes libras LXV. & ſemis. ſeu & tabulam ante confeſsionem fecit ex auro puriſsimo, penſantem [d] libras XXVIII. Verum etiam & imagines argenteas deauratas II. [e] ſuper regias majores poſuit, penſantes libras XC. Immo & cantara argentea duo in presbyterio fecit, penſantia libras L. nec non & feneſtras ipſius eccleſiæ ex metallo cypſino decoravit.

XXXV. Fecit & in baſilica doctoris mundi beati Pauli apoſtoli veſtem chryſoclavam, habentem in medio Salvatorem, & dextra lævaque beatum Petrum & Paulum gentibus prædicantes, [a] cum periclyſin de chryſoclavo, & gemmis pretioſiſſimis. Super altare beati Andreæ fecit veſtem chryſoclavam cum margaritis: [b] ſeu & presbyterium ex marmoribus ſculptis ornavit. Et in altare beatæ Petronillæ fecit veſtem albam holoſericam cum tabulis de chryſoclavo, & cruce: & ibidem presbyterium ex marmoribus ſculptis decoravit. Fecit & columnas argenteas VI. [c] [1] & regulares duos ex argento puriſſimo, penſantes ſimul libras LXXX. Et ſuper corpus beati Gregorii confeſſoris atque pontificis fecit ve-

VARIANTES LECTIONES

XXXIV. *a* Vat.I. *vela paſchatiles*. *b* In editis perperam, *ex quinque*. *c* Vat.IX. ita, vulgati, *majora*. *d* Libri editi, *libras viginti & novem*. *e* Sic Vat. I. & ſupra num. XXXI.

XXXV. *a* Libri editi, *cum periclifin*. *b* Cod. Vat. I. & IX. aliique MSS. cod. ita ubique, libri editi, *ſed &*. *c* Vat. I. *cum regulares* II.

Vat.I.

NOTÆ

XXXIV. 1. PENDENTES IN PERGULA ANTE ALTARE) pergula genus quoddam eſt ambulacri ex editiori aliquo loco. Vid. in Gregorio III. n. VII.

XXXV. 1. ET REGULARES DUOS EX ARGENTO PURISSIMO) Vid. in Stephano III. num. XXVII.

AN-

vestem albam holosericam cum tabulis de chrysoclavo, & cruce.

XXXVI. Itemque fecit in basilica sanctæ Dei genitricis ad Præsepe cortinam Alexandrinam cum periclysi de stauraci, & aliam albam cum periclysi de blatthin, pendentes super altare [a] & ante præsepe vela alba cum periclysi de blatthin. Nec non & intro [b] regias majores, atque [1] ante secretarium numero XII. & intus præsepe fecit vestem de alythino cum chrysoclavo. Immo & in basilica beati Laurentii martyris foris muros fecit cortinam Tyriam cum periclysi de stauraci. In basilica beati Pancratii martyris fecit ciborium ex argento purissimo, pensans libras CCCLXVII. Et in titulo Callisti ad honorem sanctæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ fecit ciborium ex argento, pensans lib. DIIII. & semis.

XXXVII. Et in titulo Eudoxiæ fecit vestem albam cum periclysi de chrysoclavo. Et [1] in titulo sanctæ Cæciliæ fecit vestem de stauraci. Sed & [2] in titulo sancti Eusebii fecit vestem de fundato. Et [3] in titulo sancti Vitalis fecit vestem de stauraci cum cruce de chrysoclavo. Nec non & [4] in titulo sanctæ [a] Pudentianæ fecit vestem, ut supra. Et [5] in titulo sanctæ Anastasiæ fecit vestem de fundato. Fecit & [6] in titulo sanctæ Praxedis vestem de stauraci cum periclysi de blatthin.

VARIANTES LECTIONES

XXXVI. a Vat. 1. *seu & ante præsepe fecit vela*. b Idem ita.
XXXVII. a In MSS. nonnullis, *Potentianæ*.

Libri

NOTÆ

XXXVI. 1. ANTE SECRETARIUM) secretarium idem est ac sacrarium, nobis *sacristia*. Vide Glossar. I. Partis.

XXXVII. 1. IN TITULO SANCTÆ CÆCILIÆ) Ubi domus sanctæ Cæciliæ ecclesia ejus nomine dedicata est, & in titulum cardinalis presbyteri erecta. Vide in Stephano III. num. XI.

2. IN TITULO SANCTI EUSEBII) Vide in Hadriano num. LXXIV. Titulus est cardinalitius.

3. IN TITULO SANCTI VITALIS) De quo supra num. V.

4. IN TITULO SANCTÆ PUDENTIANÆ) Vide in Hadriano n. LXXVI.

5. IN TITULO SANCTÆ ANASTASIÆ) supra num. IV.

6. IN TITULO SANCTÆ PRAXEDIS) Cujus locum vid. in Hadriano num. LXXVIII.

IN

thin. Et [7] in basilica beati Laurentii in Formoso fecit vestem de quadrapulo.

XXXVIII. Immo & [1] in monasterio sancti Anastasii fecit vestem de chrysoclavo [a] cum ejusdem martyris passione depicta: & pharum de argento [2] cum canistro octogoni, pensans libras xxv. Et [3] in monasterio sancti Silvestri fecit vestes duas; unam in basilica majorem Byzanteam cum chrysoclavo, & aliam [b] de fundato in oratorio. [4] In monasterio sanctæ Luciæ in Renatis fecit vestem de fundato cum chrysoclavo. Et [5] in sancto Angelo [c] in Fabiano fecit vestem de fundato. Et [6] in diaconia sanctæ Luciæ in Septem viis fecit vestem de fundato. [7] In diaconia vero sanctorum Sergii & [d] Bacchi fecit vestem de stauraci. [8] In diaconia vero sanctæ Luciæ in Orphea fecit vestem de stauraci, & [9] in diaconia sancti [e] Eustachii fecit vestem de fundato.

XXXIX. Ipse autem a Deo protectus venerabilis & almificus pontifex [1] fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris

VARIANTES LECTIONES

XXXVIII. *a* Libri vulgati, *ejusdem cum Martyris passione depicta*. *b* Vat. 1. *funaatam*. *c* Idem, *in Fajano*. *d* Idem, *Bacbi*. *e* Idem, *Eustathii*.

Vat. 1.

NOTÆ

7. IN BASILICA BEATI LAURENTII IN FORMOSO) De qua in Hadriano num. LXX.

XXXVIII. 1. IN MONASTERIO SANCTI ANASTASII) In Hadriano num. XCI.

2. CUM CANISTRO OCTOGONI) lege octogono, octo angulis terminato.

3. IN MONASTERIO SANCTI SILVESTRI) de quo supra num. XI.

4. IN MONASTERIO SANCTÆ LUCIÆ IN RENATIS) Creditur ex Grimaldo eadem, quæ nunc dicitur de Terento, seu de Tenia, vulgo *della Tinta*.

5. IN SANCTO ANGELO IN FABIANO) Ubi fuerit ignoratur.

6. IN DIACONIA SANCTÆ LUCIÆ IN SEPTEM VIIS) Hanc tradunt fuisse in circo palatii prope septizonium.

7. IN DIACONIA VERO SANCTORUM SERGII ET BACCHI) Vide in Hadriano num. XC.

8. IN DIACONIA VERO SANCTÆ LUCIÆ IN ORPHEA) Quæ & *in Silice* nuncupatur; de qua vide in Honorio papa num. VI. Tomo I.

9. IN DIACONIA SANCTI EUSTACHII) Prope pantheon eodem in loco, in quo Eustachius martyrium subivit.

XXXIX. 1. FECIT IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI NUTRITORIS SUI IN MEDIO BASILICÆ CRUCIFIXUM EX ARGENTO PURISSIMO PENS. LIBRAS LXXII.) De hoc Crucifixo intelligi potest quod Grimaldus scri-


toris ſui in medio baſilicæ, Crucifixum ex argento puriſſimo, penſantem libras LXXII. Itemque [2] fecit in patriarchio Lateranenſi triclinium miræ magnitudinis decoratum cum abſida de muſivo: ſed & alias abſidas x. dextra lævaque diverſis hiſtoriis depictas, habentes Apoſtolos gentibus prædicantes; cohærentes baſilicæ Conſtantinianæ: [3] in quo loco & accubita collocavit, & in medio concham porphyreticam aquam fundentem. Nec non & pavimentum ipſius marmoribus diverſis ſtravit.

Fecit

NOTÆ

ſcribit in direptione urbis ad annum 1527. *Baſilica ſancti Petri diripitur* &c. *Crucifixum ad hominis ſtaturam ſub Carolo Magno donatum a Leone III. ex argento ob nigredinem* (ſacrilegi direptores) *non cognoverunt: inde in uſus ſacrorum* (ſub Julio III. anno 1551.) *ad nova candelabra, & duas Apoſtolorum ſtatuas faciendas converſum, relicto ſchemate, imagineque priori ſimili ex mixtura in ſacrario ad hunc diem.*

2. FECIT IN PATRIARCHIO LATERANENSI TRICLINIUM MIRÆ MAGNITUDINIS &c.) Hoc alterum triclinium diverſum fuiſſe ab illo priori plura ſuadent: 1. Illud dicitur *triclinium majus ſuper omnia triclinia*: 2. De primo additur fuiſſe nominis ſui magnitudine decoratum, idque reticetur de ſecundo, & quidem in primo Leonis nomen in medio arcus expreſſum cernitur, ut in ſchemate.



3. Fuit illud tribus tantum abſidibus decoratum; hoc vero undecim abſidas referebat cum accubitis, & aquæ fonte in uſum peregrinorum. Quæ omnia ad oſtendendam diſtinctionem hujus ſecundi triclinii ab illo primo fuſe proſequitur Alemannus cap. 8. diſſert. de Patriarchiis Lateranen.

3. IN QUO LOCO ET ACCUBITA COLLOCAVIT) Vid. in Gregorio III. num. XIII.

XL. Fecit autem & [1] in titulo ſancti Quiriaci veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthin, [a] & in gyro chryſoclavum, & in medio crucem de margaritis. Immo & [2] in cœmeterio ſancti Sixti via Appia fecit veſtem de ſtauraci, & in medio crucem de chryſoclavo: & ibidem ſimiliter vela VI. fecit de ſtauraci. Fecit & [3] in titulo ſanctorum Quatuor Coronatorum veſtem de ſtauraci, habentem in medio crucem de chryſoclavo. et [4] in titulo ſancti Marcelli fecit veſtem de ſtauraci. Simulque [5] in eccleſia ſanctæ martyris [b] Sabinæ fecit veſtem de fundato cum periclyſi de blatthin, habentem in medio crucem de chryſoclavo. Nec non [6] in baſilica ſancti Laurentii in Formoſo fecit veſtem de fundato.

XLI. Eccleſiam vero beati Pauli apoſtoli, quæ vocatur Conventus, [1] ſitam in territorio Orbetano, intra fines Suanenſes & Cluſinenſes, ſeu Tuſcianenſes atque [2] Caſtrifana: quæ præ nimia vetuſtate jam immarcuerat, atque in ea [b] pecudes refugium faciebant: nec non & ex ea reliquiæ ablatæ fuerant; iſdem ſanctiſſimus præſul pontifex mundari præcepit: & omnia ſarta tecta [c] ipſius cum porticibus noviter reſtau-

VARIANTES LECTIONES

XL. *a* Vat. 1. *& in giro chriſoclabo*. *b* Idem, *Savinæ*.
XLI. *a* Sic Vat. 1. editi vero, *Caſtritana*. *b* Idem Vat. 1. *peculia*. *c* In editis, *ipſius porticibus*. Vat. 1.

NOTÆ

XL. 1. IN TITULO SANCTI QUIRIACI) Hoc eſt Cyriaci; qui fuit in thermis prope ædem ſanctæ Suſannæ. *Hic titulus*, inquit Panvinius de tit. card. *cum præ vetuſtate corruiſſet, ex templo ſolo æquato, titulus a Sixto IV. ad eccleſiam SS. Quiriaci & Julittæ, tranſlatus eſt*.

2. IN COEMETERIO SANCTI SIXTI VIA APPIA) Quod exſtat ad infimam piſcinam in valle e regione thermarum Antonini Caracallæ.

3. IN TITULO SANCTORUM QUATUOR CORONATORUM) Eſt in monte Cœlio, ubi caſtra peregrina olim fuerunt. Vid. in Hadriano num. LXXXIX.

4. IN TITULO SANCTI MARCELLI) In regione viæ Latæ eodem in loco, ubi beſtiis inſerviens martyr occubuit.

5. IN ECCLESIA SANCTÆ SABINÆ) De qua ſupra num. IV.

6. IN BASILICA SANCTI LAURENTII IN FORMOSO) In Hadriano num. LXX. & ſupra num. XXXVII.

XLI. 1. SITAM IN TERRITORIO ORBETANO INTRA FINES SUANENSES ET CLUSINENSES, SEU TUSCANENSES ATQUE CASTRIFANA) Satis indicatur per hos fines locus, ubi ſita erat hæc eccleſia ſancti Pauli.

ſtauravit: atque in altari ejus veſtem de ſtauraci poſuit, & reliquias [d] recondi præcepit.

XLII. Pari modo [1] & in baſilica beati Petri apoſtoli ſita in Albano, quæ præ nimia vetuſtate jam ruitura erat, omnia ſarta tecta ejus noviter reſtauravit. Fecit autem iſdem almificus pontifex in baſilica beati Hippolyti martyris in civitate Portuenſi veſtes de ſtauraci duas; unam ſuper corpus ejus, & aliam in altari majori. Et in titulo ſanctæ martyris Sabinæ tetravela de ſtauraci cum periclyſi de blatthin. Enimvero & in oratorio ſanctæ Dei genitricis, ſito in Xenodochio Firmis, fecit veſtem de ſtauraci pulcherrimam.

XLIII. Ipſe vero a Deo protectus & præclarus pontifex [1] conſtituit, ut ante tres dies Aſcenſionis Dominicæ litaniæ celebrarentur, ſcilicet feria ſecunda, egrediente pontifice cum omni clero & cuncto populo cum hymnis & canticis ſpiritalibus ab eccleſia Dei genitricis ad Præſepe, [a] pergant ad eccleſiam Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana: feria tertia vero exeuntes ab eccleſia ſanctæ Sabinæ martyris [b] pergant ad beatum Paulum apoſtolum: feria quarta exeuntes ab eccleſia Jeruſalem [c] pergant ad eccleſiam beati Laurentii martyris foris muros.

XLIV. Fecit autem & [1] in titulo ſanctorum Quatuor Co-

VARIANTES LECTIONES

d Vat. I. *recondiri*.

XLIII. *a* In libris editis, *pergendo*. *b* Iidem, *& pergentes*. *c* Iidem, *& pergentes ad beatam eccleſiam beati Laurentii* &c. Vat. IV. ut in contextu.

Vat. I.

NOTÆ

XLII. 1. ET IN BASILICA BEATI PETRI APOSTOLI SITA IN ALBANO &c.) Leonis pietas & religio in ornandis eccleſiis non ſe continuit intra mœnia urbis Romæ; ſed & ad alias urbes, & Urbiſveteris, & Albani, & Portus, & Firmi, & Præneſtis, & Velitri ſe extendit.

XLIII. 1. CONSTITUIT, UT ANTE TRES DIES ASCENSIONIS DOMINICÆ LITANIÆ CELEBRARENTUR, SCILICET &c.) Litaniæ minores dictæ ad differentiam majorum, quas ſanctus Gregorius inſtituerat VII. Kal. Maii celebrandas; a ſæculo quinto jam inſtitutas in Gallia a Mamerto epiſcopo Vienneníi, Leo Romæ conſtituit feria 2. 3. & 4. ante Adſcenſionem: quæ deinde ad univerſam eccleſiam, *Rogationum* nomine, productæ ſunt.

XLIV. 1. IN TITULO SANCTORUM QUATUOR CORONATORUM) ſupra num. XL.

IN

Coronatorum veſtem de ſtauraci, habentem in medio crucem de chryſoclavo. Iſdem vero ſanctiſſimus præſul in baſilica beati Agapiti martyris in civitate Prænestina fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de fundato, & in medio crucem de chryſoclavo. Fecit iſdem ſanctiſſimus præſul in eccleſia beati Clementis, quæ ponitur [a] in Velitris, veſtem de ſtauraci. Simili modo & [2] in titulo beati [b] Chryſogoni fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi [c] de blatthin. Et [3] in titulo beati Laurentii de Lucina fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi [d] de blatthin. Et [4] in titulo beati Marci fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi. Et [5] in titulo beati Laurentii in Damaſo fecit veſtem ſimiliter.

XLV. Simili modo & [1] in titulo beati Sixti fecit veſtem de ſtauraci cum periclyſi de blatthin: nec non & [2] in diaconia beati Hadriani, & [3] in eccleſia beatæ Martinæ, & [4] in diaconia Antiqua fecit veſtes de ſtauraci cum periclyſi. Simili modo & [5] in diaconia beati Archangeli fecit veſtes tres: ex quibus unam de ſtauraci cum periclyſi de blatthin, & alias duas de Tyrio cum periclyſi de fundato [6] cum hiſtoria de elephantis. Immo & [7] in diaconia ſancti Theodori fecit ve-

VARIANTES LECTIONES

XLIV. *a* Vat. 1. *in Villitrias*. *b* Idem, *Griſogoni*. *c* Idem, Vat. 1. *de blattin*. *d* Idem, *de blatti*. Infra etiam modo *blatti*, modo *blattin*.

Vat. 1.

NOTÆ

2. IN TITULO BEATI CHRYSOGONI) Ultra Tiberim prope thermas Severi. Vid. in Gregorio III. num. VIII.

3. IN TITULO BEATI LAURENTII DE LUCINA) Vid. in Hadriano num. LXXIII.

4. IN TITULO BEATI MARCI) in Hadriano num. LXXI.

5. IN TITULO BEATI LAURENTII IN DAMASO) in Hadriano num. L.

XLV. 1. IN TITULO BEATI SIXTI) ſupra num. XL.

2. IN DIACONIA BEATI HADRIANI) In Hadriano num. LI.

3. IN ECCLESIA BEATÆ MARTINÆ) In Hadriano num. eodem.

4. IN DIACONIA ANTIQUA) In foro boario, nunc *S. Maria Nova*.

5. IN DIACONIA BEATI ARCHANGELI) Creditur eadem fuiſſe ac quæ dicitur abba Cyri; de qua infra n. LXXXI.

6. CUM HISTORIA DE ELEPHANTIS) quia nempe in iis veſtibus vel acu pictæ, vel filo textæ erant figuræ elephantum.

7. IN DIACONIA SANCTI THEODORI) Jacet hæc ſub colle Palatino, & hortis Farneſianis.

vestem de stauraci cum periclysi. Et [8] in diaconia beati Georgii fecit vestem de fundato cum historia de elephantis, seu diversis historiis cum periclysi de fundato. Simili modo & [9] in diaconia in via Lata fecit vestes duas de Tyrio cum periclysi de blattin. Et [10] in diaconia sanctæ Agathæ fecit vestem de stauraci cum periclysi de blattin. [a] Simili modo & [11] in diaconia beati Archangeli, quæ ponitur in Septimo, vestem de stauraci cum periclysi de blattin. et [12] in monasterio sancti Agapiti, quod ponitur ad Vincula, fecit vestem de stauraci.

XLVI. Idem vero misericordissimus præsul fecit [1] in ecclesia beatæ Agnes martyris, ubi ejus corpus requiescit, vestem de fundato cum periclysi de blattin. Et [2] in ecclesia beati Apollinaris fecit vestem de stauraci cum periclysi de blattin. Isdem misericordissimus præsul fecit & [3] in titulo sancti Martini & Silvestri vestes de stauracin duas: e quibus unam cum periclysi de fundato, aliam vero de blattin. Et [4] in diaconia sancti Viti fecit vestem de stauracin cum periclysi

VARIANTES LECTIONES

XLV. *a* Vat. 1. *Fecit & in basilica.*

Vat. 1.

NOTÆ

8. IN DIACONIA BEATI GEORGII) Una ex tribus indicatis supra n. XI.

9. IN DIACONIA IN VIA LATA) Innominatam hanc diaconiam in via Lata patet, aliam non esse, quam quæ sanctæ Mariæ in via Lata hodie nuncupatur: et est titulus cardinalis.

10. IN DIACONIA SANCTÆ AGATHÆ) Ad Suburram dictæ, ad radices montis Quirinalis, olim sanctæ Agathæ Gothorum a beato Gregorio dedicatæ.

11. IN DIACONIA BEATI ARCHANGELI, QUÆ PONITUR IN SEPTIMO) Quæ, & ubi fuerit ignoratur.

12. IN MONASTERIO SANCTI AGAPITI QUOD PONITUR AD VINCULA) Juxta titulum Eudoxiæ, cui monasterium Canonicorum Regularium Salvatoris successit.

XLVI. 1. IN ECCLESIA BEATÆ AGNES MARTYRIS) In via Nomentana extra mœnia urbis: quam Constantinum augustum fecisse tradit Bibliothecarius in vita Silvestri papæ num. XXIII.

2. IN ECCLESIA BEATI APOLLINARIS) In Hadriano num. LXI.

3. IN TITULO SANCTI MARTINI ET SILVESTRI) In regione Montium ad thermas Trajani.

4. IN DIACONIA SANCTI VITI) In Exquilino eo loci, qui dicitur *ad Sardos*, seu in vico Sardorum.

clysi de fundato. Enimvero & [5] in ecclesia beatæ Eugeniæ, in qua sanctum corpus ejus requiescit, fecit vestem de stauraci [a] cum periclysi de blattin.

XLVII. Fecit & [1] in ecclesia sancti Stephani in Cœlio monte vestes de stauraci duas: [a] ex quibus unam in altari majori, aliam vero super corpora sanctorum martyrum Primi & Feliciani. Simulque & [2] in basilica beatæ Euphemiæ fecit vestem de stauraci. Sed & [3] in basilica beati Archangeli, quæ ponitur in vico Patricii, fecit vestem de stauraci. Fecit & [4] super sepulchrum beati Sebastiani martyris via Appia ad Catacumbas vestes majores duas: ex quibus unam de stauraci, & aliam de fundato. [5] et inibi super tumbas apostolorum Petri ac Pauli fecit vestes duas de stauraci & fundato, seu blatti. Isdem vero sanctissimus præsul fecit [6] in basilica beati Laurentii martyris, sita infra civitatem Tiburtinam, vestem de stauraci. Fecit & [7] in oratorio sancti Stephani

VARIANTES LECTIONES

XLVI. *a* Vat. 1. *cum periclisin de leo con blattea*.
XLVII. *a* Vat. 1. *in quibus*.

Idem

NOTÆ

5. IN ECCLESIA BEATÆ EUGENIÆ) Quæ in monte Cœlio fuisse creditur.

XLVII. 1. IN ECCLESIA SANCTI STEPHANI IN COELIO MONTE) In Hadriano num. LXI.

2. IN BASILICA BEATÆ EUPHEMIÆ) Hanc renovasse, & tecto diruto iterum cooperuisse Sergium papam legimus in ejus vita num. XIII.

3. IN BASILICA BEATI ARCHANGELI, QUÆ PONITUR IN VICO PATRICII) Vicus Patricius, nunc *via Urbana* ad sanctam Pudentianam.

4. SUPER SEPULCHRUM BEATI SEBASTIANI MARTYRIS VIA APPIA AD CATACUMBAS) Est extra portam Capenam, nunc sancti Sebastiani dictam. Locus religione sanctissimus & ex septem sacris ædibus una,

5. ET INIBI SUPER TUMBAS APOSTOLORUM PETRI ET PAULI &c.) Sacra pignora corporum Petri & Pauli per aliquod tempus in Catacumbis sancti Sebastiani jacuisse textus iste Bibliothecarii satis clare demonstrat: ex quo firmatur id quod in Cornelio papa affirmaverat num. IV. Cornelium rogatum a quadam matrona nomine Lucina corpora apostolorum Petri & Pauli de catacumbis levasse noctu &c.

6. IN BASILICA BEATI LAURENTII MARTYRIS SITA INFRA CIVITATEM TIBURTINAM) Fortassis corrigendum *intra*. Est enim ecclesia Cathedralis Tiburis sancto Laurentio martyri dicata.

7. IN ORATORIO SANCTI STEPHANI IN SANCTO PETRO, QUI APPEL-

phani in ſancto Petro, [a] qui appellatur Major, veſtem de ſtauraci. Fecit autem & in baſilica beati [c] Hyacinthi, ſita in Sabinis, ubi & corpus ejus requieſcit, veſtem de ſtauraci pulcherrimam.

XLVIII. Item a Deo protectus & præclarus pontifex fecit ſuper altare beati Petri apoſtoli fautoris ſui veſtem de chryſoclavo miræ magnitudinis, habentem hiſtoriam Dominicæ Nativitatis, cum gemmis pretioſiſſimis & margaritis ornatam. Fecit autem in ſupradicta eccleſia vela de ſtauraci atque de fundato, pendentia inter columnas majores dextra lævaque, numero LXV. & alia vela alba holoſerica majora III. [1] quæ pendent ante regias in introitu. Atque ibidem ejus beatitudo fecit Crucifixum ex argento puriſſimo, qui ſtat juxta altare majus, miræ magnitudinis decoratum, penſantem libras LII. cui ſuper fecit gabathas VI. cum cruce ex argento puriſſimo: quæ pendent [a] ante arcum majorem dextra lævaque, penſantes ſimul libras XII. & ſemis. [b] Enimvero & inibi fecit præclarus pontifex vela de ſtauraci, quæ pendent in arcubus argenteis in circuitu altaris, & in presbyterio, numero XCVI. ex quibus duo habentia in medio cruces de chryſoclavo cum orbiculis, & alias VIII. cum periclyſi de chryſoclavo. Nec non [c] & arcus cum columnis ſuis fecit ex argento puriſſimo in ſupradicta eccleſia, & in medio presbyterio, penſantes ſimul libras CCLI. & ſemis.

XLIX. Iſdem vero almificus pontifex fecit ubi ſupra cru-

VARIANTES LECTIONES

b Idem Vat.1. *ita*. *c* Idem, *Jaquinthi*.

XLVIII. *a* Vat.1. *in arcora*: ſic infra. *b* Idem, *Enimvero cui ſuper*. *c* Idem, *& arcora*. Vat.1.

NOTÆ

PELLATUR MAJOR) De quo ſupra in Steph. II. n.XL. & in Hadrian. n.LIII.

XLVIII. 1. QUÆ PENDENT ANTE REGIAS IN INTROITU) Regiæ, ut ſupra, dictæ ſunt portæ majores eccleſiarum.

CRU-

[a] crucem [a] anaglypham interrasilem ex auro mundissimo, pendentem in pergula ante altare cum candelis XII. pensantem libras XIII. [b] Prædictus quoque venerabilis pontifex fecit in basilica doctoris mundi beati Pauli apostoli calices majores fundatos ex argento purissimo ex ipsius Apostoli donis: qui pendent inter columnas majores dextra lævaque numero XL. pensantes simul libras CCLXVII. Hic idem almificus præsul divina inspiratione repletus fecit in basilica beati Pauli apostoli ciborium cum columnis suis super altare, miræ magnitudinis & pulchritudinis, decoratum ex argento purissimo; pensans libras MMXV. Nec non & crucem anaglypham interrasilem ex auro purissimo, pendentem in pergula ante altare; pensantem libras XIII. atque velum rubeum, quod pendet ante altare, habens in medio crucem de chrysoclavo & periclysin de chrysoclavo.

L. Pari modo & in basilica sanctæ Dei genitricis ad Præsepe fecit gabathas V. ex auro purissimo, pensantes lib. VIII. & semis: atque crucem ex auro purissimo pensantem lib. X. nec non & coronam majorem ex argento purissimo pensantem libras XXXVI. Enimvero & inibi fecit vela alba holoserica pendentia inter columnas majores dextra lævaque, numero XLII. ex quibus XI. rosata. Fecit & in circuitu altaris ubi supra alia vela alba holoserica rosata, quæ pendent [a] in arcu de ciborio numero IIII. ex quibus unam cum chrysoclavo & margaritis: atque velum aliud majus album, quod pendet ante regias majores in introitu. Sarta tecta vero eccle-

VARIANTES LECTIONES

XLIX. *a* Vat. 1. *anaglifam interasilem*. Libri editi perperam, *intersatilem*.
b Idem Vat. 1. *Prædictus vero*.
L. *a* Vat. 1. *in arçora de cyburio*.

Codi-

N O T Æ

XLIX. 1. CRUCEM ANAGLYPHAM INTERRASILEM.) Si exsculpta, figuris nempe exstantibus, non ergo omnino complanata. Forsitan complanata & lævigata in superficie, quam interjectæ figuræ intersecabant.

FC-

[1] ecclesiæ beatæ Aureæ, sitæ in Ostia, omnia noviter reparavit. [2] Ecclesiam vero beati Marcelli, sitam in XIIII. quæ ab igne fuerat exusta, isdem almificus præsul in omnibus noviter restauravit.

LI. Ipse vero præclarus pontifex fecit in basilica Salvatoris, quæ appellatur Constantiniana, [a] tetravela in circuitu altaris alba holoserica: ex quibus unum habet in medio tabulam cum cruce de chrysoclavo. Immo & in eadem basilica Salvatoris domini nostri Jesu Christi renovavit altare majus miræ magnitudinis, decoratum ex argento purissimo; pensans libras LXVIII. Fecit & in basilica sanctæ Dei genitricis ad Præsepe vestem chrysoclavam cum margaritis ornatam, habentem historiam Dominicæ Nativitatis. Simul etiam & arcus II. ex argento in presbyterio cum columnis IIII. & alios arcus V. pensantes libras CXXXIII.

LII. Isdem vero præcipuus præsul fecit in basilica sanctæ Dei genitricis ad Præsepe vestem rubeam alythinam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum historia Domini nostri Jesu Christi, & sancti Simeonis; quando in templo est præsentatus: & in circuitu listam de chrysoclavo. Necnon & aliam vestem chrysoclavam, habentem [1] historiam transitus sanctæ Dei genitricis, miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratam ex gemmis pretiosis & margaritis ornatam, cum periclysi de chrysoclavo: & in circuitu listam de chrysoclavo. Verum etiam & [2] in diaconia ipsius Dei

VARIANTES LECTIONES

LI. [a] Codices editi cum MSS. nonnullis, *tetravila*.

Libri

NOTÆ

L. 1. ECCLESIÆ BEATÆ AUREÆ SITÆ IN OSTIA) In Sergio num. XIII.

2. ECCLESIAM VERO BEATI MARCELLI SITAM IN XIIII.) Quod intelligi debet vel sitam in regione XIIII vel ad XIIII. ab arbe lapidem.

LII. 1. HISTORIAM TRANSITUS SANCTÆ DEI GENITRICIS) Mors sanctorum dicitur transitus: quia est transitus ad æternam vitam, ut transitus sancti Martini apud Gregor. Tur. lib. 1. cap. 45. ex Alteserra.

2. IN DIACONIA &c. QUÆ APPELLATUR DOMNICA) Vide supra num. XXIX.

IN

Dei genitricis Dominæ noſtræ, quæ appellatur [a] Domnica, fecit veſtem rubeam alythinam, habentem in medio tabulam de chryſoclavo, cum hiſtoria ejuſdem Dei genitricis ex margaritis ornatam, & periclyſin de chryſoclavo. Fecit autem & in diaconia ipſius Dei genitricis, quæ appellatur Antiqua, ſuper altare majus ciborium ex argento puriſſimo, penſans libras CCXII.

LIII. Præfatus vero venerabilis & præclarus pontifex fecit in baſilica beati Petri apoſtoli nutritori ſuo [a] gabatham ex auro puriſſimo anaglypham, cum gemmis pretioſis ornatam, quæ pendet ante imaginem ipſius apoſtoli in ingreſſu veſtibuli, penſantem libras VII. & ſemis. Faciem vero ſacri altaris ipſius apoſtolorum principis ab imo uſque ad ſummum cum luminaribus inferius ſuperiuſque: nec non & intro confeſſionem [1] Salvatorem ſtantem: dextra lævaque ejus beati apoſtoli [b] Petrus & Paulus, habentes pariter coronas ex gemmis pretioſis: atque pavimentum ipſius confeſſionis inveſtivit ex auro fulvo nimis;penſans [c] ſimul libras CCCCLIII. & uncias VI. Verum etiam ſuper ipſum ſacrum altare fecit veſtem chryſoclavam, habentem hiſtoriam Dominicæ Aſcenſionis & Pentecoſten cum periclyſi de chryſoclavo.

LIV. Pari modo ubi ſupra fecit imaginem ipſius apoſtolorum principis [a] in parte virorum ex auro puriſſimo & gemmis pretioſiſſimis miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratam, penſantem libras XVIIII. & uncias III. Præſertim vero iſdem beatiſſimus pontifex fecit ubi ſupra [1] cancellos fuſiles

VARIANTES LECTIONES

LII. *a* Libri vulgati, *Dominica*, MSS. ut in contextu.
LIII. *a* Vat. IX. *gavatham*. *b* Sic idem Vat. IX. & I. editi, *Petri & Pauli*, *c ſimul*) Ita Vat. I. *d ſeu &*) Sic Vat. I. & IX.
LIV. *a* Vat. I. *parte virorum*, Editi perperam, *in porta virorum*.

Vat. I.

NOTÆ

LIII. 1. SALVATOREM STANTEM) Imago hæc Salvatoris muſivo opere expreſſa ſupereſt adhuc in ipſo confeſſionis loculo.

LIV. 1. CANCELLOS FUSILES) Ex metallo liquato conflatos.

ſiles in ingreſſu presbyterii, ſeu in dextra lævaque: nec non & in ingreſſu veſtibuli, ex argento mundiſſimo penſantes ſimul libras MDLXXIII. ſimulque & [b] [2] columnas voltiles tam [3] in ingreſſu corporis dextra lævaque, [c] ſeu parte virorum ac mulierum, paria VIII. penſantia ſimul libras CXC. nec non & arcus argenteos VIII. penſantes ſimul libras CXLIII.

LV. Fecit autem iſdem beatiſſimus pontifex in baſilica beati Andreæ, ubi ſupra, [1] regnum ex auro puriſſimo, cum gemmis pretioſis ornatum; penſans libras II. & uncias V. Nec non & ſuper altare beatæ [a] Petronillæ, ubi ſupra, fecit regnum aureum cum gemmis pretioſiſſimis, penſans lib. II. & uncias III. Simili modo & ſuper altare ſanctæ Dei genitricis ubi ſupra, quæ appellatur Mediana, fecit veſtem de fundato cum periclyſi de chryſoclavo, habentem hiſtoriam Adnunciationis Domini.

LVI. Fecit autem iſdem beatiſſimus pontifex in baſilica doctoris mundi beati Pauli apoſtoli caniſtros ex argento puro, numero XLVII. penſantes ſimul libras CCXLVII. Et [1] in monaſterio ſanctæ Agathæ martyris [a] ſuper Suburram fecit veſtem rubeam alythinam, habentem in medio tabulam de chryſoclavo, cum periclyſi de chryſoclavo. Nec non & [2] in monaſterio ſancti Pancratii, ſito poſt baſilicam Salvatoris, quam

VARIANTES LECTIONES

b Vat. I. & IX. *columpnas voltiles*, libri vulgati minus recte, *volatiles*. *c* Iidem, *ex parte*.

LV. *a* Vat. I. *Petronellæ*. Sic etiam infra.

LVI. *a* Vat. I. *ſuper Subora*.

Vat. I.

NOTÆ

2. COLUMNAS VOLTILES) Hoc eſt, verſatiles, vel potius in gyrum, ſeu ſpiram contortas.

3. IN INGRESSU CORPORIS DEXTRA LÆVAQUE, SEU PARTE VIRORUM AC MULIERUM) Non modo diverſæ erant partes, per quas ſecedebant viri ac mulieres eccleſiam ingredientes; ſed etiam in ipſo confeſſionis ambitu diverſa erant loca virorum ac mulierum, ita ut alii a dextra, alii a læva conſiſterent.

LV. 1. REGNUM EX AURO PURISSIMO) Corona aurea dicitur quod ea ſoleant reges coronari.

LVI. 1. IN MONASTERIO SANCTÆ AGATHÆ MARTYRIS SUPER SUBURRAM) Quod hodie inhabitant monachi montis Virginis.

2. IN MONASTERIO SANCTI PANCRA-

quam Constantinianam vocant, fecit vestem de fundato.

LVII. Hic fecit beato Petro apostolo, fautori suo, [1] evangelia aurea, cum gemmis prasinis, atque hyacinthinis & albis miræ magnitudinis in circuitu ornata, pensantia libras XVII. & uncias IIII. Hic fecit calicem aureum præcipuum, diversis ornatum lapidibus pretiosis, pensantem libras XXVIII. Similiter & patenam auream pensantem libras XXVIII. & uncias VIIII. Pari modo in basilica ipsius apostoli fecit Cherubin ex argento purissimo deauratos IIII. qui stant super capita [a] columnarum argentearum sub [b] ciborio; pensantes libras XCIII. Fecit quoque isdem præcipuus præsul ubi supra imaginem Salvatoris auream, quæ stat in trabe super ingressum vestibuli, pensantem libras LXXVIIII.

LVIII. Fecit autem in basilica doctoris mundi beati Pauli apostoli angelos ex argento purissimo deauratos duos, qui stant juxta imaginem Salvatoris in ingressu vestibuli, pensantes libras C. & semis. Verum etiam & [1] polycandilum porphyreticum, pendentem in pergula ante confessionem in catenulis aureis, quæ pensant libram unam. Præsertim & in ingressu basilicæ, ubi supra, [a] supra regias majores fecit imagines ex argento V. pensantes inibi libras CCXXVIIII. Enim-

VARIANTES LECTIONES

LVII. *a* Vat. I. *columpnarum*. *b* Idem, *cyburio*.
LVIII. *a* Vat. IX. *supra regias majores* V.

Idem.

NOTÆ

CRATII SITO POST BASILICAM SALVATORIS) Quod deinde in sacrarium basilicæ Lateranensis conversum est.

LVII. I. EVANGELIA AUREA) Vel intelligi debet de quatuor symbolis evangeliorum, quemadmodum diximus in Hadriano num. XC. vel de tabulis tegentibus codicem evangeliorum.

LVIII. I. POLYCANDILUM PORPHYRETICUM) Polycandilum seu polycandelum candelabrum est, sive potius lucernarium ad sustinendas plures candelas destinatum, Catenulis suspensum, & ex elato aliquo loco dependens. Porphyreticum additur, vel quod ex porphyretico lapide elaboratum, vel, ut Alteserræ placuit, ex argento conflatum sit, auro quoque superaddito; idque probat ex alio Bibliothecarii loco infra producendo, ubi commemoratur: *cyborium cum columnis porphyreticis ex argento purissimo*. Si ex argento purissimo factæ, porphyreticæ evaserant e colore ex auro nempe superinducto.

Enimvero ubi ſupra [2] fecit aquamanus [b] antipemto deauratas; paria duo penſantia ſimul [c] libras XIIII.

LIX. Fecit autem iſdem præſagus antiſtes ubi ſupra [a] [1] ceroſtatos majores [b] battutiles anaglyphos ex argento puriſſimo, penſantes ſimul [c] libras LXXXVI. & uncias VIII. Atque [2] lucernas majores fuſiles [d] binixas anaglyphas duas, penſantes inibi libras LVII. & conſtituit ejus beatitudo, ut quotidianis noctibus ante altare ipſius Apoſtoli ardere debeant. Hic divina adſpiratus gratia inveſtivit trabem majorem, quæ eſt ſub arcu principali ex argento mundiſſimo; penſantem libras MCCCLII.

LX. Fecit autem hic præclarus pontifex ubi ſupra in altari majori veſtem chryſoclavam miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratam, habentem hiſtoriam Salvatoris Domini noſtri Jesu Chriſti ſanctæque ejus genitricis & duodecim Apoſtolorum, cum periclyſi de chryſoclavo, undique cum margaritis ornatam, & ab utriſque lateribus blatthin cum chryſoclavo decoratam: quæ in natalibus Apoſtolorum iſdem egregius præſul ibidem poni conſtituit. Fecit autem [a] ubi ſupra [1] crucem majorem ex auro fulvo nimis [b] panoclyſtam ornatam gemmis pretioſis, penſantem libras XLII. & uncias II. nec non & cereoſtata, paria IIII. inveſtita ex argen-

gen-

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *antipeto*. *c* Idem, *lib.* XIII.

LIX. *a* Sic Vat. IX. codices vulgati, *ceroſtatos*. *b* Libri editi, *verſatiles*, Vat. IX. *vattutiles*. *c* Idem, *lib.* XXXVIII. *d* Idem Vat. IX. *bymixas*.

LX. *a* Sic Vat. IX. codices editi, *ibi ſuper*. *b* Vat. XI. *ſpanoclyſtam*.

purif.

NOTÆ

2. FECIT AQUAMANUS ANTIPEMTO DEAURATO) Aquamanus, aquimanile; antipemtum, vas ad aquam effundendam lavandi manus gratia.

LIX. 1. CEROSTATOS MAJORES BATTUTILES ANAGLYPHOS) Ex argento per malleum ductili opere excalpio.

2. LUCERNAS MAJORES FUSILES BINIXAS) Non malleo ductas, ſed igne conflatas, duobus lychnis inſtructas.

LX. 1. CRUCEM MAJOREM EX AURO FULVO NIMIS PANOCLYSTAM) Ducangius in Gloſſar. tom. VI. col. 621. refert hunc Anaſtaſii locum, atque alia, quæ infra occurrent, putatque *panoclyſtum*, ſeu *ſpanoclyſtum* dici a græco verbo ἐπανώκλειστος, ut ſit *corona deſuper clauſa*. Hic tamen potius exponerem crucem undique clauſam,

ideſt

gento deaurato, pensantia simul libras LXXVII. Fecit autem venerabilis & præclarus pontifex super altare beatæ Petronillæ ciborium cum columnis porphyreticis ex argento [c] purissimo miræ magnitudinis decoratum, pensans lib. CCCXLVIII. atque imaginem argenteam stantem sub arcu de ipso ciborio, pensantem libras X. & semis.

LXI. Ipse vero a Deo protectus & præclarus pontifex fecit in basilica doctoris mundi beati Pauli apostoli super altare majus vestem chrysoclavam, habentem historiam Dominicæ Resurrectionis cum margaritis ornatam & pericysin de chrysoclavo. Similiter ex margaritis ornatas imagines Apostolorum duas ex argento deauratas, pensantes [a] simul libras LXXXVI.

LXII. Hic vero misericordissimus pontifex fecit in basilica sanctæ Dei genitricis ad Præsepe super altare vestem chrysoclavam, habentem historiam Dominicæ Resurrectionis miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratam cum periclysi de chrysoclavo, undique ex margaritis ornatam. Et [1] in titulo sanctæ Dei genitricis, quæ appellatur Callisti, fecit regnum ex auro purissimo, pendens super altare majus ex gemmis pretiosis ornatum; pensans libram unam. Atque in diaconia ipsius Dei genitricis, quæ appellatur [a] Domnica, fecit regnum ex auro mundissimo, pendens super altare majus ex gemmis pretiosis ornatum; pensans libras II.

LXIII. Hic beatissimus presul divina inspiratione repletus fecit [a] in basilica Dei genitricis ad Præsepe in ingressu præ-

VARIANTES LECTIONES

c purissimo) Hic desinit Cod. Vat. IX.

LXI. *a simul*) Ex Vat XI. vocem supplevimus.

LXII. *a* Hic itidem libri vulgati, *Dominica*, MSS. Vat. XI. præsertim, ut in contextu.

LXIII. *a* Editi codices, *in basilicam*.

Iidem,

NOTÆ

idest non intus cavam, sed auro solido conflatam. Calicem vero *panoclystum* exponerem cum operculo pyxidis instar.

LXII. 1. IN TITULO SANCTÆ DEI GENITRICIS, QUÆ APPELLATUR CALLISTI) Idem titulus Callisti, de quo in Hadriano num. LXXIX.

con-

præſepii [b] regias veſtitas ex argento puriſſimo; penſantes ſimul libras CXXVII. & ſuper ipſas regias velum modicum fundatum, habens in circuitu liſtam de chryſoclavo. Nec non & alia vela [c] majora Tyria ſuper regias majores tria in ingreſſu baſilicæ cum periclyſi de fundato.

LXIV. Fecit autem iſdem egregius præſul in baſilica beati Petri apoſtoli calices majores ex argento mundiſſimo, qui ſedent ſuper trabes argenteas, numero XVIII. penſantes ſimul libras CLXXXII. Nec non [a] ibi fecit [b] cereoſtatos majores fuſiles ex argento puriſſimo, qui ſtant ante confeſſionem; penſantes libras CXCVIII. Inveſtivit vero ſuper trabem ex argento mundiſſimo, quæ eſt ſuper imaginem auream in ingreſſu veſtibuli, penſantem libras CXXVI. [c] & ſemis. Verum etiam ubi ſupra fecit lucernas fuſiles duas ex argento puriſſimo, penſantes ſimul libras XXVII. [d] Et hoc [1] conſtituit, ut Dominicorum die, vel in ſanctis ſolemnitatibus hinc inde juxta [e] lectorium conſiſterent, & ad legendum ſacras lectiones luminis [f] ſplendore refulgerent.

LXV. Hic fecit ad beatum Andream apoſtolum ciborium ex argento puriſſimo; penſans [a] libras CCC. & V. Hic autem præcipuus pontifex divinitus inſpiratus baptiſterium ubi ſupra conſpiciens, quia præ nimia vetuſtate ruinæ proximum

VARIANTES LECTIONES

b Iidem, *regias veſtias*. *c majora*) Ex Vat. XI.

LXIV. *a* Vulgata editio, *ubi ſupra*, Vat. XI. ut in contextu. *b* In editis, *ceroſtatas*. *c & ſemis*) Hæc Vat. XI. non legit. *d* Idem, *& conſtituit*. *e* Sic Vat. XI. editi vero, *lectoriam*. *f* Vulgati perperam, *ſplendere*.

LXV. *a* Vat. XI. *lib*. CCC.

NOTÆ

LXIV. 1. CONSTITUIT UT DOMINICORUM DIE, VEL IN SANCTIS SOLEMNITATIBUS HINC INDE JUXTA LECTORIUM CONSISTERENT &c.) Lectorium ſedes illa eſt, ſeu pluteus, in quo vel liber evangeliorum, vel lectionarium collocatur ad commoditatem legentis, græce dictus ἀναλογεῖον, italice *leggio*: *in cujus baſilica*, inquit Gregor. Tur. de miracul. Martyr. lib. I. cap. 94. *analogius, in quo libro ſupra poſito cantatur, aut legitur, mirabiliter compoſitus eſſe refertur*. Hinc inde juxta lectorium lucernæ, vel candelabra ponebantur, in quibus ſolemnibus diebus cerei accenderentur, quum lectio fieret.

Vul- · SU.

ximum inerat, & quia angustior locus populi existebat, qui ad baptismum veniebat; isdem præsul a fundamentis ipsum baptisterium in rotundum ampla largitate construens, in meliorem erexit statum: atque sacrum fontem in medio largiori spatio fundavit, [b] eumque in circuitu [c] columnis porphyreticis decoravit, & in medio fontis columnam posuit, & [1] super columnam agnum ex argento purissimo fundentem aquam, qui pensat libras XVIII. & uncias X. Nec non & altare majus sub absida construxit: cujus faciem atque confessionem [d] seu rugas ad decorem ipsius sacri altaris investivit ex argento mundissimo; pensantes simul libras XLVIII. Verum etiam & vestem de stauraci [e] super illud posuit, atque regularem ibi superinvestitum ex argento purissimo fecit. Et super ipsum regularem posuit arcum & gammadias ex argento, qui pensant simul libras LXXX. Nec non & imagines III. ubi supra posuit, pensantes inibi libras XXXVII. & uncias X. Ipsum vero baptisterium diversis in circuitu decoravit picturis.

LXVI. [1] Oratorium vero sanctæ Crucis ubi supra, quod jam præ nimia erat vetustate ruiturum, hic præcipuus pastor a fundamentis simul cum absida novo ædificio erexit, & ad perfectum usque perduxit: atque ipsam absidam ex musivo diversis decoratam picturis atque marmoribus miro splendore ornavit. [a] ubi & obtulit hæc: ciborium super altare cum columnis suis, atque faciem ipsius altaris investivit

VARIANTES LECTIONES

b Vulgati codices, *& in circuitu*, Vat. XI. ut in contextu: *c* Idem, *columpnis*. Sic infra. *d* Idem, *seu rugam*. *e* Idem, *super eum*, libri editi, *super eam*.

LXVI. *a* Vat. XI. *ubi & obtulit hoc*, editi, *ubi & obtulit*. *Cyborium* &c. Vat. XI.

NOTÆ

LXV. 1. SUPER COLUMNAM AGNUM EX ARGENTO PURISSIMO FUNDENTEM AQUAM) In Silvestro num. XIII. *in labio fontis baptisterii agnum aureum fundentem aquam*.

LXVI. 1. ORATORIUM VERO SANCTÆ CRUCIS UBI SUPRA) Oratorium hocce ædificaverat Symmachus papa in basilica sancti Petri ad fontem. Vide in ejus vita num. VII. Tom. I.

RE-

vit ex argento puriſſimo; penſantem libras CXXI. & uncias II. [2] Regnum [b] panoclyſtum ex auro puriſſimo cum cruce in medio, pendens ſuper ipſum altare; penſans libram unam & uncias XI. Nec non & alias columnas argenteas IIII. & ſuper ipſas columnas regularem inveſtitum ex argento puriſsimo; penſan. inibi libras LXIIII. & uncias III. Arcus argenteos III. penſantes lib. XLIII. & uncias VIII. Imagines argenteas deauratas III. penſantes inibi libras XXX. Caniſtros argenteos [c] interaſiles XII. penſantes ſimul libras LXXVIII. Gabathas argenteas interaſiles fundatas XXI. & crucem unam; penſantes in unum libras L. Veſtem ſuper altare de fundato unam, & aliam [d] de blatti [e] cum chryſoclavo, nec non & aliam veſtem albam roſatam cum chryſoclavo. Velum modicum [f] chryſoclavatum, cum Crucifixo & margaritis ornatum. Vela de ſtauraci VII. vela de fundato IIII. vela modica, quæ pendent in regulari [3] ante imagines Tyrias, VI. Vela alba ſerica ornata in circuitu de fundato XII. Velum majus album roſatum ornatum deſuper de quadrapulo, unum. [4] Et aliud velum rubeum cum bubalo, quod pendet ante regias majores. Vela modica de ſtauraci IIII. quæ pendent in regulari ante imagines: ſed & alia vela promiſcua ſerica numero XI. Fecit ubi ſupra ad fontes [g] vela Tyria III. quæ pendent in regulari ante imagines, & alia vela ſerica numero XXI.

LXVII. Hic fecit beato Petro apoſtolo nutritori ſuo [1] calicem aureum præcipuum [a] panoclyſtum, diverſis ornatum lapi-

VARIANTES LECTIONES

b Vat. XI. *ſpanocliſtum*: ſic etiam infra. c Idem, *interraſiles*, Libri editi, *interſatiles*. Sic infra. d Iidem, *de blattin*, Vat. XI. ut in contextu. e In editis perperam, *cum chryſoclava*. f Vat. I *chryſoclabatum*. g Vat. XI. *vela Tyria* IIII.

LXVII. a Vat. XI. itidem, *ſpanocliſtum*: ac mox etiam Vat. I.

N O T Æ

2. REGNUM PANOCLYSTUM EX AURO PURISSIMO) ut ſupra num. LX.

3. ANTE IMAGINES TYRIAS) Imagines credimus ex purpura textas velis adſutas.

4. ET ALIUD VELUM RUBRUM CUM BUBALO) In veſtibus & velis pingi ſolebant imagines ſive elephantum, ſive bubalorum, ſive avium.

LXVII. 1. CALICEM &c. PANOCLYSTUM) Vid. ſupra eodem num. LX.

FE-

lapidibus pretiosis, pensantem libras xxx. Pari modo fecit & patenam auream panoclystam similiter diversis ornatam pretiosis lapidibus, pensantem libras xxv. Fecit vero super ciborium de altari majori beati Petro apostolo canthara majora IIII. ex argento purissimo, habentia in medio cereos ex argento deauratos; pensantia in unum libras CXL. Prædictus vero & præclarus pontifex [1] fecit ubi supra [b] thuribulum apostolicum ex auro purissimo, pensans libras II. & uncias V. Fecit vero vestem super altare majus chrysoclavam diversis ornatam picturis: [2] quam constituit quatuor temporibus per annum in duodecim lectionibus ibidem ponere. Fecit ubi supra coronas majores ex argento purissimo IIII. pensantes simul libras CLIIII. & semis. Fecit vero ubi supra lectorium ex argento purissimo miræ magnitudinis decoratum; pensans libras CXLIII. Nec non & cereostatos ex argento mundissimo, stantes juxta ipsum lectorium; pensantes simul libras XLVIIII. Verum etiam & super ipsos cereostatos fecit lucernas fusiles [c] bimyxas duas ex argento puro, pensantes libras XXVII. & hoc constituit, ut Dominicorum die, vel in sanctis solemnitatibus hinc inde juxta ipsum lectorium consisterent, & ad legendum sacras lectiones luminis splendore fulgerent. Pharocantharos fecit in presbyterio numero XIIII. ex argento mundissimo, pensantes simul libras CCCCXXXIII. nec non columnas VIII. & arcus IIII. fecit ex argento, pensantes inibi [d] libras CLXXIII. Fecit vero ubi supra calices fundatos

VARIANTES LECTIONES

b Vat. I. *tyrabulum apostolatum*. *c* Idem. *vimixas*. *d* Vat. XI. *lib.* CXXIIII. Vat XI.

N O T Æ

LXVII. 1. FECIT UBI SUPRA THURIBULUM APOSTOLICUM) Instrumentum sacrum notissimum, in quo thus adoletur; apostolicum dictum, quo unus pontifex in sacris functionibus uteretur.

2. QUAM CONSTITUIT QUATUOR TEMPORIBUS PER ANNUM IN DUODECIM LECTIONIBUS IBIDEM PONERE) In officio Ordinis sancti Benedicti duodecim lectiones legi solent; novem in officio Romano. In codice Sacramentarii Gelasiani primum Sabbatum Quadragesimæ vocatur Sabbatum ad XII. lectiones.

datos ex argento, qui pendent inter columnas majores dextra lævaque basilicæ, numero LXIIII. pensantes pariter libras CCCCLXI.

LXVIII. Isdem vero præsagus antistes ubi supra [1] ad beatum Andream apostolum investivit altare majus ex argento purissimo deaurato, miro decore ornatum: quod pensat undique libras CXXXV. Cantharas ex argento purissimo XII. pensantes simul libras LII. Canistros XII. ex argento, pensantes libras LXXVIII. Investivit vero altare beatæ Petronillæ ex argento purissimo deaurato, diversis ornatum picturis; undique pensans [a] libras CLXII. & uncias VIII. Nec non investivit altare beati Gregorii confessoris atque pontificis ex argento deaurato; undique pensans libras CXXVII. Fecit ubi supra in gremio basilicæ beati Petri apostoli cortinam majorem Alexandrinam holosericam, habentem in medio adjunctum fundatum, & in circuitu [b] ornatum de fundato.. Verum etiam isdem præcipuus præsul fecit [c] thuribula Apostolica ex auro purissimo duo: ex quibus unum misit intus super corpus ejus, quod pensat libras II. & alterum, pensans libras II. & uncias VIII. quod procedit per stationes.

LXIX. Hic vero almificus præsul investivit faciem altaris sanctæ Dei genitricis ad Præsepe ex argento mundissimo deaurato, quod pensat libras LXXXVI. Fecit autem ibi coronas duas ex argento purissimo, pensantes libras LIIII. [a] Cortinas majores Alexandrinas holosericas ornatas in circuitu de fundato. Hic vero præcipuus præsul ex largitate omnipoten-

VARIANTES LECTIONES

LXVIII. *a* Vat. XI. *lib.* CLXVIII. *b* Idem, *ornatam*. *c* Vat. I. *turabula apostolata*.

LXIX. *a* Vat. XI. *Cortinam majorem Alexandrinam holosericam ornatam* &c. Idem,

NOTÆ

LXVIII. I. AD BEATUM ANDREAM APOSTOLUM) Beato Andreæ, beatæ Petronillæ, beato Gregorio capellæ erant in Vaticano a prioribus pontificibus erectæ: quibus subinde altaria dicata fuere, quæ disjecta una cum veteri Basilica in nova rursus excitata conspiciuntur.

IN

tentis Dei, & beati Petri apoſtoli clavigeri regni cœlorum obtulit per univerſas ſanctorum ſacras eccleſias hujus almæ Romæ coronas, vel etiam caniſtros ex argento puriſſimo ob veniam facinorum ſuorum, videlicet: In eccleſia Domini noſtri Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, fecit [b] coronas ex argento puriſſimo penſantes lib. XXIII. Et in baſilica ſanctæ Dei genitricis ad Præſepe inſtar fecit coronam ex argento puro, penſantem libras XIII. & in baſilica ſanctæ Dei genitricis in titulo Calliſti fecit coronam ex argento penſantem libras XIII. uncias III.

LXX. Et in diaconia ipſius Dei genitricis, quæ appellatur Antiqua, ſimiliter fecit coronam ex argento, penſantem libras XIII. Et in eccleſia ſanctæ Dei genitricis ad Martyres fecit coronam ex argento, penſantem libras XII. uncias III. Et in diaconia ipſius Dei genitricis, quæ appellatur [a] Coſmedin, eodem modo fecit coronam ex argento, penſantem libras XII. nec non & in diaconia ſanctæ Dei genitricis, quæ appellatur [b] Domnica, ſimiliter fecit coronam de argento, penſantem libras VIIII. Et in diaconia ſanctæ Dei genitricis, quæ ponitur in via Lata, fecit coronam ex argento, penſantem libras VIIII. Et [1] in diaconia ſanctæ Mariæ in Cyro fecit coronam ex argento, penſantem lib. VIII. Immo & in diaconia beatæ Dei genitricis, quæ ponitur foris portam beati Petri apoſtoli, fecit coronam ex argento, penſantem libras V. [c] & uncias III. & in diaconia ipſius Dei genitricis, quæ ponitur in Hadrianio, eodem modo fecit coronam ex argento, penſantem libras V. Nec non & in oratorio ſanctæ Dei genitricis, quæ ponitur in Xenodochio Firmis,

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *coronam* &c. *penſantem*.

LXX. *a* Vat. XI. *Coſmidin*. *b* Vulgata editio, *Dominica*, ut alibi. *c* Vat. XI. *& uncias* IIII.

Edi-

NOTÆ

LXX. 1. IN DIACONIA SANCTÆ MARIÆ IN CYRO) Nunc *in Aquiro*, poſita in platea Captanicorum, olim in Campo Martio.

mis, fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras II. & uncias VII.

LXXI. In eccleſia beati Petri apoſtoli fecit caniſtrum de argento puriſſimo, penſantem libras XXII. & in eccleſia beati Pauli apoſtoli inſtar fecit caniſtrum ex argento puriſſimo, penſantem libras XXII. [a] uncias VIII. [b] Nec non & in eccleſia beati Andreæ apoſtoli, quæ ponitur ad beatum Petrum apoſtolum, fecit coronam ex argento, penſantem libras XVIII. [c] Item [1] in eccleſia beati Andreæ apoſtoli, quæ ponitur juxta Præſepe, ſimiliter fecit coronam de argento, penſantem libras VII. et in titulo beati Petri apoſtoli, qui appellatur Eudoxiæ, eodem modo fecit coronam de argento, penſantem libras VIIII. Verum etiam & [2] in eccleſia beati Johannis Baptiſtæ, quæ ponitur juxta patriarchium Lateranenſe, fecit coronam de argento, penſantem libras V. [d] Item in eccleſia beati Johannis [e] apoſtoli & evangeliſtæ, quæ ponitur ubi ſupra, inſtar fecit coronam ex argento, penſantem libras V. [f] Immo & in eccleſia beati Stephani, quæ ponitur in Cœlio monte, ſimili modo fecit coronam ex argento, penſantem libras VII. [g] & uncias XI. Et in baſilica Apoſtolorum, quæ ponitur in via Lata, fecit coronam de argento, penſantem libras XIII.

Et

VARIANTES LECTIONES

LXXI. *a* Editio vulgata, *& uncias quatuor & octo*. *b Nec non & in eccleſia* &c.) Hæc uſque ad illa verba, *qui appellatur Eudoxiæ* &c. quæ inde habentur, ex Vat. XI. ſuppleta ſunt. *c* Libri editi, *Immo & in eccleſia beati Andreæ apoſtoli*. *d* Iidem, *Immo &*. *e* Ita Vat. XI. *f* Iidem libri editi, *Item &*. *g* Vat. XI. *& uncias* X.

Vat. I.

N O T Æ

LXXI. 1. IN ECCLESIA BEATI ANDREÆ APOSTOLI, QUÆ PONITUR JUXTA PRÆSEPE) Erat juxta eccleſiam ſanctæ Mariæ Majoris, ubi etiam monaſterium a Gregorio II. reſtauratum, ut in ejus vita num. III.

2. IN ECCLESIA BEATI JOHANNIS BAPTISTÆ, QUÆ PONITUR JUXTA PATRIARCHIUM LATERANENSE) Hilarus papa in capella Baptiſterii ædificavit oratorium in honorem beati Joannis Baptiſtæ, aliudque in honorem beati Joannis Evangeliſtæ. In Hilaro num. II. Tomo I.

IN

LXXII. Et [1] in musileo beatæ Petronillæ, quod ponitur ad beatum Petrum apostolum, fecit coronam ex argento, pensantem libras xx. Et in ecclesia Jerusalem, quæ ponitur [a] in Sessoriano, fecit coronam de argento, pensantem libras v. Et in ecclesia beati Laurentii [b] martyris, quæ ponitur foris murum, similiter fecit coronam de argento, pensantem libras XIII. Et in ecclesia beati [c] Apollinaris martyris fecit coronam pensantem libras v. & uncias IIII. Verum etiam & in basilica beati Pancratii martyris, quæ ponitur foris murum, eodem modo fecit coronam ex argento, pensantem libras VIII. Fecit autem & in ecclesia beati Valentini martyris, quæ ponitur foris murum, ubi corpus ejus requiescit, coronam de argento, pensantem libras VI.

LXXIII. Et [1] in titulo beati Clementis martyris atque pontificis fecit coronam de argento, pensantem libras XV. Et in titulo beatorum Aquilæ & Priscæ fecit coronam ex argento, pensantem libras VI. Et in titulo sanctæ [a] Balbinæ similiter fecit coronam de argento pensantem libras v. Immo & [b] in titulo beati Sixti martyris atque pontificis fecit coronam de argento, pensantem libras v. uncias II. Et in titulo sancti Laurentii martyris, [c] qui appellatur Lucinæ, simili-

VARIANTES LECTIONES

LXXII. *a* Vat. 1. *in Susurrio*. *b* *martyris*) In editis deest. *c* Vat. 1. *Apollenarii*.

LXXIII. *a* Vat. 1. *Balvinæ*. *b* Editi, *in ecclesia sancti Sixti*, Vat. XI. ut in contextu. *c* In editis, *qui ponitur*. Sic etiam infra.

Idem,

NOTÆ

LXXII. 1. IN MUSILEO BEATÆ PETRONILLÆ) Musileum dicitur, quod ejus parietes opere musivo ornatæ fuerint; alii legunt *in mausoleo*, vel quia octogonæ erat figuræ assurgens in modum semisphærii, vel quia in eo illustriores defuncti sepelliebantur. Ibi Paulus papa in arca marmorea corpus beatæ Petronillæ reposuit: atque ibi conditus fuit Honorius imperator, Maria augusta ejus uxor, & Termatia augusta soror Mariæ. Vide in Glossario I. Partis, & in Stephano II. num. LII.

LXXIII. 1. IN TITULO BEATI CLEMENTIS) Enumerantur hic ab Anastasio tituli fere omnes, quos fuisse XXII. tempore Hadriani papæ diximus in Hadriano num. LX. a quibus describendis supersedebimus jam superius descriptis, eos duntaxat recensentes, qui nondum descripti occurrent. Hos omnes Leo sacris donis auxit.

IN

militer fecit [d] coronam de argento, [e] pensantem libras IIII. uncias X. Et in titulo sancti Laurentii martyris, qui appellatur Damasi, fecit coronam ex argento, pensantem libras V. Et in ecclesia ipsius martyris [f] Laurentii, qui appellatur Formosus, fecit canistrum ex argento, pensantem libras II. & uncias VII. [g] Seu & in titulo Pammachii fecit coronam ex argento, pensantem libras X. Et [2] in titulo Æmilianæ pari modo fecit coronam de argento, pensantem libras IIII.

LXXIV. Nec non & in titulo sancti Eusebii fecit coronam de argento, pensantem libras VI. Et in titulo Praxedis fecit coronam [a] de argento, pensantem libras V. Et [1] in titulo Pudentis fecit coronam ex argento, pensantem libras VIIII. Immo & in titulo beati Vitalis martyris fecit coronam ex argento, pensantem libras VIIII. & uncias III. Et in titulo sanctæ Susannæ martyris similiter fecit coronam, pensantem libras XVII. Et in titulo sancti [b] Cyriaci fecit coronam de argento, pensantem libras V. Et in titulo beati Marcelli martyris fecit coronam ex argento, pensantem [c] libras X. Nec non & [2] in titulo beati Marci martyris fecit [d] coronam similiter. Et in titulo beatæ Anastasiæ fecit coronam, pensantem libras VII. & uncias VIIII. Nec non & in titulo Cæciliæ instar fecit coronam ex argento, pensantem libras X. & unciam unam. Et in titulo beati Chrysogoni martyris fecit coronam ex argento, pensantem libras V.

Ve-

VARIANTES LECTIONES

d Idem, *corona de argento*) quæ in editis desunt. *e* Idem, *pens. lib.* V. *unc.* II. *f* *Laurentii, qui appellatur*) Ita ex Vat. XI. *g* Sic idem Vat. XI. Libri vulgati, *Sed &*, ut alibi.

LXXIV. *a de argento*) sic Vat. XI. *b* MSS. plerique, *Quiriaci*. *c* Vat. XI. *lib.* VIIII. *d* Idem, *coronam ex argento pens. lib.* X.

Libri

NOTÆ

2. IN TITULO ÆMILIANÆ) Dicto fortasse a vico Æmiliano, de quo mentio est apud Svetonium in Claudio cap. XVIII. *Quum Æmiliana pertinacius arderent* &c.

LXXIV. 1. IN TITULO PUDENTIS) Dicto etiam titulo Pastoris.

2. IN TITULO BEATI MARCI MARTYRIS) Qui idem ac titulus beati Marci papæ.

IN

LXXV. Verum etiam & [1] in diaconia ſanctorum Nerei & Achillei fecit coronam de argento, penſantem libras VI. & uncias V. Et in diaconia ſanctæ Luciæ, quæ ponitur in Septem viis, fecit coronam ex argento, penſantem [a] libras VII. & uncias VII. Et [2] in diaconia ſancti Bonifacii ſimiliter fecit coronam [b] ex argento, penſantem libras VII. Et in diaconia ſancti Georgii fecit coronam ex argento, penſantem libras V. Et in diaconia ſancti Theodori eodem modo fecit coronam, penſantem libras VI. & uncias VIII. Et in diaconia ſanctorum Sergii & Bacchi fecit coronam ex argento, penſantem libras VI. Et in diaconia ſanctorum Coſmæ & Damiani fecit coronam, penſantem libras V. & uncias VIII. Et in diaconia ſancti Hadriani martyris fecit coronam ex argento, penſantem libras VI. [c] Sed & in diaconia ſancti Archangeli fecit coronam ex argento, penſantem libras VI. Seu & in diaconia ſancti Euſtachii ſimiliter fecit [d] coronam ex argento penſantem libras VI. uncias V. Et in diaconia ſanctæ Luciæ, [e] quæ appellatur Orphea, pari modo fecit coronam ex argento, penſantem libras VI. & uncias II. Simulque & [3] in diaconia beati Viti martyris, quæ ponitur in Macello, fecit coronam ex argento, penſantem libras VI. Immo & in diaconia ſanctæ Agathæ ſimiliter fecit coronam ex argento, penſantem libras V. Fecit autem & [4] in diaconia

VARIANTES LECTIONES

LXXV. *a* Libri editi, *libras ſex*, Vat. XI. ut in contextu. *b ex argento*) Idem. *c* Idem Vat. XI. *ſeu &*: quidam alii, *ſed &*, ut in contextu. *d coronam ex argento*) Ex eodem Vat. XI. iſta explevimus. *e* Vulgati codices, *quæ ponitur Orſea*. Vat. XI.

N O T Æ

LXXV. 1. IN DIACONIA SANCTORUM NEREI ET ACHILLEI) A titulis fit tranſitus ad diaconias, quas XVI. fuiſſe conjecimus in Hadriano num. LXI. His omnibus ſacras ſupellectiles Leo largitus eſt.

2. IN DIACONIA SANCTI BONIFACII) Eadem eſt ac ſancti Alexii in monte Aventino.

3. IN DIACONIA BEATI VITI, QUÆ PONITUR IN MACELLO) In colle Exquilino, ubi fuit vetus Macellum, fortaſſe memoratum in nummo æreo Neronis cum epigraphe MAC. AVG.

4. IN DIACONIA SANCTI SILVESTRI, QUÆ PONITUR JUXTA BEATUM PETRUM APOSTOLUM) Juxta ho-

nia sancti Silvestri, quæ ponitur juxta beatum Petrum apostolum, coronam ex argento, pensantem libras IIII. Verum etiam & in diaconia sancti Martini, quæ ponitur juxta beatum Petrum apostolum, instar fecit coronam ex argento, pensantem libras VI. [f] uncias III. Immo & in titulo sanctorum Silvestri & Martini, qui ponitur [g] juxta Orphea, coronam ex argento, pensantem libras VI. & uncias II.

LXXVI. Ipse vero a Deo protectus & præclarus pontifex fecit [1] in monasterio sancti Sabæ coronam, ex argento, pensantem libras VIII. & uncias X. Verum etiam & [2] in monasterio beati Anastasii martyris eodem modo fecit coronam ex argento, pensantem libras VIII. uncias IIII. & semis. Pari modo & [3] in monasterio sancti Andreæ, quod ponitur [a] in Clivo Scauri, fecit coronam ex argento puro, pensantem libras V. Et in monasterio beatæ Agathæ martyris, quod ponitur super Suburram, similiter fecit [b] coronam ex argento, pensantem libras V. [c] Simulque & [4] in monasterio sancti Erasmi, quod ponitur in Cœlio monte, fecit coronam ex argento, pensantem libras IIII. uncias II. Enimvero & in

VARIANTES LECTIONES

f Vat. XI. *unc.* IIII. *g* Idem, *juxta Orpheam*.
LXXVI. *a* Nonnulli MSS. codices, *in clibu*, Vat. XI. ut in contextu, editi, *in clibus cauri*. *b* Ita ex Vat. XI. *c* In libris editis, *Nec non &*.

Idem

NOTÆ

hospitale sancti Gregorii, ex opposito Pœnitentiariæ, ex Grimaldo.

LXXVI. 1. IN MONASTERIO SANCTI SABÆ) Post titulos, & diaconias recitantur monasteria, quæ muneribus sacris a Leone aucta fuere. Numerantur autem XXVI. monasteria: qui numerus maxime notatu dignus per ea tempora, quibus nulli adhuc in ecclesia, præter monachos, religiosi ordines surrexerant. Juxta sacras ædes ædificata erant monasteria, ut a monachis in iisdem divina officia persolverentur. Ædes sancti Sabæ erat in Aventino; de qua in Hadriano num. LXXXVIII.

2. IN MONASTERIO BEATI ANASTASII MARTYRIS) Quod incolunt monachi Cistercienses ex Tuscia, ut in Hadriano num. XCI.

3. IN MONASTERIO SANCTI ANDREÆ, QUOD PONITUR IN CLIVO SCAURI) In quo inhabitant monachi Camaldulenses.

4. IN MONASTERIO SANCTI ERASMI, QUOD PONITUR IN COELIO MONTE) Periit ædes cum monasterio, superstite nunc tantum memoria ex Anastasio, quod fuerit in monte Cœlio non procul a sancto Stephano rotundo.

IN

& in monaſterio ſancti Silveſtri eodem modo fecit coronam ex argento puriſſimo, penſantem [d] libras VI. uncias III. Immo & [5] in monaſterio beati Laurentii martyris, quod appellatur Pallacini, fecit caniſtrum de argento, penſantem libras II. & uncias VII. Nec non & [6] in monaſterio ſancti Pancratii, quod ponitur juxta baſilicam Salvatoris, fecit coronam de argento, penſantem libras V. & ſemis. Fecit autem & [7] in monaſterio ſanctorum Andreæ & Bartholomæi, quod appellatur [e] Honorii, caniſtrum ex argento, penſantem libras III. [f] Et [8] in monaſterio ſancti Stephani, quod ponitur juxta Lateranis, fecit caniſtrum de argento, penſantem libras II. Simulque & [9] in monaſterio ipſius primi martyris Stephani, quod ponitur ad beatum Petrum apoſtolum, fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras III. & ſemis.

LXXVII. Ipſe vero almificus præſul fecit [1] in monaſterio

VARIANTES LECTIONES

d Idem Vat. XI. *lib.* VII. e Ita Vat. XI. vulgati codices perperam, *Honotri*. f *Fecit autem & in monaſterio* &c.) Idem Vat. XI.

Sic

NOTÆ

5. IN MONASTERIO BEATI LAURENTII MARTYRIS, QUOD APPELLATUR PALLACINI) Exſtabat monaſterium hoc, ut refert Grimald. in Serie Archipresbyter. Baſil. Vatic. fol. 6. ubi nunc viſitur monaſterium & eccleſia ſanctæ Catharinæ *de' Funari*. Primo appellatum fuit *in Palatinis*, mox *in Clauſura*, quia circo Flaminio claudebatur: Et in bulla Cælestini III. dictum etiam fuit *in Caſtello aureo*.

6. IN MONASTERIO SANCTI PANCRATII, QUOD PONITUR JUXTA BASILICAM SALVATORIS) Ubi nunc ſacrarium baſilicæ Lateranenſis.

7. IN MONASTERIO SANCTORUM ANDREÆ ET BARTHOLOMÆI, QUOD APPELLATUR HONORII) Quod Honorius papa extruxerat; nunc hoſpitale infirmorum juxta Lateranum. Vide in Hadriano num. LXVIII.

8. IN MONASTERIO SANCTI STEPHANI, QUOD PONITUR JUXTA LATERANIS) Poſitum illud erat prope oratorium ſancti Joannis Evangeliſtæ; cujus veſtigium nullum modo ſupereſt.

9. IN MONASTERIO IPSIUS PRIMI MARTYRIS STEPHANI, QUOD PONITUR AD BEATUM PETRUM APOSTOLUM) Hoc monaſterium, quod appellatum etiam fuit *Catagalla Patricia* a beata Galla Symmachi V. C. filia, quæ illud in honorem ſancti Stephani ædificaverat, ſibique in domicilium elegerat, prope triclinia ſancti Petri exſtabat, & adhuc exſtat. Vide in Hadriano num. LIII.

LXXVII. 1. IN MONASTERIO SANCTORUM JOHANNIS ET PAULI, QUOD PONITUR JUXTA BEATUM PETRUM

rio ſanctorum Johannis & Pauli, quod ponitur juxta beatum Petrum apoſtolum, caniſtrum ex argento, penſantem libras III. Pari modo fecit & in monaſterio ſancti Martini, quod ponitur ut ſupra, caniſtrum penſantem libras IIII. & uncias II. Sed & in monaſterio ſancti Stephani ubi ſupra, quod appellatur Catagalla Patricia, fecit caniſtrum penſantem libras II. & ſemis. Simulque & [2] in monaſterio ſancti Cæſarii, quod ponitur ad beatum Paulum apoſtolum, inſtar fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras III. [a] Enimvero & in monaſterio ſancti Stephani ubi ſupra fecit caniſtrum penſantem libras II. Immo & [3] in monaſterio ſanctorum Coſmæ & Damiani, quod ponitur juxta Præſepe, fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras II. & uncias II. Simili modo fecit [4] in monaſterio ſancti Andreæ, quod appellatur Maſſa Juliana, caniſtrum ex argento, penſantem libras II. Nec non & [5] in monaſterio ſancti Hadriani, quod ponitur juxta Præſepe, inſtar fecit caniſtrum, penſantem libras

VARIANTES LECTIONES

LXXVII. *a* Sic Vat. XI. editi, *ſed &*.

Idem

NOTÆ

TRUM APOSTOLUM) Erat eo in loco baſilicæ ſancti Petri, ubi nunc eſt ſacellum ſanctorum Proceſſi, & Martiniani.

2. IN MONASTERIO SANCTI CÆSARII, QUOD PONITUR AD BEATUM PAULUM APOSTOLUM) Probabile eſt, monaſterium hoc ſancti Cæſarii ad ſanctum Paulum idem eſſe cum illo, quod infra n. LXXIX. appellatur *de Corſas* prope ſanctum Sixtum in via Appia, idemque cum eo, quod dicitur *in Palatio*, ne unus idemque locus ex diverſo agnomine multiplicetur.

3. IN MONASTERIO SANCTORUM COSMÆ ET DAMIANI, QUOD PONITUR JUXTA PRÆSEPE) In ſancto Symmacho num. IX. legitur, ad ſanctam Mariam conſtruxiſſe Symmachum a fundamento oratorium ſanctorum Coſmæ & Damiani martyrum, cui adnexum erat ejuſdem nominis monaſterium: Periiſſe ſub Sixto V. tradit Grimaldus.

4. IN MONASTERIO SANCTI ANDREÆ, QUOD APPELLATUR MASSA JULIANA) Illud idem erit, quod ſupra num. LXXI. ad Præſepe dictum eſt. Contingit enim ſæpe numero, ut idem monaſterium pluribus nominibus nuncupetur, vel ab Auctore, vel a loco, vel a vicinia, vel ab incolis loci.

5. IN MONASTERIO SANCTI HADRIANI JUXTA PRÆSEPE) Quod etiam ſancti Laurentii appellatum eſt, ut in Hadriano num. LXXXVI.

IN

libras II. Et [6] in monasterio sancti Cassiani, quod ponitur juxta beatum Laurentium martyrem foris murum, fecit canistrum ex argento, pensantem libras II. Fecit autem in monasterio sancti Stephani, quod ponitur ubi supra, canistrum ex argento, pensantem libras II. & semis. Verum etiam & [7] in monasterio sancti Victorii, quod ponitur ad sanctum Pancratium, fecit canistrum ex argento, pensantem lib. II. uncias VII. Et in monastario sancti Chrysogoni similiter fecit canistrum [b] ex argento pensantem libras III. Ipse vero almificus præsul fecit [8] in monasterio sanctæ Mariæ, quod appellatur Ambrosii, canistrum ex argento, pensantem libras II. Pari modo fecit & [9] in monasterio sanctæ Mariæ, quod appellatur Juliæ, [c] canistrum ex argento, pensantem libras II. Sed & in monasterio sancti Andreæ, quod ponitur juxta basilicam Apostolorum, [d] instar fecit canistrum ex argento, pensantem libras II.

LXXVIII. Simulque & [1] in oratorio sancti Stephani, quod ponitur in Dulciti, fecit canistrum ex argento, pensan-

VARIANTES LECTIONES

b Idem Vat. XI. *ex argento pens. libras* II. *c canistrum ex argento pensantem libras* II.) Ex Vat. XI. *d instar fecit canistrum ex argento pensantem libras* II.) Ex eodem.

NOTÆ

6. IN MONASTERIO SANCTI CASSIANI, QUOD PONITUR JUXTA SANCTUM LAURENTIUM &c.) Cujus nullum vestigium superest.

7. IN MONASTERIO SANCTI VICTORII, QUOD PONITUR AD SANCTUM PANCRATIUM) Ecclesia sancti Pancratii dicta etiam fuit sanctorum Pancratii & Victoris, teste Grimaldo.

8. IN MONASTERIO SANCTÆ MARIÆ, QUOD APPELLATUR AMBROSII) Ubi nunc sunt moniales ordinis sancti Benedicti juxta forum piscarium: quod hodie dicitur monasterium *sancti Ambrosii de Maxima*.

9. IN MONASTERIO SANCTÆ MARIÆ, QUOD APPELLATUR JULIÆ). Nunc, ex laudato Grimaldo, monialium sanctæ Annæ.

LXXVIII. 1. IN ORATORIO SANCTI STEPHANI, QUOD PONITUR IN DULCITI) Post titulos, diaconias, & monasteria donis cumulata ad augendum Dei cultum etiam oratoriis largitur munera Leo papa. Oratoria autem sunt ecclesiæ minores, seu potius capellæ, vel intra monasteria, vel juxta monasteria positæ, in quibus orarent monachi, vel etiam ipsi Fideles extra monasteria degentes. De hoc oratorio ad sanctum Stephanum *in Dulciti* nulla mihi, nisi ex Bibliothecario, suppetit notitia.

Edi-

ſantem libras II. [a] uncias V. Enimvero & [2] in oratorio ſanctorum Sergii & Bacchi, [b] quod ponitur in Calinico, ſimiliter fecit caniſtrum [c] ex argento, penſantem libras II. Immo & [3] in monaſterio ſancti Agapiti, quod ponitur juxta titulum Eudoxiæ, fecit ſimiliter caniſtrum [d] ex argento, penſantem libras II. & ſemis. Simili modo & [4] in oratorio ſanctæ Agnetis, quod ponitur in monaſterio; [e] quod appellatur Duo furna, fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras II. [f] uncias VIII. Nec non & [5] in oratorio ſancti Viti, quod ponitur in monaſterio, quod appellatur de Sardas, fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras III. Et in monaſterio ſanctæ [g] Bibianæ ſimiliter fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras II. [h] uncias VIIII.

LXXIX. Fecit autem & [1] in oratorio ſanctæ Luciæ, quod ponitur in monaſterio [a] de Renati, caniſtrum ex argento, penſantem libras II. Verum etiam & in oratorio ſanctæ Mariæ,

VARIANTES LECTIONES

LXXVIII. *a* Editi, *& uncias quinque*. *b* Iidem, *qui ponitur*. *c ex argento penſantem libras* II.) Vat. XI. ita. *d* In editis, *argenteum & ſemis*, Vat. XI. ut in contextu. *e* Libri editi, *qui appellatur*. *f* Iidem, *& uncias octo*. *g* Iidem ex Vat. I. *Vivianæ*. *h* Iidem, *& uncias novem*.

LXXIX. *a* Vat. I. & XI. *de erelicti*.

Iidem,

NOTÆ

2. IN ORATORIO SANCTORUM SERGII, ET BACCHI, QUOD PONITUR IN CALINICO) fortaſſe *in Carinico*, a Carinis dicto: Carinæ inter Palatinum & Capitolium poſitæ in tertia Urbis regione.

3. IN MONASTERIO SANCTI AGAPITI, QUOD PONITUR JUXTA TITULUM EUDOXIÆ) Ubi eccleſia ſancti Petri ad Vincula.

4. IN ORATORIO SANCTÆ AGNETIS, QUOD PONITUR IN MONASTERIO, QUOD APPELLATUR DUO FURNA) Opinatur Grimaldus, eo loci fuiſſe, ubi erectum eſt templum ſanctæ Agnetis in platea agonali.

5. IN ORATORIO SANCTI VITI, QUOD PONITUR IN MONASTERIO, QUOD APPELLATUR DE SARDAS) Ex vico Sardorum ſumta denominatio hujus monaſterii, quemadmodum etiam ex vico Corſarum dictum eſt monaſterium ſancti Caſatii *de Corſas*, ut paullo infra. Romam enim confugerant a Saracenis pulſi incolæ ex Sardinia & Corſica; vicique illis inhabitandi ultro conceſſi.

LXXIX. 1. IN ORATORIO SANCTÆ LUCIÆ, QUOD PONITUR IN MONASTERIO DE RENATI) fortaſſis ubi eccleſia ſanctæ Luciæ *della Tinta*, ut ſupra num. XXXVIII.

IN

riæ, quod ponitur in monasterio Michaelis, instar fecit canistrum ex argento, pensantem libras II. & uncias II. Et in monasterio sancti Sergii eodem modo fecit canistrum ex argento, pensantem libras III. Ipse vero almificus præsul & [2] in oratorio sanctæ Agathæ, quod ponitur in monasterio [b] Caput Africæ, fecit canistrum ex argento, pensantem libras III. Pari modo fecit & [3] in monasterio sanctorum Euphemiæ & Archangeli, quod ponitur intra titulum [c] Pudentis, canistrum ex argento, pensantem libras V. Sed & [4] in monasterio sancti Isidori simili modo fecit canistrum [d] ex argento, pensantem libras II. Simulque & [5] in oratorio sanctæ Agathæ, quod ponitur in monasterio Tempuli, fecit canistrum [e] ex argento, pensantem libras II. Et in oratorio sancti Cæsarii, quod ponitur in monasterio de Corsas, similiter fecit canistrum, pensantem libras II. & uncias III.

LXXX. Enimvero & [1] in monasterio sancti [a] Symetrii fecit similiter canistrum argenteum, [b] pensantem libras II. Immo & [2] in oratorio sanctæ Mariæ, quod ponitur in monasterio

VARIANTES LECTIONES

b Iidem, *capud Africi*, editio vulgata perperam, *apud Africi*. *c* Vat. I. *Podentis*. *d ex argento, pensantem libras* II) Ex Vat. XI. *e* Ita ex eodem.

LXXX. *a* Sic Vat. XI. Vulgati, *Semitrii*. *b pensantem libras* II.) Ex eodem. *cani-*

NOTÆ

2. IN ORATORIO SANCTÆ AGATHÆ, QUOD PONITUR IN MONASTERIO CAPUT AFRICÆ) Caput Africæ a Sexto Rufo, & P. Victore describitur inter loca ad secundam Urbis regionem pertinentia, quæ regio Cœlium montem ferme omnem occupabat.

3. IN MONASTERIO SANCTORUM EUPHEMIÆ ET ARCHANGELI, QUOD PONITUR INTRA TITULUM PUDENTIS) Titulus Pudentis in vico Patricio est positus, ubi ecclesia sanctæ Pudentianæ dicata.

4. IN MONASTERIO SANCTI ISIDORI) Non aliud est notum hodie monasterium sancti Isidori, quam illud, quod recens ædificatum in monte Pincio incolunt PP. Minores de Observantia; sed diversum omnino ab eo, de quo Bibliothecarius.

5. IN ORATORIO SANCTÆ AGATHÆ, QUOD PONITUR IN MONASTERIO TEMPULI) Monasterium *Tempoli* commemorat Ordo Rom. XXIX. num. LXVII. sed ejus locus, ibi non enunciatus, aliunde mihi non innotuit.

LXXX. 1. IN MONASTERIO SANCTI SYMETRII) Sanctorum Simitrii & Cæsarei mentio habetur infra in Leone IV. num. LVIII.

2. IN MONASTERIO SANCTÆ MARIÆ, QUOD PONITUR IN MONASTERIO

ſterio Aquæſalviæ, fecit ſimiliter [c] caniſtrum ex argento, penſantem libras II. Simili modo fecit & [3] in monaſterio ſancti Donati, quod ponitur juxta titulum ſanctæ Priſcæ, caniſtrum ex argento, penſantem libras II. & uncias V. Et [4] in monaſterio ſancti Johannis, quod ponitur in Aventino, inſtar fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras II. Nec non & [5] in oratorio ſanctæ Mariæ, quod ponitur in monaſterio de Lutara, fecit [d] caniſtrum ex argento, penſantem lib. II. & ſemis. Fecit autem & [6] in monaſterio Jeruſalem, quod ponitur ad beatum Petrum apoſtolum, caniſtrum ex argento, penſantem libras II. Verum etiam & in monaſterio ſanctæ Agnetis, quod ponitur foris portam Numentanam, fecit [e] caniſtrum ex argento penſantem libras V. Et [7] in monaſterio ſanctæ Eugeniæ, quod ponitur foris portam Latinam, pari modo fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras V. Seu & [8] in oratorio ſancti Gregorii, quod ponitur in Campo Martis, fecit [f] caniſtrum ex argento, penſantem lib. III.

Ipſe

VARIANTES LECTIONES

c caniſtrum ex argento penſantem libras II.) Sic idem. *d* In vulgatis, *caniſtra ex argento penſantia*. *e* Iidem, *caniſtra*, uti ſuperius. *f caniſtra* &c. Iidem.

quod

NOTÆ

RIO AQUÆSALVIÆ) Hæc ædes ſanctæ Mariæ *ad aquas Salvias*, dicta deinde eſt ſanctæ Mariæ *Scalæ Cœli*. Non longe diſtat ab eccleſia ſanctorum Vincentii & Anaſtaſii ad aquas Salvias.

3. IN MONASTERIO SANCTI DONATI, QUOD PONITUR JUXTA TITULUM SANCTÆ PRISCÆ) De hoc titulo ſupra num. X.

4. IN MONASTERIO SANCTI JOHANNIS, QUOD PONITUR IN AVENTINO) Eſſe nunc Prioratum Urbis ſancti Joannis Jeroſolymitani tradit Grimaldus.

5. IN ORATORIO SANCTÆ MARIÆ, QUOD PONITUR IN MONASTERIO DE LUTARA) Nunc ſanctæ Mariæ Purificationis, juxta ſanctum Petrum ad Vincula.

6. IN MONASTERIO JERUSALEM, QUOD PONITUR AD BEATUM PETRUM APOSTOLUM) Erat hoc monaſterium dictum *Jeruſalem* ſimul cum eccleſia, ſancto Vincentio dicata, ad latus dextrum eccleſiæ ſancti Petri: quod in molitione novi templi Vaticani dirutum fuit.

7. IN MONASTERIO SANCTÆ EUGENIÆ, QUOD PONITUR FORIS PORTAM LATINAM) De hoc nulla mihi occurrit alibi mentio, excepto hoc Bibliothecarii loco.

8. IN ORATORIO SANCTI GREGORII, QUOD PONITUR IN CAMPO MARTIS) Fortaſſe eo loci repoſitum fuerat corpus ſancti Gregorii Nazianzeni Conſtantinopoli Romam delatum ab anno uſque 750.

IN

LXXXI. Ipſe vero almificus præſul fecit [1] in titulo beatæ Sabinæ coronam ex argento puriſſimo, penſantem libras VIII. Pari modo fecit [2] in diaconia ſanctorum Silveſtri & Martini, quæ ponitur juxta Orpheam, coronam ex argento, penſantem libras VI. & uncias II. Nec non & [3] in oratorio ſanctæ Luciæ, quod ponitur in Xenodochio, ſimiliter fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras II. & uncias IIII. Fecit autem & [4] in oratorio ſancti abba Cyri, quod ponitur in Xenodochio, [a] quod appellatur a Valeriis, caniſtrum ex argento, penſantem libras II. Atque [5] in oratorio ſanctorum Coſmæ & Damiani, quod ponitur in Xenodochio, quod appellatur Tucium, inſtar fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras II. & unciam unam. Verum etiam & [6] in oratorio ſancti Peregrini, quod ponitur in hoſpitali Dominico ad Naumachiam, fecit caniſtrum ex argento, penſantem libras V. & unciam unam.

LXXXII. Præfatus vero pontifex fecit [1] in baſilica Domini noſtri Jesu Chriſti, quæ appellatur Conſtantiniana, ſuper altare majus veſtes chryſoclavas duas: ex quibus unam ha-

VARIANTES LECTIONES

LXXXI. *a quod appellatur a Valeriis*) Ex Vat. XI. ſuppleta iſta ſunt.

Vat. I.

N O T Æ

LXXXI. 1. IN TITULO BEATÆ SABINÆ) Vide ſupra num. IV.

2. IN DIACONIA SANCTORUM SILVESTRI ET MARTINI, QUÆ PONITUR JUXTA ORPHEAM) Vide ſupra num. XLVI.

3. IN ORATORIO SANCTÆ LUCIÆ, QUOD PONITUR IN XENODOCHIO) Creditur fuiſſe in via Julia juxta oratorium, quod hodie dicitur *Confalonis*.

4. IN ORATORIO SANCTI ABBA CYRI, QUOD PONITUR IN XENODOCHIO, QUOD APPELLATUR A VALERIIS) Situm illud erat in deſcenſu clivi, ubi eccleſia ſancti Sixti ad balnea Pauli e conſpectu turris militiarum. Vide in vita Stephani III. num. XIV.

5. IN ORATORIO SANCTORUM COSMÆ ET DAMIANI IN XENODOCHIO, QUOD APPELLATUR TUCIUM) Ignotum mihi ubi fuerit.

6. IN ORATORIO SANCTI PEREGRINI, QUOD PONITUR IN HOSPITALI DOMINICO AD NAUMACHIAM) *In burgo*, inquit Floravantes Martinellus, *poſt palatium pontificium prope portam Angelicam*.

LXXXII. 1. IN BASILICA DOMINI NOSTRI JESU CHRISTI, QUÆ APPELLATUR CONSTANTINIANA) In vita ſancti Silveſtri num. IV. Tom. I.

CAN-

habentem [a] historiam Dominicæ Resurrectionis, & aliam habentem historiam vivificæ atque adorandæ Dominicæ Crucis. [2] Cantharos ex argento mundissimo VIII. pensantes simul libras XXVII. & uncias VI. Investivit ubi supra rugas ante ingressum altaris ex argento purissimo pensante lib. XLVIII. uncias VIII. Coronas ex argento purissimo, pensantes lib. XII. Fecit ubi supra ad fontes vela alba holoserica ornata in circuitu de fundato atque quadrapulo, numero X. Sarta tecta vero ipsius ecclesiæ cum quadriporticu simul & ad fontes omnia & in omnibus noviter restauravit. Simul & [3] fenestras de apsida ex vitro diversis coloribus conclusit atque decoravit. Et alias fenestras basilicæ ex metallo [b] cyprino reparavit, & in gremio basilicæ fecit cortinas duas: ex quibus una major fundata alba, & alia minor alba rosata.

LXXXIII. Fecit autem isdem præsul in basilica sanctæ Dei genitricis, quæ appellatur ad Præsepe, rosata cum periclysin de fundato: canthara de argento purissimo duo, pensantia inibi libras XXIII. columnas duas, pensantes lib. XXI. uncias V. crucem cum gabatha ex argento mundo, pensantes simul libras V. [1] In diaconia vero ipsius Dei genitricis, quæ appellatur Antiqua, fecit [a] tetravela alythina, ornata in circuitu de quadrapulo. Et in oratorio sancti Andreæ ubi supra, vela duo holoserica, ornata ut supra. In titulo vero ipsius Dei genitricis, qui appellatur Callisti, fecit vestem albam

VARIANTES LECTIONES

LXXXII. *a* Vat. 1. *floriam*. *b* Vat. XI. *gypsino*.
LXXXIII. *a* Codices MSS. ut in vulgatis, *tetravila*. Vat. 1.

N O T Æ

2. CANTHAROS EX ARGENTO &c.) Vide Glossar. I. Par. tam neutrius, quam masculini & fœminini generis. Est genus quoddam lampadis instar grandioris scyphi, seu poculi. In Hadriano num. LXXXIII.

3. FENESTRAS DE ABSIDA EX VITRO DIVERSIS COLORIBUS) Conspicimus etiamnum in antiquis ecclesiis fenestras vitris instructas diversorum colorum, quibus aliquando historias repræsentabant qui per ea tempora eo genere ornatus delectabantur.

LXXXIII. 1. IN DIACONIA VERO IPSIUS DEI GENITRICIS, QUÆ APPELLATUR ANTIQUA) Memorata supra num. XLV.

QUI

albam holosericam rosatam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo, cum historia Præsentationis Domini nostri Jesu Christi & sancti Simeonis cum periclysi de Tyrio: tetravela rubea alythina IIII. habentia cruces cum gammadiis, & in circuitu periclysin de Tyrio: velum Tyrium majus, quod pendet [b] ante imaginem cum periclysi [c] de blatti unum: vela modica rubea alythina, cum staurace in medio, numero III. quæ pendent ante imagines argenteas cum periclysi de blatti: cortinam majorem holosericam in gremio basilicæ unam. Fecit & imagines argenteas deauratas, e quibus unam cum gemmis: arcum argenteum unum cum gammadiis suis. Supra [d] cereostata pharum unum, thuribula duo, pensantia simul libras XCV. & uncias VII.

LXXXIV. Fecit vero isdem præsagus antistes beato Petro apostolo calicem aureum diversis ornatum pretiosis lapidibus, [1] qui præcedit per stationes, pensantem libras XIII. & semis. Hic fecit in basilica ipsius apostoli velum [a] chrysoclavum, quod pendet supra in ingressu vestibuli. Item aliud velum majus [b] chrysoclavum, quod pendet in trabe argentea ante imaginem Salvatoris supra in ingressu vestibuli: coronam majorem ex argento purissimo, pensantem lib. LIII. & uncias VIII. Pharum argenteum, pendentem infra ipsam coronam; pensantem lib. XXIII. Item coronas argenteas IIII. pensantes libras LVII. canistros VIII. qui pensant simul lib. XL. Hic vero pro amore & cautela orthodoxæ fidei fecit ubi supra [2] scuta argentea duo, scripta utraque symbolo; unum qui-

VARIANTES LECTIONES

b Vat. I. & XI. *ante imagines*. *c* Libri editi cum MSS. aliquot, *de blatthin*. Sic infra. *d* Vat. I. *cyrostata*.

LXXXIV. *a* Vat. XI. *chrysoclabum*. Ita etiam infra. *b* Codices vulgati, *e chrysoclavo*. Libri

NOTÆ

LXXXIV. 1. QUI PRÆCEDIT PER STATIONES) Præferebatur nempe pretiosus ille calix aureus in processionibus, quæ fiebant ad basilicas, in quibus statio indicta erat.

2. SCUTA ARGENTEA DUO &c.) Scuta hæc tabulæ erant ex argento, in quibus beatissimus Leo insculpi fecit sym-

quidem literis Græcis, & aliud Latinis: sedentia dextra, lævaque super ingressum corporis; pensantia inibi lib. XCIIII. & uncias VI. Fecit ubi supra in gremio basilicæ cortinam majorem holosericam fundatam unam, ornatam in circuitu de fundato: velum album holosericum rosatum majus unum, quod pendet in trabe majori super imagines aureas, ornatum in circuitu de fundato. Enimvero supra ad fontes fecit vela serica alba numero VIIII. ornata in circuitu de fundato. Hic vero ubi supra investivit altare beatissimi Leonis confessoris atque pontificis ex argento mundissimo deaurato, pensans simul libras CVIIII. Item investivit altare beati Gregorii confessoris atque pontificis ex argento mundissimo deaurato; pensans undique libras CXXVII.

LXXXV. Hic vero [a] protectus a Deo & præclarus pontifex investivit altare beati Pauli apostoli ex argento purissimo ac [b] deauravit; quod pensat libras CLV. nec non & confessionem ipsius, atque faciem altaris investivit ex auro purissimo; pensantes inibi libras CXXI. [c] uncias VIIII. [1] Fecit & supra in ingressu corporis scutum ex argento purissimo, in quo orthodoxæ fidei symbolum scribi fecit; quod pensat libras XXXII. Fecit ubi supra coronas majores III. ex argento purissimo, pensantes libras in unum XCIII. Fecit autem in basilica [d] beatæ Sabinæ martyris, in gremio basilicæ, cortinam majorem holosericam de quadrapulo & fundato pulcherrimam.

Præ-

VARIANTES LECTIONES

LXXXV. *a* Libri editi, *præfectus*. *b* Iidem, *decoravit*. *c* Iidem, *uncias* VIII. *d* *beatæ Sabinæ martyris, in gremio basilicæ*) Ex Vat. XI. ista supplevimus.

Vat. I.

NOTÆ

symbolum Apostolorum, utraque lingua conscriptum, græca & latina. Scuta vocantur, quod in formam scutorum secta erant, hinc inde ad confessionem sanctorum Apostolorum parieti adfixæ, ut commode ab omnibus apostolica professio Fidei legi posset, & palam emitti.

LXXXV. 1. FECIT ET SUPRA IN INGRESSU CORPORIS SCUTUM UNUM EX ARGENTO PURISSIMO, IN QUO ORTHODOXÆ FIDEI SYMBOLUM SIMI-

LXXXVI. Præfatus vero venerabilis & præclarus pontifex fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui super altare majus ciborium cum columnis suis IIII. ex argento purissimo deaurato, cum diversis [a] historiis miræ magnitudinis mirifice decoratum; quod pensat libras MMDCCIIII. & uncias III. Ciborium vero, quod exinde abstulit, posuit super altare majus in basilica beatæ Dei genitricis, quæ appellatur ad Præsepe: & crucem ex argento puro fecit, & inibi posuit; pensantem libras XX. uncias III. Nec non & tetravela rubea alythina IIII. ubi supra fecit: ex quibus unum cum chrysoclavo. Sed & [1] in musileo beatæ Petronillæ, quod ponitur ad beatum Petrum apostolum, fecit vela alba majora III. minora VIII. ornata in circuitu [b] de quadrapulo: [c] & cortinam majorem albam unam, ornatam in circuitu de fundato.

LXXXVII. Fecit vero isdem præclarus pontifex ante confessionem ipsius Apostolorum principis angelos ex argento purissimo dextra lævaque, pensantes inibi libras CXLVI. Nec non & alios angelos duos ex argento purissimo deauratos, qui stant in trabe majori super ingressu vestibuli dextra lævaque juxta imaginem Salvatoris auream, pensantes simul libras LXIII. Et alios angelos IIII. minores ex argento purissimo deauratos ubi supra dextra lævaque, qui pensant simul libras LXVIII. Verum etiam fecit ubi supra [a] columnellas

VARIANTES LECTIONES

LXXXVI. *a* Vat. I. *floriis*. *b* Sic Vat. XI. editi, *de fundato*. *c* *& cortinam*, & quæ inde hoc numero habentur, ex Vat. XI. suppleta sunt.

LXXXVII. *a* Vat. I. & XI. *colomnellas*. Ita etiam infra.

Vat. I.

NOTÆ

SIMILE FECIT) Quemadmodum ad confessionem sancti Petri duas argenteas tabulas scutorum adinstar cum insculpto symbolo Apostolorum Leo posuit; ita etiam in basilica sancti Pauli ad ejusdem confessionem affigi voluit scutum similiter argenteum, seu tabulam, in qua idem symbolum insculptum erat, ut Principes Apostolorum apostolicam fidem Fidelibus proponerent & custodirent.

LXXXVI. I. IN MUSILEO BEATÆ PETRONILLÆ, QUOD PONITUR AD BEATUM PETRUM APOSTOLUM) De hoc verba fecimus supra num. LXXII.

las ex argento deauratas VI. in ingreſſu veſtibuli, diverſis depictas [b] hiſtoriis: quæ penſant ſimul libras CXLVII. Fecit & crucem majorem ex argento puriſſimo deauratam, quæ ſtat juxta altare majus, penſantem libras XXII. Fecit vero ubi ſupra arcum majorem ex argento mundiſſimo deaurato, ſupra in ingreſſu veſtibuli; penſantem libras CXXXI. & ſemis. Fecit vero ubi ſupra intro confeſſionem beati Leonis confeſſoris atque pontificis evangelium ex argento mundiſſimo deaurato, [c] penſans libras VI. uncias III.

LXXXVIII. Fecit vero iſdem præfatus pontifex in baſilica doctoris mundi beati Pauli apoſtoli imaginem Salvatoris ex argento mundiſſimo deaurato ſuper ingreſſum veſtibuli, penſantem libras XLVIII. & ſemis. Fecit ubi ſupra [a] columnellam unam de argento puriſſimo, penſantem libras XVII. Ipſe vero a Deo protectus & præclarus pontifex fecit [1] in diaconia beati Archangeli patenam & calicem ex argento puriſſimo, penſantes in unum libras X. Hic divina inſpiratione protectus fecit in baſilica Salvatoris, quæ appellatur Conſtantiniana, ciborium cum columnis ſuis IIII. ex argento puriſſimo, diverſis depictum [b] hiſtoriis, cum cancellis & [c] columnellis ſuis miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratum: quæ penſant undique ſimul libras MCCXXVII. Verum etiam & ſarta tecta baſilicæ ſanctæ Dei genitricis ſemperque virginis MARIÆ Dominæ noſtræ, quæ appellatur ad Præſepe, omnia noviter reſtauravit.

Cubi-

VARIANTES LECTIONES

b Vat. 1. *floriis*, ut alibi. c *penſans libras* VI. &c. Hæc uſque ad illa verba *ſuper ingreſſum veſtibuli*, quæ initio inſequentis numeri occurrunt, ex Vat. XI. expleta ſunt: Libri editi, *ſupra in ingreſſu veſtibuli*.

LXXXVIII. a Vat. 1. uti ſuperius, *colomnellam*. b Idem, *floriis*. c Idem, *columpnellis*.

Sic

NOTÆ

LXXXVIII. 1. IN DIACONIA BEATI ARCHANGELI) Cujus eccleſia vel eſt proxima eccleſiæ ſancti abba Cyri, vel eadem eſt cum illa. Vide in Symmacho num. IX. Tom. I.

CUBI-

LXXXIX. [1] Cubicula vero juxta ecclesiam beati Petri Apostolorum principis, quæ omnia vetustate marcuerant; atque etiam pene ruitura erant, isdem egregius præsul a fundamentis firmissimum ponens ædificium, in meliorem erexit statum. Fecit & ubi supra juxta columnam majorem balneum, in superiori positum, constructum in rotundum, mirifice decoratum. Gradus vero in introitu ejusdem basilicæ tam [a] sub porticu quam etiam in atrio noviter restauravit. Fecit & juxta eosdem gradus, parte dextra atrii, domum a fundamentis miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratam: in qua etiam & [b] accubitus collocavit. Fecit & juxta eamdem domum pro subsidiis Christi pauperum atque peregrinorum balneum a fundamentis mirifice decoratum.

XC. Hic autem præclarus antistes divinitus inspiratus hospitale beato Petro apostolo [1] in loco, [a] qui Naumachia dicitur, a fundamentis noviter construens, diversa illic domorum ædificia decoravit, atque ecclesiam in honorem beati Petri principis Apostolorum a novo construxit: In qua etiam sanctorum ecclesiæ Christi martyrum corpora deferens recondidit, & omnia, quæ in prædicto hospitali erant necessaria, [b] in usus pauperum donavit. Prædia etiam illic urbana vel rustica pro alimoniis Christi pauperum, seu advenis, vel peregrinis, qui ex longinquis regionibus veniunt, obtulit ad exaltationem sanctæ Dei ecclesiæ & salutem populi

VARIANTES LECTIONES

LXXXIX. *a* Sic Vat. XI. codices editi, *super porticum*. *b* MSS. *accubitos*.
XC. *a* Vat. IV. *qui dicitur Naumantia*, sed mendose. *b* Idem, *in usum pauperum condonavit*.

Vat. XI.

NOTÆ

LXXXIX. 1. CUBICULA VERO JUXTA ECCLESIAM BEATI PETRI) *Ubi hodie est habitatio sacerdotum Campi sancti: major tamen pars periit sub Sixto V. in translatione obelisci Vaticani*: Ita Grimaldus.

XC. 1. IN LOCO, QUI NAUMACHIA DICITUR) Locus hic *Naumachia* dictus, erat in area circi Vaticani, ubi Nero spectacula populo edebat, ad radices collis Vaticani positi, retro apsidam templi versus ædem sancti Peregrini. Ibi rudera mœnium dicti hospitalis, quum novum templum ædificaretur, adhuc exstantia conspiciebantur.

SAN-

populi Romani. Præsertim igitur & monasterium sancti [c] primi Christi martyris Stephani, quod appellatur Catagalla patricia: quod præ nimia vetustate jam emarcuerat, atque ex parte corruerat, idem præsagus pontifex certamen ponens, a fundamentis simul cum oratorio, firmum jacens fundamentum, in meliorem erexit statum. Gradus vero, per quos ingressus est in ecclesiam beati Petri apostoli a sancto Andrea apostolo, qui vetustate consumpti erant, a novo refecit. Pari modo & monasterium beati Martini confessoris atque pontificis, situm ubi supra, quod nimia fuerat vetustate quassatum, pene omne a fundamentis restauravit.

XCI. Sarta vero tecta basilicæ [1] sancti Andreæ apostoli, qui appellatur Catabarbara patricia: quæ per olitana jam fuerant tempora vetustate consumpta, noviter restauravit. Simili modo & sarta tecta [2] beatæ Luciæ martyris, quæ ponitur in [a] Orphea, refecit a novo. Pariter etiam & sarta tecta [3] beatæ Balbinæ martyris, quæ jam pene ruitura erant, in melius restauravit. Pari modo & sarta tecta [4] basilicæ beatorum martyrum Cosmæ & Damiani, sitæ in via Sacra, mirifice restauravit. Pariter etiam & sarta tecta [b] [5] basilicæ [c] sanctæ Martinæ, sitæ [d] in tribus fatis, in melius restauravit.

VARIANTES LECTIONES

c Vat. XI. *& primi*.

XCI. *a* Vulgati codices, *Orfea*, Vat. XI. ut in contextu. *b* Idem, *ecclesia*. *c* Vat. XI. *beatæ*. *d* Vat. I. *in tribus satis*.

Vat. I.

NOTÆ

XCI. 1. SANCTI ANDREÆ APOSTOLI, QUI APPELLATUR CATABARBARA PATRICIA) Vide in Gregorio II. num. III.

2. BEATÆ LUCIÆ MARTYRIS, QUÆ PONITUR IN ORPHEA) Nunc dicitur *in Silice*, de qua supra num. XXXVIII.

3. BEATÆ BALBINÆ MARTYRIS) Ecclesia sanctæ Balbinæ posita est in Aventino, non procul a thermis Antonini Caracallæ.

4. BASILICÆ BEATORUM MARTYRUM COSMÆ ET DAMIANI, SITÆ IN VIA SACRA) Quæ nempe inter sanctæ Mariæ Novæ, & sanctorum Cosmæ & Damiani basilicas sita erat.

5. BASILICÆ SANCTÆ MARTINÆ

NÆ

vit. Nec non igitur & ſarta tecta tituli beati Laurentii martyris, qui appellatur Damaſi, noviter reſtauravit. Hic vero ſanctiſſimus & præclarus pontifex ſarta tecta baſilicæ beati Valentini martyris ſitæ via Flaminia: quæ jam præ nimia vetuſtate ruitura erant, prudentiſſimo ſtudio mirifice a novo refecit. Quadriporticus vero baſilicæ Apoſtolorum in via Lata, intus & foris omnia ſarta tecta ipſarum noviter reparavit. Immo vero & ſarta tecta baſilicæ beatæ Agathæ martyris, ſitæ ſuper Suburram, quæ præ nimia vetuſtate jam emarcuerant, noviter reparavit.

XCII. Hic vero ſanctiſſimus præſul fecit in patriarchio Lateranenſi oratorium a fundamentis [1] in honorem beati Archangeli, [a] inſigni opere firmiſſime conſtruens, quod etiam ex muſivo ſeu diverſis picturis, atque pulcherrimis marmorum metallis, diverſis coloribus ornavit undique. Et omnia [b] cimelia tam aurea quamque argentea, vel etiam vela diverſa ibi obtulit. [c] [2] Macronam vero ipſius Lateranenſis patriarchii, quæ extenditur a campo, & uſque ultra imagines Apoſtolorum: quæ præ nimia vetuſtate ruitura erat, a fundamentis ſimul & ſarta tecta, nec non & ſolarium ab imo uſque ad ſummum noviter reſtauravit, & in melius firmiſſimis marmoribus ſtravit: atque cameram ipſius macro-

VARIANTES LECTIONES

XCII. *a* Vat. I. *quod in ſegnino opere*. *b* MSS. *cimilia*. *c* Vat. I. *Macronea*, Vat. XI. ut in contextu.

& pul-

NOTÆ

NÆ SITÆ IN TRIBUS FATIS) Corrige *in tribus foris*. De hac in Honorio num. VI. Tom. I.

XCII. 1. IN HONOREM BEATI ARCHANGELI) Intra palatium, ſeu patriarchium Lateranenſe plures capellæ a religioſiſſimis pontificibus excitatæ fuerunt, oratoria etiam dictæ, ut beatæ Virginis, ſanctæ Crucis, ſancti Petri &c. inter quæ oratorium in honorem ſancti Archangeli memorat Liber Pontificalis muſivo, metallis, & marmoribus exornatum.

2. MACRONAM VERO IPSIUS LATERANENSIS PATRIARCHII &c.) Macrona porticus eſt ad notabilem longitudinem porrecta: ſolarium etiam dicta ad excipiendum ſolem opportuna, & ad arcendam pluviam.

IN

cronæ noviter fecit, & diverſis hiſtoriis pictura mirifice decoravit.

XCIII. Hic a Deo protectus venerabilis & præclarus pontifex fecit in circuitu altaris beati Petri apoſtoli nutritoris ſui tetravela rubea holoſerica alythina, habentia tabulas ſeu orbiculos de chryſoclavo, diverſis depictos hiſtoriis cum ſtellis de chryſoclavo: Nec non & in medio cruces de chryſoclavo ex margaritis ornatas miræ magnitudinis [a] & pulchritudinis decoratas, quæ in diebus feſtis ibidem ad decorem mittuntur. Pari modo ut ſupra [b] fecit & alia tetravela alba holoſerica roſata paſchatiles, habentes tabulas atque orbiculos de chryſoclavo: nec non & cruces cum chryſoclavo ex margaritis cum periclyſi de chryſoclavo. Immo etiam & alia vela modica IIII. ubi ſupra, [1] in ſingulis columnis de ciborio fecit, habentia tygres de chryſoclavo, & in circuitu ornata de blatthi. Verum etiam & alia vela modica IIII. eamdem habentia ſimilitudinem, in baſilica doctoris mundi beati Pauli apoſtoli in columnis de ciborio poſuit.

XCIV. Prædictus vero venerabilis pontifex ſarta tecta baſilicæ beati Agapiti martyris, quæ ponitur [a] in urbe Præneſtina, nec non & ſarta tecta alterius baſilicæ juxta eamdem baſilicam ſitæ: quæ præ nimia vetuſtate ruitura erant, omnia noviter in melius reſtauravit. Pari modo & ſarta tecta [1] baſilicæ beati Stephani primi martyris, conſtituta via Latina milliario tertio: quæ per multa jam annorum curricula

cula

VARIANTES LECTIONES

XCIII. *a & pulcritudinis*) Sic Vat. XI. *b fecit & alia*. Idem ita.
XCIV. *a* Vat. I. & XI. *in Peneſtrina*.

Codi-

NOTÆ

XCIII. 1. IN SINGULIS COLUMNIS DE CIBORIO &c.) Ciborium, ſeu umbella, & tegumen fulciebatur quatuor columnis, ſeu potius columellis. Hæ ornatus gratia velis pretioſis diebus ſolemnioribus tegebantur.

XCIV. 1. BASILICÆ BEATI STEPHANI PRIMI MARTYRIS CONSTITUTÆ VIA LATINA MILLIARIO TERTIO) Jam dirutæ, & cujus nullum hodie veſtigium.

BASI-

cula vetustate erant confecta & ruinis proxima, noviter reparavit. Verum etiam & sarta tecta [2] basilicæ beati Basilidis martyris, sitæ in Merulana, noviter restauravit.

XCV. Hic a Deo protectus venerabilis & præclarus pontifex fecit in basilica Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, quæ appellatur Constantiniana, de proprio argento ipsius basilicæ, coronas cum delphinis suis numero v. canistros numero xxxv. gabathas numero viii. quæ pensant simul libras cclxxvi. Fecit autem in basilica sanctæ Dei genitricis semperque virginis Mariæ Dominæ nostræ, quæ appellatur ad Præsepe, cortinam de fundato, & in circuitu ornatam [a] de blattin, quæ pendet in porticu super sedem, mirifice decoratam: vela promiscua tam de fundato, quam etiam de stauraci & quadrapulo, ornata in circuitu de blattin, numero xl. Fecit vero ubi supra ante ingressum præsepii [1] pharum in modum retis ex argento purissimo cum canistris v. pens. simul libras xxxvii. & semis.

XCVI. Isdem vero sanctissimus præsul sancti Spiritus illustratione perfusus fecit beato Petro apostolo nutritori suo calicem aureum præcipuum [a] tetragonum [b] panoclystum diversis ornatum pretiosis lapidibus, pensantem libras xxxii. Nec non fecit [1] & patenam auream panoclystam miræ magnitudinis decoratam, pensantem libras xxv. & uncias viiii.

Fecit

VARIANTES LECTIONES

XCV. *a* Codices MSS. modo *de blatthi*, seu *de blatti*, modo *de blatthin*.

XCVI. *a* Vat. 1. *tetragon*. *b* Vat. xi. ita, libri editi cum MSS. nonnullis, *spanoclystum*, ut infra, atque alibi.

Sic

NOTÆ

2. BASILICÆ BEATI BASILIIS MARTYRIS SITÆ IN MERULANA) Nota est via Merulana, per quam iter est a sancta MariaMajori ad basilicam Lateranensem: ignotus locus hujus basilicæ.

XCV. 1. PHARUM IN MODUM RETIS) Pharus modo pro candelabro, modo pro lampade sumitur. Hic lampas est, vas nempe oblongum, undique perforatum instar retis.

XCVI. 1. ET PATENAM AUREAM PANOCLYSTAM) Calicem panoclystum conjiciendo diximus supra num. lx. intelligi posse calicem operculo instructum. At patena *panoclysta* quo sensu sit accipienda, haud facile definiri

Fecit autem in basilica cujus supra pharum in modum retis [c] cum canistris, & cruces de argento purissimo: qui pendet [d] sub arcu principali. Nec non & alium pharum majorem in modum retis cum canistris XX. pendentem sub trabem majorem argenteam ad ornatum sanctæ Dei ecclesiæ: qui pensat inibi libras MMCIIII. & uncias VII.

XCVII. Hic fecit in basilica doctoris mundi beati Pauli apostoli crucifixum ex argento purissimo miræ magnitudinis decoratum, pensantem libras LII. Verum etiam fecit ibi supra tetravela alba holoserica rosata: ex quibus unum habens in medio crucem de [a] chrysoclavo, & gammadias de chrysoclavo. Nec non etiam vela alba holoserica numero VIIII. ornata in circuitu de Tyrio. Fecit ibi super gabatas fundatas interasiles ex argento purissimo numero VIII. quæ pendent in pharo æreo in medio basilicæ: pensantes inibi libras XIIII. Ingressum vero corporis [b] cujus supra isdem præsul ex marmoribus candidis miro decore ornavit, atque regias æreas ibidem posuit. Super columnas vero marmoreas, quæ stant in circuitu altaris ipsius Doctoris mundi, ubi trabes quondam ligneæ positæ fuerant, etiam nimia vetustate emarcuerant, hic sacer antistes super ipsas columnas [1] lilios poni fecit, & [2] super ipsos lilios ex metallis marmoreis pla-

VARIANTES LECTIONES

c Sic Var. XI. vulgata editio, *cum canistro*. d Male in editis, *sub auro*.

XCVII. a Vat. I. *ghrisoclabo*: mox vero, *grisoclabo*. b *cujus supra*) Ex Vat. XI.

Idem

NOTÆ

xi potest. Macer in Hierolexic. dissentiens a Ducangio censet scribendum *panaclysmum*, ex græco πᾶν totum, & κλυσμὸς diffusus, ut ipse explicat: quæ interpretatio patenæ non satis convenire videtur. Forsan *panoclysti* nomine aliquod innuitur opificii, vel ornamenti genus, per ea tempora usitatum. Secus tamen sentit Altesetra, ut patebit infra num. CXII.

XCVII. 1. IN LILIOS PONI FECIT) Scilicet columnis marmoreis imponi fecit epistylia, seu capitella cum foliis, & cauliculis liliorum adinstar, ut in ordine Corinthio præscribunt regulæ architecturæ.

2. SUPER IPSOS LILIOS EX METALLIS MARMOREIS PLATONAS POSUIT) Metalla marmorea sunt marmora: usurpatur enim ab Auctore nostro

[e] platonas posuit, diversisque picturis miræ magnitudinis opus decoravit. Nec non ubi supra fecit vela Alexandrina majora numero v. quæ pendent super regias majores in ingressu basilicæ, mirifice decorata.

XCVIII. Hic vero sanctissimus & præclarus pontifex fecit in basilica sanctæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ ad Præsepe tetravela alba holoserica rosata mirifice decorata. Fecit vero ubi supra intra præsepium vestem albam holosericam rosatam, ornatam in circuitu de chrysoclavo, [a] & in medio habentem crucem [b] cum orbiculis de chrysoclavo: vela alba holoserica rosata numero IIII. ornata in circuitu de Tyrio. [1] In diaconia vero ipsius Dei genitricis, quæ appellatur [c] Domnica, fecit vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio tabulam de Tyrio cum historia Crucifixi. [2] Nec non & [d] rotas de chrysoclavo ornatas in circuitu de quadrapulo. Fecit ubi supra cortinam fundatam, ornatam in circuitn de blattin.

XCIX. In diaconia vero ipsius Dei genitricis, quæ appellatur Cosmedin, fecit vestem albam holosericam cum tabula de chrysoclavo, habentem [a] historiam Dominicæ Resurrectionis, & in circuitu listam de chrysoclavo. Fecit ad sanctam Mariam ad Martyres vestem albam holosericam rosatam cum tabula de Tyrio, habentem historiam Crucifixi, & [b] rotas de chrysoclavo, ornatam in circuitu de Tyrio, Ve-

VARIANTES LECTIONES

e Idem ita, alii, *platonias*.

XCVIII. a Vat. XI. *& in medio* X. *orbiculos de chrysoclavo*. b Vat. I. *cum orbiculis*. c Libri editi, *Dominica*. d MSS. *rotas*, ut in contextu: Infra vero, *rosas*.

XCIX. a Cod. Vat. I. *storiam*, ut infra, atque etiam alibi. b editi, *rotam*. Vat. XI.

NOTÆ

stro metallum pro marmore, ut in Glossario I. Partis, & in S. Paulo num. VI. Platonæ, sive platoniæ dicuntur tabulæ planæ, ut pariter in Glossar. I. Part. Verbo *Platoniæ*.

XCVIII. 1. IN DIACONIA VERO IPSIUS DEI GENITRICIS, QUÆ APPELLATUR DOMNICA) supra num. XXIX.

2. NEC NON ET ROTAS DE CHRYSOCLAVO) Rotæ erant circuli plerunque ex auro texto, qui ad arcus eccle-

siarum

Verum etiam in diaconia jam dictæ sanctæ Dei genitricis, posita foris portam beati Petri apostoli, fecit vestem de Tyrio mirifice decoratam.

C. Hic vero venerabilis & præclarus pontifex fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui canistros interasiles ex argento purissimo tam in quadriporticu, quamque [a] in gremio basilicæ numero XXII. pensantes simul libras CXXV. [1] gabathas fundatas signochristas, quæ pendent tam in quadriporticu, quam in pharo æreo in medio basilicæ num. XLVIII. pensantes simul libras CI. & semis: phara argentea III. quæ stant super trabes argenteas; pensantia libras XCIII. arcus argenteos II. pensantes libras XLI. [b] & uncias VIII. vela de blatthin majora, quæ pendent per trabes argenteas dextra lævaque presbyterii, nec non & in circuitu sedis, num. XXX. ornata in circuitu de quadrapulo: vela modica de fundato numero XLVII. ornata in circuitu de blattin Byzanteo, & investita de blattin Neapolitano. Nec non & in gremio basilicæ fecit cortinam majorem Alexandrinam miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratam, ornatam in circuitu de Tyrio: vela alba modica holoserica rosata numero XXV. ornata in circuitu de blattin: ex quibus unum ornatum de stauraci.

CI. Super altare vero beati Andreæ ubi supra fecit vestem albam holosericam rosatam cum tabula de chrysoclavo, habentem [a] historiam Dominicæ Resurrectionis, & in circuitu listam de chrysoclavo. Verum etiam & super altare

VARIANTES LECTIONES

C. a Vat. XI. *in pharo*. b Idem, *& uncias* VIIII.
CI. a Cod. Vat. I. ut mox, ac passim alibi, *floriam*.

N O T Æ

siarum ornatus caussa suspendebantur. Mos ille antiquus adhuc perdurare videtur in illis circulis, seu rotis ex auricalcho, myrtho, rubraque charta intextis, ad fores ecclesiarum solemnioribus festis appendi solitis.

C. I. GABATHAS FUNDATAS SIGNOCHRISTAS) Pateras, seu patellas ad medium concavas, Christi monogrammate signatas.

re beatæ Petronillæ fecit veſtem albam holoſericam roſatam cum tabula de chryſoclavo, habentem hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis, & in circuitu ejus liſtam de chryſoclavo. Pari modo & in oratorio ſanctæ Dei genitricis ubi ſupra, in mediana, fecit veſtem albam holoſericam roſatam, habentem in medio crucem de chryſoclavo, & in circuitu ornatam de Tyrio. [1] In oratorio vero ipſius Dei genitricis ubi ſupra, quod dicitur domni Pauli papæ, fecit veſtem albam holoſericam, [2] ornatam, in circuitu de mizilo. Nec non & in monaſterio ſancti Martini ubi ſupra fecit veſtem albam holoſericam roſatam habentem in medio crucem de chryſoclavo cum periclyſi de Tyrio.

CII. Hic fecit in baſilica Apoſtolorum in via Lata ſuper altare majus veſtem albam holoſericam roſatam, habentem in medio tabulam de ſtauraci cum hiſtoria Dominicæ Reſurrectionis, & in circuitu veſtem de chryſoclavo: nec non & orbiculos de chryſoclavo cum periclyſi de Tyrio: tetravela modica rubea ornata in circuitu de fundato: ex quibus unum cum chryſoclavo: vela modica rubea Alexandrina duo, ornata in circuitu de ſtauraci. Et in gremio baſilicæ ubi ſupra fecit cortinam majorem de fundato mirifice decoratam, ornatam in circuitu de Tyrio, & in medio [a] cruces de Tyrio.

CIII. Hic vero egregius præſul fecit [1] in titulo ſanctæ [a] Sabinæ martyris ſuper altari majori veſtem albam holoſericam roſatam, habentem in medio tabulam de ſtauraci cum hiſto-

VARIANTES LECTIONES

CII. [a] Cod. Vat. I. *cruces de Tyreos*.
CIII. [a] Cod. Vat. I. *Savinæ*, ut alibi.

Ita

NOTÆ

CI. 1. IN ORATORIO VERO IPSIUS DEI GENITRICIS UBI SUPRA, QUOD DICITUR DOMNI PAULI PAPÆ) qui illud in honorem ſanctæ Dei genitricis conſtruxerat, ut ſupra in vita Pauli num. VI.

2. ORNATAM IN CIRCUITU DE MIZILO) Seu *imizilo*, de quo ſupra num. XXX.

CIII. 1. IN TITULO SANCTÆ SABINÆ MARTYRIS) Vetuſta hæc eccleſia, in colle Aventino poſita, gaudet titulo cardinalitio, quam Honorius III. Ordini Prædicatorum adſignavit.

IN

historia Dominicæ Resurrectionis, & in circuitu listam de chrysoclavo. Pari modo & [2] in titulo sanctæ Susannæ martyris super altari majori vestem albam fecit holosericam rosatam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum historia Dominicæ Resurrectionis, & in circuitu listam de chrysoclavo.

CIV. Fecit autem in basilica sancti Stephani primi martyris in Cœlio monte vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio tabulam de stauraci cum historia Dominicæ Resurrectionis, & crucem de chrysoclavo. Nec non & [1] in diaconia beati Georgii martyris super altari majori fecit vestem albam holosericam rosatam, habentem in medio tabulam de stauraci cum historia Crucifixi ornatam de Tyrio, & [a] rosas de chrysoclavo.

CV. Ipse vero a Deo protectus venerabilis & præclarus pontifex fecit in basilica sanctæ Dei genitricis, quæ appellatur ad Præsepe, ob nimium amorem ipsius Dominæ nostræ, [1] pharum ex argento purissimo cum lucerna [a] & cereapte suo; pensantes simul libras XL. & semis. Et hoc constituit ejus beatitudo, ut Dominicorum diebus, vel in sanctis solemnitatibus juxta lectorium consisteret, & ad legendum sacras lectiones luminis splendore fulgeret. Et in ecclesia beati Petri apostoli pari modo fecit pharum ex argento purissimo deaurato miræ pulchritudinis decoratum, cum lucer-

VARIANTES LECTIONES

CIV. *a* Ita MSS. codices cum editis, qui supra, *rotas*.
CV. *a* Vat. XI. & *careapte*, alii, & *cereapto*. Sic infra.

Vat. I.

NOTÆ

2. IN TITULO SANCTÆ SUSANNÆ MARTYRIS) In colle Quirinali prope thermas. Est titulus cardinalitius, cujus mentio supra num. X.

CIV. 1. IN DIACONIA BEATI GEORGII MARTYRIS) In Velabro. Vide supra num. XI.

CV. 1. PHARUM EX ARGENTO PURISSIMO CUM LUCERNA ET CEREAPTE SUO) Pharum ad usum lampadis simul & candelabri, in quo & arderet oleum pro lucerna, & cera pro cereo.

Basi-

cerna & cereapte suo: qui pensant simul libras xc. & semis. Enimvero ubi supra ad beatum Petrum apostolum sub ipsa imagine Salvatoris Domini nostri Jesu Christi [b] crucifixi [c] mirum in modum fecit coronam ex argento purissimo: & ibidem ob ipsius Domini nostri Jesu Christi amorem pro luminariorum splendore posuit; quæ pensat lib....

CVI. [1] Basilica vero beati Apollinaris martyris atque pontificis, quæ fundata est juxta civitatem Ravennam: cujus trabes præ nimia vetustate de annorum curriculis & olitanis temporibus nimis emarcuerant, jamque pene ruituræ in tempore illo erant; isdem venerabilis pater divinitus inspiratus misit illuc, & per solertissimam ac providam curam suam omnia sarta tecta ipsius ecclesiæ simul cum quadriporticis suis noviter ac firmiter restauravit, & in meliorem reduxit statum. Super altare vero ipsius sacræ basilicæ ob honorem omnipotentis Dei, & beati Petri apostoli, de cujus donis ac datis fecit vestem sericam [a] rosatam albam habentem in medio crucem de chrysoclavo cum orbiculis, & [b] rotas sericas, habentes historiam Adnuntiationis, seu [c] Natalis Domini nostri Jesu Christi, atque Passionem & Resurrectionem, nec non & [d] in cœlos Ascensionem, atque Pentecosten, ornatas in circuitu simili modo, sicut & vestem de chrysoclavo. Sed & canistrum ex argento purissimo inibi fecit cum catenulis suis, pensantem libras xv.

Epi-

VARIANTES LECTIONES

b Vat. 1. *ad crucifixum*. *c* Libri editi, *in modum*.
CVI. *a rosatam albam*) Sic Vat. xi. *b* Sic etiam editi cum MSS. *rotas*. *c* Vat. xi. *Nativitatis*. *d* Editi, *in cælis*.

Hic

NOTÆ

CVI. 1. BASILICA VERO BEATI APOLLINARIS &c.) De qua Ughellius Ital.Sac.tom.2. *nec minoris, ait, elegantiæ est illud templum, quod Theodoricus Ostrogothorum rex S. Apollinari munificentissime consecravit*. Sed lapsus est Ughellius, quum Hieronymus Rubeus ex Agnello Ravennate referat, templum S. Apollinaris suasu Ursicini archiepiscopi per Julianum Argentarium ædificatum fuisse.

IN

CVII. Episcopium vero Albanense simul cum ecclesia, quæ in nomine beati Pancratii fundata est, per quamdam negligentiam vel incuriam per submissiones diabolicas post matutinas laudes exusta, a fundamentis usque ad summum tectum combustum est. Sed clementissimus & solertissimus pontifex Deo adspirante ex sancti Spiritus illustratione firmum jaciens fundamentum, mirum in modum jam præfatam ecclesiam noviter restauravit, & simul cum sartis tectis Deo juvante ad meliorem deduxit statum. Et ut verus amator Dei, & cultor sanctarum Dei ecclesiarum fecit super altari majori prædictæ ecclesiæ vestes duas: ex quibus unam cum [a] rotis majoribus habentem gryphes, ornatam in circuitu de fundato, [b] & aliam vestem de fundato, & [c] tetravela serica alythina ornata de Tyrio optimo in circuitu ejusdem altaris fecit numero IIII. Verum etiam & in ecclesia beati Petri apostoli ubi supra fecit vestem rosatam, habentem historiam Domini nostri Jesu Christi, quando extendit manus, & apprehendit beatum Petrum apostolum de fluctibus maris.

CVIII. Isdem beatissimus vero & præclarus pontifex fecit [1] in basilica sancti Cyriaci vestem albam holosericam, habentem in gyro periclysin de fundato, & in medio historiam Resurrectionis, & in circuitu altaris tetravela alba, habentia periclysin de Tyrio. Fecit autem & in titulo sancti Vitalis vestem albam holosericam, habentem periclysin de fundato, & in medio historiam Resurrectionis. Nec non & [2] in diaconia sancti Archangeli posuit vestem albam holosericam,

VARIANTES LECTIONES

CVII. a Hic etiam tam in editis, quam in MSS. codicibus legitur, *rotis*. b *& aliam vestem de fundato*) Sic Vat. XI. c Vat. I. *tetrabila*.

Ita

NOTÆ

CVIII. 1. IN BASILICA SANCTI CYRIACI) Eadem est cum titulo sancti Cyriaci, de quo supra num. XL.

2. IN DIACONIA SANCTI ARCHANGELI) Hanc supra num. XC. dictum est, eamdem fuisse cum oratorio S. abba Cyri, quum altari sancti abbatis Cyri similem vestem Pontifex obtulerit

ac

ricam, habentem periclysin de Tyrio, & in medio historiam Ascensionis. Item ipsum super altare sancti abba Cyri similem vestem obtulit.

CIX. Porro in diaconia sanctæ Agathæ martyris fecit ipse sanctissimus pontifex vestem albam holosericam, habentem in gyro de Tyrio, & in medio historiam Resurrectionis. Verum etiam & in titulo Pammachii super altare sanctorum Johannis & Pauli fecit vestem albam holosericam, ornatam in gyro de fundato, habentem historiam Crucifixi, Ascensionis, & Pentecostes. Pariter & in ecclesia beati Clementis martyris atque pontificis fecit vestem albam cum chrysoclavo, habentem historiam Resurrectionis, seu Ascensionis, nec non & Pentecostes. Immo & [1] in ecclesia sancti Cyriaci, posita via Ostiensi, fecit vela e quadrapulo num. v. habentia historiam Salvatoris vocantis discipulos de navi: & super sanctum altare ipsius martyris posuit vestem de fundato.

CX. Ipse autem a Deo protectus & præclarus pontifex fecit in basilica sanctæ Dei genitricis semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ ad Præsepe coronas argenteas cum delphinis suis XII. quæ pensant libras CII. & uncias VIIII. Sed & phara canthara argentea cum delphinis suis ibi fecit numero VII. pensantia libras LXXXV. & semis. Isdem vero beatissimus præsul fecit in basilica beati Petri apostoli nutritoris sui ante presbyterium [1] pharum volubilem ex argento purissimo cum coronis & crucibus; pensan. inibi [a] libras CXXXV. & uncias VI. Verum etiam ibi ipsum deorsum, ubi sacra-

VARIANTES LECTIONES

CX. [a] Ita Cod. Vat. XI. Vulgati vero, *lib.* XXXV. & *uncias sex*. Vat. XI.

NOTÆ

ac obtulerat ædi sancti Archangeli, ad quam altare illud spectasse videtur.

CIX. 1. IN ECCLESIA SANCTI CYRIACI POSITA IN VIA OSTIENSI) Hanc a solo erexerat Honorius papa, ut in ejus vita num. v. Tom. I.

CX. 1. PHARUM VOLUBILEM EX ARGENTO &c.) Hoc est, in spiram contortum.

 SIN

ſacratiſſimum corpus ipſius principis Apoſtolorum requieſcit, renovavit imaginem auream habentem vultum Salvatoris Domini noſtri Jesu Chriſti ac ſanctæ Dei genitricis Mariæ Dominæ noſtræ, & beatorum Apoſtolorum Petri & Pauli atque Andreæ, nec non & beatæ Petronillæ martyris. ubi & addidit auri obrizi libras xxi. & uncias iii. Immo vero ubi ſupra ante ſanctum Andream inveſtivit altare beati Martini confeſſoris Chriſti ex argento puriſſimo deaurato, [2] ex tranſmiſſo quondam Fridigiſi abbatis: quod penſat undique libras xvii. & ſemis. Fecit autem & in baſilica beati Pauli apoſtoli doctoris mundi gentium phara canthara ex argento puriſſimo cum delphinis ſuis numero v. penſantia libras lxvii. & uncias iiii.

CXI. Hic a Deo inſpiratus venerabilis & præclarus pontifex conſpiciens [1] eccleſiam beatorum martyrum Nerei & Achillei præ nimia jam vetuſtate deficere, atque aquarum inundantia repleri, juxta eamdem eccleſiam noviter a fundamentis in loco ſuperiore eccleſiam conſtruxit miræ magnitudinis & pulchritudinis decoratam; in qua etiam hæc obtulit dona: caniſtros ex argento numero vi. penſantes ſimul libras xv. ciborium ex argento puriſſimo, penſans libras ccxv. calicem & patenam ex argento puriſſimo deauratos; penſantes libras xii. & uncias x. regnum ſuper altare ex auro puriſſimo, diverſis ornatum pretioſis lapidibus, penſans libras ii. & uncias vi. veſtes duas, ex quibus unam albam holoſericam, habentem hiſtorias Dominicæ Nativitatis, ſeu Reſurrectionis, Aſcenſionis, atque Pentecoſtes, ornatam in circuitu de chryſoclavo, & aliam de Tyrio.

CXII. Idem vero fecit in baſilica beatæ Dei genitricis ad Præ-

NOTÆ

2. EX TRANSMISSO QUONDAM FRIDIGISI ABBATIS)) Ex munere, ut puto, quod tranſmiſerat Fridigiſus, ſeu, ut legit Baron. ad An. Chr. 811. num. XLVII. *Fridogiſus*, unus ex quatuor Abbatibus, qui Caroli M. teſtamento interfuere.

CXI. 1. IN ECCLESIAM BEATORUM MARTYRUM NEREI ET ACHILLEI) Prope thermas Antonianas. Titulus eſt cardinalitius. Vide ſupra num. LXXV. & infra num. proximo.

RE-

Præſepe [1] regnum ex auro puriſſimo panoclyſto, diverſis in circuitu pretioſis ornatum lapidibus; penſans libras IIII. & uncias VII. [2] Fecit vero communicales ex argento puriſſimo per ſingulas regiones: qui præcederent per ſtationes per manus acolytorum numero XXIIII. penſantes ſimul lib. . . . . Pari modo & in baſilica beati Petri apoſtoli fautoris ſui [3] regnum ex auro puriſſimo, diverſis pretioſis ornatum lapidibus, penſans libras VII. Fecit etiam in diaconia ſanctorum Nerei & Achillei vela promiſcua holoſerica numero . . . Sarta tecta beati Agapiti martyris ſita juxta baſilicam beati Laurentii martyris foris murum, quia jam præ nimia vetuſtate emarcuerant, noviter reſtauravit. Immo vero & in titulo beatæ Pudentianæ fecit veſtem albam holoſericam, ornatam in circuitu de Tyrio.

CXIII. Qui beatiſſimus pontifex poſtquam ſedem Romanam & Apoſtolicam annos XX. menſes V. & [a] dies XVI. glorioſiſſime rexit, ex hac luce ſubtractus [1] ad æternam migravit

VARIANTES LECTIONES

CXIII. *a* Vat. XI. *dies* XVII.

Idem,

NOTÆ

CXII. 1. REGNUM EX AURO PURISSIMO PANOCLYSTO) Alii locis ſupra relatis legunt *ſpanoclyſtum*. Alteſerra opinatur eſſe aurum hiſpanum, quod majori erat in precio. Quippe Spania & Spanicum apud veteres ſcriptores perinde ſonat ac Hiſpania, & Hiſpanicum.

2. FECIT VERO COMMUNICALES EX ARGENTO PURISSIMO PER SINGULAS REGIONES) Vaſa nempe, quibus ſacri miniſtri utebantur pro porrigenda Fidelibus euchariſtia.

3. REGNUM EX AURO PURISSIMO, DIVERSIS PRETIOSIS ORNATUM LAPIDIBUS, PENSANS LIBRAS SEPTEM) Colligendo hoc in loco in unam ſummam ſingulas ſummas librarum auri & argenti enunciatas ab Auctore vitæ in exſpenſis factis a Leone III. pro locupletandis eccleſiis, conſurgit numerus lib. auri MCCCCLXVI. cum unciis II. & libr. argenti XXIVMDCCCXXXXVIII. cum unciis III. & ſemiſſe. Addantur præterea impenſæ ingentes pro a ſolo ædificandis, & reficiendis eccleſiis, iiſdemque ornandis pretioſis veſtibus, velis, aulæis, atque augendis earumdem reditibus: & mirabitur quiſque unde tanta vis auri ſuppetere potuerit Romano pontifici ſæculo nono; ſed ſimul Chriſtiani populi pietatem commendabit, & præcipue Caroli Magni liberalitatem, qui ex Hunnis, & Langobardis devictis magnam partem captæ prædæ Leoni largitus fuit.

CXIII. 1. AD ÆTERNAM MIGRAVIT REQUIEM) Die XI Junii anno 816. ut num. 1.

gravit requiem. Fecit autem ordinationes tres per mensem Martium; presbyteros xxx. diaconos xi. episcopos per diversa loca [b] numero cxxvi. Sepultus vero est in basilica beati Petri apostoli prid. Id. Junias, Indict. viiii. & cessavit episcopatus dies x.

VARIANTES LECTIONES

b Idem, *episcopos* &c. *num.* cxxvii.

XCVII.

STEPHANUS IV.

An. Chr. 816. Ludovici Pii imper. 3. Leonis Armeni imper. 3.

I. STEPHANUS, natione Romanus ex patre Marino, [1] sedit [a] menses vii. Hic a primæva ætate in patriarchio Lateranensi sub sanctæ memoriæ domno Hadriano papa nutritus atque educatus, nobili prosapia atque clarissimo genere ortus, adhuc in parva ætate ad discendam sacræ disciplinæ scientiam studiosius vigilabat. Defuncto vero sanctæ memoriæ [b] jam fato domno Hadriano papa, in locum ejus domnus Leo papa successit, qui prædictum domnum Stephanum conspiciens bonæ conversationis atque humilitatis [c] mores agere, eum ad subdiaconatus ordinem promovit. Quem magis ac magis spiritalibus studiis vacare

re

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Vat. I. ut in vulgatis, *annos* vii. *menses* vii. Vat. iv. viii. & xi. ut in contextu. *b* Ita Vat. xi. seu Fragmentum Vat. quod hic desinit, Libri vulgati, *præfato*. *c* *mores agere*) Ex Vat. iv.

& sic

NOTÆ

I. 1. SEDIT MENSES VII.) Electus die xxi. Junii die sequenti, die nempe Domini, vicesima secunda Junii ejusdem anni 816. consecratus fuit. Obiit autem juxta Annalistam Fuldensem, & Hermannum Contractum ix. Kal. Febr. scilicet die vicesima quarta Januarii anni 817. qui potius dies sepulturæ, quam obitus intelligendus est, ne tempus pontificatus excedat septem menses a Bibliothecario determinatos.

PRO

re conſpiciens, Domino annuente, ad diaconatus culmen eum provehit, [d] & ſic uſque ad ſacerdotii gradum pervenit. Et ex tunc multipliciter ſpiritalibus pollens ſtudiis, maximam tam ad evangelizandum populo ſolerter ac clare divina atque evangelica verba, quamque ad exercendam eccleſiaſticam traditionem geſſit curam. Et ita Spiritus ſancti gratia in ejus corde refulſit, ut in omnibus efficax idoneuſque comprobaretur. Sicque factum eſt, ut dum de hac vita migraret [e] antefatus domnus Leo Papa, illico, [f] cum ferventiſſimo affectu a populo Romano diligeretur, iſdem præcipuus ac ſanctiſſimus vir Stephanus ad ſacrum pontificatus eſt culmen electus. Qui uno omnes affectu parique amore eum ad eccleſiam beati Petri apoſtoli perducentes, Dei ordinante providentia, papa [g] urbis conſecratus eſt.

II. Hic ſanctiſſimus vir in pontificatu jam poſitus, [1] pro confirmanda pace & unitate ſanctæ Dei eccleſiæ ad Franciæ [a] arripuit iter apud piiſſimum & ſereniſſimum domnum [b] Lodovicum imperatorem. Qui cum in Franciam perveniſſet, [2] tanto honore atque [c] exultatione a prædicto piiſſimo principe atque Francorum populo ſuſceptus eſt, [d] quantum

VARIANTES LECTIONES

d & ſic uſque ad ſacerdotii gradum pervenit) Hæc ex eodem Vat. IV. expleta ſunt. Hujus vitæ reliqua cum eodem Vat. IV. & Vat. I. contulimus. *e* Editi, *ante præfatus*. *f* Iidem, *dum*. *g* Iidem, *orbis*.

II. *a* Vulgati codices, *arreptus eſt*. *b* Vat. I. *Ladoguicum*, Vat. IV. *Lodoicum*. *c* Editi, *exaltatione*. *d* Iidem, *quanto*.

Vat. IV.

NOTÆ

II. 1. PRO CONFIRMANDA PACE ET UNITATE SANCTÆ DEI ECCLESIÆ AD FRANCIÆ ARRIPUIT ITER) Eginhartus in Annal. *Nondum duobus poſt conſecrationem ſuam exactis menſibus quam maximis potuit itineribus ad Imperatorem* (Ludovicum) *veniens contendit: miſſis interim duobus legatis, qui quaſi pro ſua conſecratione Imperatori ſuggererent. Quod ubi Imperator audivit, Remis ei ſtatuit occurrere, miſſiſque obviam his, qui eum illo deduxerunt, cum magno eum ibidem honore ſuſcepit*. Ad Franciæ, ſupple partes.

2. TANTO HONORE ET EXULTATIONE &c.) *Perrexit poſt miſſum*, inquit Theganus Trevirenſis archiepiſcopus, *dominus Ludovicus obviam ſupradicto*

tum vix lingua narrari poteſt. Et tantam illi Dominus gratiam largiri dignatus eſt, ut omnia, quæ ab eo popoſciſſe dinoſcitur, in omnibus [e] impetrarit; in tantum, ut iſdem piiſſimus princeps pro illius amore in finibus Franciæ ſuper omnia dona, quæ ei largitus eſt, [3] curtem de ſuo proprio fiſco beato Petro apoſtolo perpetuali uſu per [f] præcepti paginam conceſſit. Iſdem vero ſacer antiſtes exemplum ſumens Redemptoris noſtri, qui pro nobis de cœlis dignatus eſt deſcendere, & de captivitate diaboli nos eripere; omnes exules, qui illic captivi tenebantur propter ſcelera & iniquitates ſuas, quas in ſanctam Romanam eccleſiam & erga domnum Leonem papam geſſerunt, pro pietate eccleſiæ ſecum reduxit.

III. Fecit autem in eccleſia beati Petri apoſtoli ad Vincula [1] thymiamaterium de argento deſuper deauratum, penſans lib. . . . Item ſimiliter fecit vela holoſerica cum periclyſi de fundato numero . . . Immo & in eadem eccleſia fecit veſtem de chryſoclavo cum gemmis, habentem hiſtoriam beati Petri apoſtoli. Item fecit vela de fundato numero . . . Et in monaſterio ubi ſupra fecit calicem de auro cum gemmis ornatum, penſantem lib. . . . Et patenam de argento deſuper deauratam, penſantem lib. . . . Item fecit crucem de auro cum gemmis ornatam, penſantem lib. . . .

Fecit

VARIANTES LECTIONES

e Vat. IV. *impetraret*. *f* Vat. I. *præceptionis*.

Vat. I.

N O T Æ

dicto Pontifici, obvians ei in Campomagno Remenſium. Deſcendit uterque de equo ſuo, & Princeps ſe proſternens omni corpore in terram tribus vicibus ante pedes tanti Pontificis, & tertia vice erectus ſalutavit Pontificem iſtis verbis, dicens: Benedictus qui venit in nomine Domini, Deus Dominus, & illuxit orbi &c. *Et in proxima Dominica ante miſſarum ſolemnia coram clero, & omni populo conſecravit eum, & unxit ad Imperatorem.*

3. CURTEM DE SUO PROPRIO FISCO &c.) Curtis nomine venit villa, ſeu prædium. A curia paucis immutatis derivari videtur. Sic Alteſerta hoc loco.

III. 1. THYMIAMATERIUM DE ARGENTO) Thymiamaterium vas, in quo thus & ſuffimenta odora adolebantur. Vide Gloſſarium I. Partis.

IN

IV. Fecit autem prædictus venerabilis & præclarus pontifex [1] in sancto Theodoro [a] in Sabello crucem de auro cum gemmis ornatam, & calicem de argento; pensantes lib. . . . Fecit autem prædictus venerabilis & præclarus pontifex in basilica beati Petri apostoli ad Vincula patenam, & calicem de argento desuper deauratum; pensantes lib. . . . Item ubi supra fecit coronam de argento cum pendentibus suis; pensantem lib. . . . Enimvero & [2] in oratorio sanctæ Barbaræ martyris [b] in Suburra fecit vestem de fundato. Nec non & [3] in basilica beatæ Helenæ fecit vestem de fundato.

V. Hic divina vocatione de hac luce subtractus ad æternam migravit requiem. Sepultus vero est in basilica beati Petri apostoli. Fecit autem ordinationem unam in mense Decembri; presbyteros VIIII. diaconos IIII. episcopos per diversa loca numero V. & cessavit episcopatus ejus dies duos.

PA-

VARIANTES LECTIONES

IV. *a* Vat. I. ut in contextu, atque uti supra in Hadriano num. LXXVI. Vulgata editio, *de Sabello*. *b* eadem, *in Subora*.

Vat. IV.

NOTÆ

IV. 1. IN SANCTO THEODORO IN SABELLO) Martinellus in Roma ex Ethnica sacra cap. XII. pag. 403. putat, basilicam S. Theodori a Bibliothecario appellatam corrupto vocabulo *in Sabello*, rectius appellandam *Intra Velum*.

2. IN ORATORIO SANCTÆ BARBARÆ MARTYRIS IN SUBURRA) Ignotus locus hujus oratorii: Nota Suburra, quæ vicus est in II. urbis regione Cœlimontana dicta, nunc *Rione de' Monti*: Nec semel de ea mentio in hoc Libro.

3. IN BASILICA BEATÆ HELENÆ) Eadem fortasse ac basilica sanctæ Crucis in Sessoriano, quæ a beata Helena Constantini matre, vel a Constantino M. precibus matris ædificata censetur. Huic enim basilicæ nomen magis convenit, quam parvæ illi ecclesiæ S. Helenæ dicatæ in regione sancti Eustachii.

XCVIII.

PASCHALIS[1]

An. Chr. 817.
Ludovici Pii imper. 4.
Leonis Armeni imper. 4.

I. PASCHALIS, natione Romanus ex patre Bonoso, [1] sedit annos VII. [a] menses VII. dies XVII. Qui a primævo ætatis suæ [b] tempore divino cultui mancipatus, atque in sacrosanctæ ecclesiæ patriarchio studiis divinæ salutiferæque scripturæ imbutus, tam in psalterio, quamque in sacris paginis novi ac veteris Testamenti specialiter eruditus, elegans atque in omni bonitate perfectus, subdiaconus quidem factus, & postmodum diaconus atque presbyter honorifice consecratus est. Erat autem vir sanctus, castus, pius, innocens, magnanimus, loquela devotus, pudicitia plenus, & nimis hilariter jucundeque in eleemosynis pauperum cuncta, quæ habebat, opportune distribuens. In colloquiis ergo divinis frequentius cum religiosis ac sanctis monachis sedula observatione die noctuque insistebat, & in orationibus ac vigiliis quotidianisque jejuniis, humiliter atque honeste vigebat.

Quem

VARIANTES LECTIONES

I. *a* Vat. IV. ita, Vat. I. *menses* V. *dies* XVII. Vat. VIII. *menses* VII. *dies* XVI. *b tempore*) Ex Vat. IV. suppleta vox est.

Vat. I.

NOTÆ

I. 1. SEDIT ANNOS VII. MENSES VII. DIES XVII.) Vacasse pontificiam sedem dies duos post obitum Stephani IV. tradit Bibliothecarius in fine num. V. ejus vitæ. Obiit Stephanus die XXIV. Januarii. Electus ipse fuit Paschalis die XXVI. Januarii anni 817. Si sedit annos VII. menses VII. dies XVII. ejus obitus contingere debuit anno 824. die XII. mensis Septembris. Quomodo autem consistet quod in fine vitæ dicitur, cessasse ejus episcopatum *dies* IIII. *in mense Januario, Indictione prima*? Aliunde constat ex Eginhar. Paschalem non fuisse amplius inter vivos mense Junio anni 824. Verior itaque lectio erit: *sedit annos* VII. *dies* XVII. expunctis mensibus illis VII. ut legitur in Honorio Augustodunensi, Martino Polono, & quibusdam cathalogis prolatis ab Auctore Critices Baronii. Et tunc incidet obitus Paschalis in diem X. Februarii; & legi in fine pariter debebit: *cessavit episcopatus ejus dies* IIII. *in mense Februario, Indictione prima*.

TAM

II. Quem dum [a] prædeceſſor ejus domnus Leo ter beatiſſimus papa tantis ſtudiis pervigilem & religionis devotum conſpexiſſet, [b] [1] tam ei monaſterium beati Stephani primi martyris, quam majorem juxta baſilicam beati Petri principis Apoſtolorum eccleſiam ad regendum commiſit; quia ſcriptum eſt: *Nemo lucernam accendit & in abſcondito ponit, neque ſub modio; ſed ſuper candelabrum, ut qui ingrediuntur, lumen videant*. [c] Virum, qui [d] ſibimet vitæ hujus temporalis lucra pro æterna ſobrie atque utiliter moderando correxit, & exemplum bene vivendi in ſubditis, & [e] correctio pietatis religioſius [f] exornavit: Qui etiam gratiam hoſpitalitatis in peregrinis [g] & claudis, qui ob amorem beati Petri apoſtoli de longinquis regionibus ad ejus limina decurrebant, utiliter præparans neceſſaria ſubminiſtrabat, & occulte [h] quibus egebant, hilariter erogabat: Et ſemper quotidie in Dei operatione creſcebat, uſquequo prædeceſſor ejus domnus Stephanus papa de hac luce ad æternam beatitudinem migraſſet.

III. Dum ergo [a] per tanta bonæ operationis exempla præcipue longe lateque fama diſcurreret, & omnipotens Deus regimen eccleſiæ ſuæ ſub piæ gubernationis cura annueret apte [b] moderateque diſponere; una concordia, una

VARIANTES LECTIONES

II. *a* Vat. I. *Quem dum depraceſſor* &c. Vat. IV. *Quem pradeceſſor ejus ter beatiſſimus* (in margine alio charactere *Stephanus*) *cum tanti ſtudii pervigilem* &c. *b* Sic idem Vat. IV. Editi vero, *tunc ei monaſterium beati Stephani primi martyris juxta baſilicam ſancti Petri principis apoſtolorum ad regendum commiſit*. *c* Iidem, *Unum* pro *virum*. *d* Vat. I. *ſivimet* pro *ſibimet*; hinc editi, *ſuimet*. *e* Iidem, *correctionem*, Vat. I. ut in contextu. *f* Idem, *exornaret*. *g* Idem, *&* *clodis* *h* Idem, *quæ egerat*.

III. *a* Vat. IV. *tanta bonæ operationis præcipue longe lateque fama diſcurreret*. *b* Idem, *moderanterque*.

In

NOTÆ

II. 1. TAM EI MONASTERIUM BEATI STEPHANI PRIMI MARTYRIS, QUAM MAJOREM &c.) Duplex erat ædes in honorem beati Protomartyris juxta baſilicam Vaticanam, altera minor & altera major; utrique præfuit Paſchalis.

una eademque voluntate, divino interveniente conſultu, a cunctis ſacerdotibus ſeu proceribus, atque omni clero, nec non & optimatibus, vel cuncto populo Romano ad laudem & gloriam omnipotentis Dei [1] in ſedem Apoſtolicam pontifex eſt elevatus. Erat enim patrum præceptorum, ſeu inſtitutorum pontificum atque canonum nec non legum ſanctionum decentiſſimus obſervator, & cuique juſtitiæ normæ a tempore ordinationis ſuæ nobiliſſimus promulgator, tardus ad iraſcendum, & velox ad miſerandum. [c] Nulli malum pro malo reddens, neque vindictam ſecundum cujuſquam commiſſum tribuens, ſed ſemper miſericors, [d] pia dilectione omnibus civibus, & a Deo commiſſo populo Romano amator & gubernator exiſtebat; omnium etenim eccleſiarum Dei cum ſummo ſtudio atque ſumma providentia pro ſolita religionis cura cultor, reſtaurator, atque in omnibus devotiſſimus [e] exornator.

IV. Hic beatiſſimus præſul multa corpora ſanctorum requirens invenit; quæ & diligentius [a] intra civitatem ad honorem & gloriam Dei honeſte recondidit. [1] Rogam etiam omni clero ſuo in presbyterio profecto multipliciter [b] ampliavit, & quia omnem theſaurum in ſacrario cœleſti recondidit, maxime propter captivos & exules non tantum a tranſmarinis regionibus viros ac mulieres in auro ſeu argento redimens, verum etiam per longinqua viarum itinera

VARIANTES LECTIONES

c In editis, *nullum*. *d* Vat. I. *ſub piæ dilectionis*: fortaſſe, *ſua pia dilectione*. *e* Editi, *exornator fuit*.

IV. *a* Vat. IV. *intro civitatem*. *b* Idem, *ampliavit*. *Captivos, ubicumque invenire poterat, a vinculis abſolvebat*. Hæc ita compendio exhibet. Vat. I.

NOTÆ

III. 1. IN SEDEM APOSTOLICAM PONTIFEX EST ELEVATUS) electus nempe, ut ſupra num. I. die XXVI. Januarii, & die prima Februarii, quæ erat Dominica, conſecratus.

IV. 1. ROGAM ETIAM OMNI CLERO SUO IN PRESBYTERIO PROFECTO MULTIPLICITER AMPLIAVIT) Exemplum imitatus Adeodati papæ, de quo Auctor vitæ num. I. *Sed & rogam omnibus ampliavit*, & Leonis III. de quo item in ejus vita num. II.

ANTE

ra passim perquirendo tam [c] in Hispaniæ partibus, quamque per singula loca inveniens, sicut bonus & verus pastor ad propria perduxit.

V. Fecit autem in sacro altari beati Petri principis Apostolorum vestem miræ magnitudinis pulchram & decoratam nimis, ex auro gemmisque contextam; præfigurantem historiam, qualiter idem apostolus a vinculis per Angelum ereptus est. In ejusdem venerabili basilica [1] ante aditum, qui ducit ad corpus in loco *Ferrata*, altare constituit, in quo & venerandum beati Sixti martyris atque pontificis corpus honestissime collocavit. ubi & desuper arcum musivo exornatum decenter instruxit. Simili modo in eadem sacratissima beati Petri apostoli ecclesia juxta ingressum, qui ducit ad beatam [a] Petronillam, oratorium summæ magnitudinis atque pulchritudinis [b] decoranter construxit: [2] & super columnas in quadrificio cameranter musivo pulchrisque metallis decoravit. In quo & corpora beatissimorum martyrum Processi & Martiniani ad honorem & gloriam omnipotentis Dei memorialiter honorificeque recondidit. In cujus absidam imaginem pulcherrimam de argento exauratam, cum diversis historiis inter marmorum constructiones [c] ordinanter infixit: [d] quæ pensat libras LXII. & semis: simulque

VARIANTES LECTIONES

c Vat. I. *in Spaniæ partibus*.

V. *a* Vat. I. *Petronellam*, ut alibi. *b* Vat. I. *decorantes* pro *decoranter*; hod est, *decore*. Sic infra, *camerantes*, *ordinantes*, *exornantes*, *observantes*, pro *cameranter*, *ordinanter*, *exornanter*, *observanter*, *desideranter* &c. & Vat. IV. ut vidimus supra, *moderanter* pro *moderate*. *c* In editis, *ordinatas* pro *ordinanter*. *d* Vat. I. *quæ pensatur*.

Vul-

NOTÆ

V. 1. ANTE ADITUM, QUI DUCIT AD CORPUS IN LOCO FERRATA) Corpus ecclesiæ dicitur ab Alteserra chorus ecclesiæ, ubi clerici stant inter sacra. Crederem potius, hic intelligi de aditu ante descensum ad confessionem, ubi intra crates ferreas custoditur sacrum Petri apostoli corpus.

2. ET SUPER COLUMNAS IN QUADRIFICIO CAMERANTER &c.) Columnas scilicet, quibus quatuor arcus in formam cameræ, seu testudinis erant impositi.

ET

que & lilia de argento, pensantia libras XVII.[e] & uncias III. Nec non & gabathas ex argento purissimo numero VII. pensantes simul libras XIII. semis, & uncias II.

VI. Imagines etiam de argento exauratas fecit in eodem venerabili loco numero III. unam Salvatoris Domini nostri Jesu Christi, & duas aliorum beatorum martyrum Processi & Martiniani, pensantes insimul libras XXXVI. Nec non & aliam imaginem ex auro purissimo obtulit ad ornatum jam præfati oratorii, pensantem libras XIII. & uncias III. Simili modo canistra ex mundissimo argento numero VIII. pensantia omnia libras XLIII. Pariterque [1] & concham ad spongiam pro nocturnis diligentiis ibidem ex argento constituit, pensantem libras VII. & uncias VIIII. Immo & claves in modum crucis ex auro purissimo, seu gemmis miræ decorationis exornatas in eodem venerabili loco merito decoravit: quæ pensant lib. . . . . Ubi etiam regularem ordinavit, quem laminis argenteis superinduxit, pensantem libras XX. super quem constituit arcus II. de argento [2] & gammadias IIII. quæ simul pensant libras LX. [3] Propitiatorium etiam altaris ex laminis argenteis [a] exornanter circumduxit, atque sacram confessionem ejus interius exteriusque cum rugulis suis nobilissime circumstruxit; quæ simul pensant lib. . . . Et super altare eorumdem beatissimorum martyrum vestes duas instituit: ex quibus unam de fundato cum cruce de chrysoclavo, & al-

VARIANTES LECTIONES

e Vulgari codices, *& uncias duas*.

VI. a Codices editi, *exornatum*, Vat. 1. *exornantes* pro *exornanter*, ut supra. Vat. 1.

NOTÆ

VI. 1. ET CONCHAM AD SPONGIAM PRO NOCTURNIS DILIGENTIIS &c.) Divina officia nocturno tempore persolventes si aliqua naturæ necessitate urgerentur, conchæ cum spongiis erant opportunis in locis dispositæ.

2. ET GAMMADIAS QUATUOR) Gammadiæ intelliguntur fortasse ornatus quidam ex solido argento elaborati instar literæ Γ, ut in Leone III. num. VI. Vulgo *rabeschi*.

3. PROPITIATORIUM ETIAM ALTARIS &c.) *Propitiatorium altaris*, inquit Alteserra, *est pars media altaris, ubi sacrificium propitiationis, id est, panis offertur*. Fortassis illud est, quod a nobis tabernaculum, sive custodia dicitur.

UT

& alteram de quadrapulo mirifice exornavit. Vela quoque majora de fundato numero VII. cum periclysin de blattin circumsuta, similiter decoravit.

VII. Sed neque hoc silentio prætereundum esse [a] arbitramur; quod eodem tempore, diabolica operante versutia, per quorumdam gentis Anglorum desidiam ita est [1] omnis illorum habitatio, quæ in eorum lingua *burgus* dicitur, flamma [b] diri ignis exundante, combusta, ut etiam nec vestigia pristinæ habitationis in eodem loco inveniri potuissent. cujus exuberantis incendii pene totam porticum, quæ ducit ad basilicam principis Apostolorum, ignis fomes devastavit. Et dum hæc ter beatissimus pontifex quasi [2] hora noctis conticinio persensisset, subito propter amorem ecclesiæ beati Petri apostoli, atque tantam peregrinorum illorum devastationem nudis pedibus [c] discalceatus pedester cucurrit. Cui tanta omnipotentis Dei in ejus adventu misericordia adfuit, ut locum, in quo prius idem coangelicus pontifex constitit, nequaquam ulterius impetus ignis transgredi permisit. Sed ipse Dei clementiam exorando & multitudo Fidelium, qui aderant decertando, acies ignis Deo miserante extincta est. Sicque peractum est, ut totius noctis spatium usque ad auroram [d] perseverans in eodem loco perstiterit. Unde postmodum ter beatissimus pastor considerans illorum peregrinorum inopiam, quæ ob insidias dia-

VARIANTES LECTIONES

VII. *a* Vat. 1. *arbitramus*. *b* *diri ignis*) Sic Vat. 1. *c* Idem, *calciatus equester*. *d* Idem, *observantes perstetit* pro *observanter perstitit*.

senio

NOTÆ

VII. 1. OMNIS ILLORUM HABITATIO, QUÆ IN EORUM LINGUA BURGUS DICITUR) Burgus dicitur plurium domorum congeries muris non clausa; unde *Burgundiones* qui incolebant sparsas Galliarum Germaniæque civitates, castella, seu domos.

2. HORA NOCTIS CONTICINIO) Censorinus in libro de Die natali cap. XXIIII. num. X. partitur noctem in quatuor partes, Vesperas, *Conticinium*, Galli cantum, & Luciferum. Conticinium pars secunda noctis erat ubi cuncta silent.

IC.

diabolicæ fraudis irrepsit, tanta dona tantaque beneficia, sicut semper solitus erat, in eorum necessitatibus impertivit tam in auro seu argento, vel corporum indumenta, quam reliqua necessaria alimenta omnia uberius subministrabat. Sed & silvarum copiam pro lignorum utilitate, quatenus domicilia, sicut ante in eodem loco fuerant, utiliter restaurarent. Porticum etiam, quæ ab eadem clade vastata est, decentius quam fuerat, in melius firmissime restauravit.

VIII. Hic præclarus & venerabilis pontifex fecit in ecclesia beati Petri Apostolorum principis nutritoris sui vela de chrysoclavo per arcus presbyterii, habentia historiam de mirabilibus Apostolorum, quæ per eos Dominus operari dignatus est, numero XLVI. [1] Ecclesiam etiam beatissimæ Christi

NOTÆ

VIII. 1. ECCLESIAM ETIAM BEATISSIMÆ CHRISTI MARTYRIS PRAXEDIS &c.) Ecclesiam hanc sanctæ Praxedis, quæ domus erat paterna ejusdem sanctæ, ruinæ proximam non modo Paschalis restituit; sed a fundamentis erexit, ejusque absidam musivo ornavit, quod etiamnum implexis literis ejus nomen ostendit ita efformatum:



Subjectis hisce versibus:

Emicat aula pia e variis decorata metallis
Praxedis Domino super æthra placentis honore
Pontificis summi studio PASCHALIS *alumni*
Sedis Apostolicæ, passim qui corpora condens
Plurima sanctorum subter hæc mœnia ponit
Fretus ut his limen mereatur adire polorum.

IN

ſti martyris Praxedis, quæ quondam priſcis ædificata temporibus nimio jam laſſata [a] ſenio erat, ita ut a fundamentis caſura ruinam ſui minaretur; iſdem venerabilis pontifex illius ruinam ante prævidens, eidemque eccleſiæ curam adhibens, illic pervigil ſæpius exiſtens, [b] in alium non longe demutans locum, in meliorem eam, quam dudum fuerat, erexit ſtatum. Abſidam vero ejuſdem eccleſiæ, muſivo opere exornatam, variis decenter coloribus decoravit. Simili modo & arcum triumphalem eiſdem metallis mirum in modum perficiens compſit.

IX. Hic beatiſſimus & præclarus pontifex multa corpora ſanctorum, [a] quæ in dirutis cœmeteriis jacebant, pia ſollicitudine, ne remanerent neglectui, quærens, atque inventa colligens magno venerationis affectu in jam dictæ ſanctæ Chriſti martyris Praxedis eccleſiam, quam mirabiliter renovans conſtruxerat, cum omnium advocatione Romanorum, epiſcopis, presbyteris, diaconibus & clericis, laudem Deo pſallentibus deportans recondidit. Quæ dum ſanctiſſimi atque coangelici præſulis intima cordis vigilantia gererentur, ut reconditorum ibidem ſanctorum corporum Deo indeſinenter ſuper aſtra placentium precibus apud omnipotentem Dominum juvaretur, conſtruxit in eodem loco a fundamentis cœnobium, quod & nomine ſanctæ Praxedis virginis titulavit. [1] In qua & ſanctam Græcorum congregationem adgregans, quæ die noctuque Græcæ modulatio-

VARIANTES LECTIONES

VIII. *a ſenio erat*) Sic Vat. IV. *b* Idem, *in alio non longe demutans loco*.
IX. *a* Ita Vat. I. Libri editi, *diutius*, Vat. IV. *quæ in dirutis cemeteriis jacebant, ibi deduxit, atque honorifice collocavit*.

NOTÆ

IX. 1. IN QUA ET SANCTAM GRÆCORUM CONGREGATIONEM ADGREGANS &c.) Quum ex Orientis monaſteriis quamplurimi monachi ab Imperatoribus, ſacrarum imaginum oſoribus, vel ad necem quæſiti, vel in exſilium acti Romam ſe recepiſſent, ſanctiſſimus Papa illis monaſterium ædificavit ad ſanctæ Praxedis ædem, ubi congregati ſacras laudes Deo perſolverent, ut in vita ſancti Pauli num. V.

tionis psalmodiæ laudes omnipotenti Deo sanctisque illius ibidem quiescentibus sedulo persolveret, introduxit.

X. Siquidem in eodem venerabili monasterio plurima conferens prædia & possessionum loca urbana vel rustica, superflue atque abundanter ditavit. Quinimo & [1] in eadem ecclesia fecit oratorium beati Zenonis Christi martyris, [a] ubi & sacratissimum ejus corpus ponens musivo [b] amplianter ornavit. Fecit autem in eadem ecclesia ciborium ex argento, pensans libras DCCCX. Immo & propitiatorium sacri altaris ex argenteis laminis mirifice exornavit. Confessionem denique ejus cum rugulis suis interius exteriusque vallantem pulcherrime compsit atque decoravit: quæ simul pensant libras CCC. Super ejusdem venerabilis altare fecit [2] regnum panoclystum ex auro fulvo, seu diversis lapidibus exornatum, pensans libras V. & uncias II. & semis. Et in eodem sacro altari fecit vestem de chrysoclavo cum diversis historiis miræ magnitudinis atque pulchritudinis exornatam. Item ubi supra obtulit aliam vestem chrysoclavam, ex auro gemmisque confectam, habentem historiam Virginum cum facibus accensis, mirifice comptam atque decoratam. Ad sacrum denique ejusdem virginis corpus obtulit imaginem ex laminis argenteis præfiguratis, pensantem libras XCVIIII.

XI. Hic benignissimus præsul fecit in jam dicto monasterio oratorium beatæ [a] Agnes Christi virginis miræ pulchritudinis exornatum. Ecclesiam denique sanctæ Dei genitri-

VARIANTES LECTIONES

X. a Vat. IV. *ubi & sanctissimum ejus corpus posuit, atque ex musivo locum decoravit*. b Vat. I. ita, hoc est, *ample*.
XI. a Editi, *Agnetis*.

Iidem,

N O T Æ

X. 1. IN EADEM ECCLESIA FECIT ORATORIUM BEATI ZENONIS) In hoc oratorio, seu sacello sub Honorio III. Joannes cardinalis Columna ex Oriente delatam columnam reposuit, cui alligatus Christus Dominus fuisse fertur, quum flagellis cæsus fuit.

2. REGNUM PANOCLYSTUM) Vide in Leone III. num. XCVI. & CXII.

CUM

nitricis semperque virginis MARIÆ Dominæ nostræ, quæ appellatur [b] Domnica; olim constructam, & jam ruinæ proximam, solerti vigilantia præfatus pontifex ampliorem melioremque quam ante fuerat, a fundamentis ædificans renovavit: absidamque ejusdem ecclesiæ musivo mirifice decoravit. Ubi etiam & plurima obtulit dona, scilicet ciborium ex argento, pensans libras CCCXXXI. propitiatorium sacri altaris ex laminis argenteis compte decoravit, confessionem quoque ejus cum rugulis intus & foris mirum in modum perficiens adornavit, pensantem libras CXV. & uncias III. Item ubi supra fecit gabatham ex auro purissimo, pensantem libras III. & uncias VIII. Verum etiam & arcum ex argento, & columnellas II. [1] cum gammadiis II. pensantes libras . . . . .

XII. Immo & in sacro altari fecit vestem de chrysoclavo, habentem historiam Dominicæ Nativitatis Domini nostri JESU Christi miræ pulchritudinis exornatam. [a] Iterum ubi supra fecit vestem de stauraci pulcherrimam cum periclysi de blattin. Item aliam vestem de blattin Byzantea, habentem tabulam de chrysoclavo cum vultu sanctæ Dei genitricis, & angeli obsequio stantis cum periclysi de stauraci. Pariterque aliam [1] vestem de stauraci habentem pavones, & in medio crucem de blattin. Porro & vestes II. de quadrapulo, habentes in medio crucem de blattin.

Item

VARIANTES LECTIONES

b Iidem, *Dominica*, uti ubique, Vat. IV. *Donnica*.
XII. *a Iterum*) fortasse pro *item*, ut passim.

Vat. I.

NOTÆ

XI. I. CUM GAMMADIIS) Vide supra num. VI.

XII. I. VESTEM DE STAURACI HABENTEM PAVONES) Vestes istæ dono datæ a Pontificibus ad ecclesiarum ornatum inserviebant potissimum ornandæ exteriori parti altarium. Has nos vocamus *palliotti*. Erant pleræque acu textæ ex auro & serico, & varias animalium figuras referebant, ut diximus in Leone III. num. VII. modo leonum & gryphium, modo avicularum, ut hic pavonum &c.

XIII. Item ubi ſupra fecit veſtem ex auro textam cum periclyſi de blattin: coopertorium rubeum de ſerico unum. Fecit etiam in circuitu altaris vela rubea ſerica IIII. cum gammadiis, & cruces de quadrapulo. Hic venerabilis præſul obtulit [a] in trabe ante veſtibulum altaris vela Tyria III. & de quadrapulo v.[b] Per arcus majores ejuſdem eccleſiæ fecit vela de quadrapulo numero xx. & per arcus presbyterii vela parva de ſtauraci IIII. ſimulque in ingreſſu presbyterii vela Tyria III.

XIV. Hic benigniſsimus pontifex fecit in ingreſſu jam dictæ eccleſiæ cortinas majores de quadrapulo cum periclyſi de fundato mirifice valde. Chriſti namque omnipotentis Dei famulus & prænominatus pontifex maximam Dei eccleſiarum curam & ſollicitudinem prævidendo indeſinenter gerens, [a] cum quadam die orationis ſtudio ad ſanctæ Dei virginis Chriſtique martyris Cæciliæ eccleſiam adveniret, nimio jam quaſſata ſenio eccleſiæ ejuſdem mœnia etiam a fundamentis ruitura videns, quæ per olitana tempora defectu vetuſtatis marcuerant, & pene ruinis confracta diu antiquitus lacerata manebant, dato ſtudio operis, eodem in loco magnifico opere novam conſtruere eccleſiam cœpit, & perficere ſatis meliorem, quam fuerat, ſtuduit.

XV. Sed neque illud prætereundum eſſe exiſtimamus. Dum quadam die ad beati Petri principis Apoſtolorum eccleſiam pergeret, quatenus apud eumdem beatum Petrum apoſtolum ſolito more vigilias celebraret, & ante ejuſdem confeſſionem matutinales, luceſcente Dominica, laudes reſidens decantaret, ſubito depreſſus ſopore vidit adſiſtentem ſibi virginali aſpectu puellam angelicis veſtibus decoratam, talia locutionis affamina protuliſſe [a] dicentem: *Multas*

tibi

VARIANTES LECTIONES

XIII. *a* Vat. 1. *in travem*. *b* In editis legitur, *In arcus* pro *Per arcus*, ut ſtatim infra.

XIV. *a* Vat. 1. *quadam vero die*.

XV. *a* Tam in editis, quam in MSS. codicibus *dicens* legitur pro *dicentem*, ut in contextu. Vat 1.

tibi gratias referimus, quia certamen, quod de me diu posueras, frustratoriis relationibus pervulgatis aures accommodans, reliquisti; quippe qui tanto penes me fuisti, uti proprio loqui invicem ore valeremus. Hæc jam sæpe præfatus pontifex diligenter audiens, studiose requirere cœpit, quæ esset ipsa, quæ talia illi verba diceret? vel quo nomine vocaretur? cui illa respondit: *Si nomen inquiris, Cæcilia famula Christi vocor.* Ad quam summus inquiens præsul: *Quomodo hoc credere possum, eo quod olim fama relata sit, quatenus ejusdem venerabilis Christi martyris Cæciliæ corpus ab Aistulpho Langobardorum rege, hostiliter Romæ residente, furtim & ab illius hominibus fuisset ablatum?* Cui talia venerabili pontifici intimanti omnipotentis Dei famula dixit: *Quia me desideranter, ut invenirent, Langobardi quæsiverunt, omnino verum est: sed Domini mei* Jesu *Christi opitulatione, & Dominæ meæ sanctæ Dei genitricis semperque virginis* Mariæ [b] *auxilio, neque me invenire, neque deportare, sicut voluerant, hinc longius potuerunt. Et ideo sicut me quærere cœpisti, qualiter me invenias assiduo labori non desistas incumbere; quia Domino Deo, pro cujus amore & honore passa sum, placuit, ut tu me invenias, & in ecclesia, quam noviter construxisti, recondas.* Et hæc dicens ab oculis aspicientis ablata est.

XVI. Tunc isdem venerandus pontifex matutinalibus laudibus persolutis pro tam certæ & indubitabilis revelationis indicio cœpit hac illacque operosius quærere, ubi sacratissimum ejus corpus jaceret humatum. Quod tribuente Deo dum sollicite quæreret, [1] reperit in cœmeterio Prætexta-

VARIANTES LECTIONES

b Vat. 1. *auxiliatu*.

Quæ

NOTÆ

XVI. 1. REPERIT IN COEMETERIO PRÆTEXTATI SITO FORIS PORTAM APPIAM) De hoc cœmeterio fit mentio in S. Urbano num. IV. & in S. Xysto. Erat illud pars cœmeterii Callisti, dictumque est ad sanctam Cæciliam

textati, sito foris portam Appiam, aureis illud vestitum indumentis cum corpore venerabilis sponsi sui Valeriani: pariterque & linteamina martyris ipsius sanguine plena, quando ab impio percussa carnifice, Christi Domini martyr est regnantis in sæcula consecrata. quibus & linteaminibus sanguis sanctæ martyris extersus, involuta ad pedes illius corporis, sacratissimo cruore plena, de trina carnificis percussione reperta sunt.

XVII. [a] Quæ cuncta suis pertractans manibus collegit, & cum magno honore infra muros hujus Romanæ urbis in ecclesia, nomine ipsius sanctæ martyris dedicata, ad laudem & gloriam omnipotentis Dei ejusdem virginis corpus cum charissimo Valeriano sponso, atque Tiburtio & Maximo martyribus, nec non Urbano & Lucio pontificibus sub sacrosancto altari collocavit. Pro quorum sanctorum honore videlicet & opitulatione construxit monasterium in honorem virginum seu martyrum Agathæ & Cæciliæ juxta ipsius ecclesiam in loco, qui dicitur Colles jacentes, in quo & monachorum Deo servientium congregationem pro quotidianis laudibus in præfato titulo sanctæ Cæciliæ die noctuque omnipotenti Domino decantandis constituit.

XVIII. Et pro subsidio & luminariorum concinnatione, seu utilitate atque stipendiis monachorum, nec non & pro amore atque dilectione, quam erga prædecessorem suum piæ recordationis domnum Leonem III. papam habere videbatur, hospitale sancti Peregrini, positum ad beatum Pe-

VARIANTES LECTIONES

XVII. a *Quæ cuncta* &c.) Vat. IV. *Fecit etiam a novo ecclesiam sanctæ Cæciliæ, ubi & corpus ejusdem compte posuit cum carissimo* (MS. *Karissimo*) *Valeriano sponso, atque Tiburtio, & Maximo martyribus: nec non Urbano & Lucio pontificibus: ubi etiam quam plura & innumerabilia contulit dona tam in auro, quam in argento, seu palleis.*

NOTÆ

ciliam ob ejusdem repertum in illo a Paschali sacrum corpus, simulque corpora beatorum martyrum Valeriani, Tiburtii, & Maximi.

cum

Petrum apoſtolum in loco, qui vocatur Nau machia: quod idem prædeceſſor ſuus conſtruxerat, & ob n eglectum atque deſtitutionem præpoſitorum paupertatis in opia conſumi videbatur; idcirco pio juvamine conſulens præfatum hoſpitale [1] cum fundis & caſalibus atque maſſis, ſeu etiam colonis ſive domibus nec non familiis, & univerſis, quæ juſte & rationabiliter ſecundum legum ſtatuta eique a prædeceſſore ſuo in jam præfato hoſpitali donata ſunt: quæque ab ipſo pia devotione ad augmentum jam dicti monaſterii adjuncta ſunt, ſive agris vel vineis, etiam domibus, nec non ruſtica familia ſuæ auctoritatis pagina pro jam nominata monachorum congregatione in eodem monaſterio confirmavit.

XIX. Qui ſanctiſſimus præſul amore venerandorum ſanctorum fecit in ornamentis ipſius eccleſiæ abſidam muſivo opere decoratam, & ciborium miræ magnitudinis ex argento, penſans libras quingentas & ſemis, & uncias VIII. Propitiatorium denique ſacri altaris ſeu confeſſionem interius exteriuſque cum rugulis ſuis ex laminis argenteis mirum in modum perficiens compſit: quæ ſimul penſant libras LXIIII. & uncias V. Ad ſacrum vero ejuſdem virginis corpus obtulit imaginem ex argenteis laminis, penſantem lib. XCV. Fecit etiam ante veſtibulum altaris regularem inveſtitum ex laminis argenteis & columnis duabus, ubi & poſuit arcum unum, & gammadias duas, penſantes inſimul libras centum & ſemis. Obtulit ibi ipſum imagines ex argento deauratas III. penſantes inſimul libras XLVIII. & ſemis.

XX. Sæpefatus quoque præſul fecit per arcus ejuſdem eccleſiæ calices majores ex argento XXVI. penſantes inſimul libras CVIIII. & ſemis. Item ubi ſupra obtulit caniſtra ex argento duo, penſantia libras duas, & uncias VIIII. gabatham ex auro puriſſimo, penſantem libras III. Fecit jam præ-

NOTÆ

XVIII. 1. CUM FUNDIS ET CASALIBUS ATQUE MASSIS &c.) Fundi nomine venit ſolum aridum, caſales ſunt prædia, maſſa eſt prædiorum ac fundorum congeries.

CA-

prædictus pontifex [1] canistra [a] enafoti ex argento II. pensantia libras X. gabathas ex argento tres, pensantes libras IV. thuribulum ex argento deauratum, pensans libram unam. Hic benignissimus præsul obtulit in sacro altari vestem de blattin Byzantea, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum historia, qualiter Angelus beatam Cæciliam, seu Valerianum & Tiburtium coronavit, cum periclysi de chrysoclavo miræ pulchritudinis exornatam. Item [b] ibi ipsum fecit vestem de fundato alythino, habentem in circuitu [2] periclysin de olovero. Ob amorem ejusdem virginis fecit aliam vestem de fundato porphyretico, habentem in medio crucem ex auro texto compte decoratam. Enimvero in jam dicto altari [3] obtulit vestem albam sigillatam cum rosulis, habentem in medio crucem de blattin [c] cum psilliis & periclysin de blattin Byzantea pulcherrime exornatam. Obtulit & in prænominato altari vestem de quadrapulo. Venerabilis pontifex fecit vela alythina, pendentia in circuitu altaris IIII. habentia cruces & gammadias de fundato & quadrapulo. Immo & aliam vestem de stauraci cum periclysi de olovero, & vestem de blattin cum periclysi de fundato.

XXI. [1] Fecit etiam in arcella ad corpus jam dictæ virginis vestem de quadrapulo cum periclysi. Porro & aliam ve-

VARIANTES LECTIONES

XX. *a enafoti*) forte legendum, *ennafodia*, ut infra in Gregorio IV. n. XVIII. à voce græca *ἐννέα*, *novem*, & *φῶς lumen*, hoc est *novem luminum*. *b* Sic MSS. editi vero, *ibi fecit*. *c* Vat. I. *cum psillias*.

Cod.

NOTÆ

XX. 1. CANISTRA ENAFOTI) Lampades novem lucernarum ab ἐννέα novem & φῶς lumen, ut in Variantibus.

2. PERICLYSIN DE OLOVERO) Pallium de olovero, vestes de olovero sunt vestes sericæ & purpureæ. Sic in Horsmida num. X. & in Joanne II. num. II. Tom. I.

3. OBTULIT VESTEM ALBAM SIGILLATAM CUM ROSULIS, HABENTEM IN MEDIO CRUCEM DE BLATTHIN CUM PSILLIIS) Vestis sigillata est vestis intexta sigillis, seu exiguis figuris, & rosis intersperса cum armillis. Vide in Leone III. num. VI.

XXI. 1. FECIT ETIAM IN ARCELLA AD CORPUS &c.) Arcella est parva arca, arcula.

NO-

vestem de stauraci cum periclysi de olovero. In jam dicta ecclesia fecit vela Tyria cum periclysi de blattin Byzantea numero xxv. Item vela prasina cum periclysi de olovero numero IIII. Obtulit ubi supra vela alythina cum periclysi de blattin numero III. simulque vela de fundato parva cum periclysi de blattin numero II. pariter vela Tyria cum periclysi de fundato II. Hic venerabilis & præclarus pontifex fecit per arcus jam dictæ ecclesiæ vela de fundato numero XII. & de quadrapulo XIIII. Fecit & in arcu presbyterii vela parva cum periclysi de blattin Byzantea numero XII. Hic a Deo protectus venerabilis præsul fecit in ingressu ejusdem ecclesiæ cortinam majorem de quadrapulo & stauraci pulcherrime exornatam.

XXII. Ipse etiam sæpedictus pontifex, monasteriis circumquaque constructis, vigilanti cura satis animo gerens, quidque haberent, inquirens, reperit ipse pius pontifex [1] monasterium sancti Sergii & [a] Bacchi, post formam aquæductus patriarchii Lateranensis positum, rebus omnibus desolatum, ita ut ancillarum Dei congregatio, quæ ibidem inerat, paupertatis inopia nullas omnipotenti Domino sanctisque illius laudes decantare valerent. Qua venerabilis pastor inquisitione commotus, famulas Dei qualiter bene religioseque esse possint, perfecit: & in eo monachorum adgregans statuit congregationem; multis idem monasterium ditans facultatibus, & in familiis, massis, vineis, domibus, urbanis vel rusticis locis [b] amplianter sufficienterque multiplicavit: quatenus ipsa congregatio residens, omni necessitate postposita, soli Deo sanctisque illius laudes & hy-

VARIANTES LECTIONES

XXII. a Cod. Vat.1. *Bachi*, atque ita ubique unica c. b *amplianter*) Sic etiam supra num. x.

Cod.

NOTÆ

XXII. 1. MONASTERIUM SANCTI SERGII ET BACCHI, POST FORMAM AQUÆDUCTUS PATRIARCHII LATERANENSIS POSITUM &c.) Cujus nullum hodie exstat vestigium.

IN

& hymnos nocte dieque modulanter in venerabili ecclesiæ Salvatoris Domini nostri Jesu Christi sita juxta Lateranas decantaret.

XXIII. [a] Præterea [1] in oratorio beatissimornm martyrum Processi & Martiniani, sito infra ecclesiam beati Petri principis Apostolorum, quod & [b] ibi ipsum construxit, obtulit imaginem ex auro purissimo, habentem vultum sanctæ Dei genitricis; pensantem libras x. & uncias IIII. [c] Ibi & ipsum fecit vestem de blattin Byzantea, habentem tabulas de chrysoclavo II. cum vultu beati Petri, & sanctorum martyrum Processi & Martiniani, & periclysin de chrysoclavo mira pulchritudine decoratam. Illic etiam obtulit vestem holosericam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo, cum vultu Dominicæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, & periclysin de blattin Byzantea pulcherrime comptam. Verumenimvero sanctis eisdem vela holoserica cum periclysi de quadrapulo & blattin Byzantea obtulit numero VIIII. ubi & supra fecit vela parva de Tyrio cum periclysi de fundato numero VI. thuribulum de argento exaurato mirifice, pensans libram unam.

XXIV. [1] In oratorio autem beatissimorum martyrum Sixti & [a] Fabiani jam nominatus pontifex fecit gabathas ex argento III. pensantes libras v. & uncias VI. Ante imaginem quoque ipsius oratorii fecit velum de chrysoclavo mirifice deco-

VARIANTES LECTIONES

XXIII. *a* Cod. Vat. 1. *Præterea namque*. *b* Sic Vat. 1. Libri editi, *idem ipse*, ut infra atque alibi. *c* Ita idem pro *& ibi ipsum*, editi, *Ibi & ipse*.
XXIV. *a* Vat. 1. *Faviani*.

Libri

N O T Æ

XXIII. 1. IN ORATORIO BEATISSIMORUM MARTYRUM PROCESSI ET MARTINIANI) Quod erat in veteri ecclesia sancti Petri: in constructione novi templi dirutum fuit, & horum martyrum corpora translata sunt sub Paulo V. in altare iisdem dicatum.

XXIV. IN ORATORIO AUTEM BEATISSIMORUM MARTYRUM SIXTI ET FABIANI) Posito juxta aditum, quo in veteri templo ad corpora SS. Petri & Pauli descensus erat; & in quo corpus ejusdem Sixti Paschalis collocavit, ut supra num. v.

cum

decoratum. Supra eorum venerabile altare fecit vestem de alythino, habentem in medio crucem de blattin Byzantea, & periclysin similiter de blattin. Simili modo in jam dicto oratorio obtulit sæpedictus pontifex vestem holosericam, habentem in medio cruces de chrysoclavo duas, & periclysin de stauraci diversis margaritis ornatam. [b] Ibi ipsum fecit aliam vestem de fundato, habentem in medio crucem de blattin. Fecit etiam ad ornatum prædicti oratorii vela de alythino cum periclysi de blattin Byzantea numero IIII. simulque vela holoserica cum periclysi de quadrapulo & de holovero numero IIII.

XXV. [a] Hic benignissimus præsul fecit in ecclesia beatorum martyrum Cosmæ & Damiani in via Sacra vestem de Tyrio habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum vultu Domini nostri JESU Christi, atque beatorum martyrum Cosmæ & Damiani [1] cum aliis tribus fratribus cum cruce de auro texto & periclysin de holovero pulcherrime comptam atque decoratam. Supra eorum denique sancto altari obtulit coopertorium de Tyrio mirifice decoratum. Immo vero ante vestibulum ipsius altaris fecit vela Tyria cum periclysi de blattin Byzantea numero III.

XXVI. [a] Venerabilis etiam pontifex fecit in monasterio Salvatoris Domini nostri JESU Christi, sito in territorio Reatino, vestem [b] de chrysoclavo cum historia, qualiter idem Dominus noster JESUS Christus cum Archangelis & Apostolis in

VARIANTES LECTIONES

b Libri editi, *Ibidem ipse* pro *Ibi ipsum*, ut supra, Vat. I. *Interea namque ibi ipsum fecit* &c.

XXV. *a* Vat. IV. *In diaconia vero SS. Cosmæ & Damiani fecit vestem de tyreo. Resarcivit & præsepe dominæ nostræ virginis* MARIÆ, *absidamque ejusdem ecclesiæ a novo refecit. Hic denique* &c. quæ sub finem hujus vitæ habentur.

XXVI. Vat. I. *Venerabilis etenim pontifex*. *b* Idem, *de grisoclavo*, uti supra, atque infra. Vat. I.

NOTÆ

XXV. 1. CUM ALIIS TRIBUS FRATRIBUS) Nempe Anthimo, Leontio, & Euprepio, qui simul cum Cosma & Damiano martyrium subierunt.

in cœlo coruſcat, miræ pulchritudinis diverſis ornatam margaritis. Item in jam dicto monaſterio ad ornatum ſacri altaris aliam obtulit veſtem de fundato, habentem cruces de blattin Byzantea, & periclyſin de chryſoclavo mirifice exornatam. Pari modo in eccleſia beati Mennæ martyris fecit veſtem de quadrapulo cum periclyſi de blattin Byzantea. Hic ſanctiſſimus & coangelicus præſul obtulit in eccleſia beati Petri apoſtoli in Centumcellis calicem & patenam ex argento deauratas, penſantes libras IIII. & uncias III.

XXVII. Enimvero & in eccleſia beati Petri apoſtoli fautoris ſui [1] fecit [a] evangelium cum blatthin ex argento, penſans libras VIII. & uncias VIII. Benigniſſimus quoque præſul fecit in monaſterio beati Stephani [b] protomartyris ad ſanctum Petrum veſtes albas holoſericas IIII. habentes in medio crucem de auro texto cum diverſis margaritis, & periclyſi de blattin mirifice decoratas. Item ubi ſupra obtulit prænominatus pontifex veſtem de fundato, habentem in medio crucem ex auro textam, & periclyſin de chryſoclavo. Sæpedictus denique præſul fecit in jam dicto monaſterio veſtem de fundato, habentem in medio tabulam de chryſoclavo cum vultu ſanctæ Dei genitricis & ſanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli, & periclyſin de blattin. [c] Obtulit ibi ipſum veſtes de ſtauraci duas habentes in medio cruces de chryſoclavo, & periclyſin de blattin. [d] Fecit etiam ad ornatum ipſius oratorii velum majus de quadrapulo, habens in medio cruces de auro textas III. & periclyſin de blattin.

In

VARIANTES LECTIONES

XXVII. a Vat. 1. *evangelium cum batticin*. b Idem, *protomartyris, quam major* (leg. *quod majus*) *ad S. Petrum*. c Vat. 1. *Optulit ibi ipſum*, pro quo itidem vulgata editio, *ibidem ipſe*. d Idem, *Fecit enim*.

Vat. 1.

NOTÆ

XXVII. 1. FECIT EVANGELIUM CUM BLATTHIN EX ARGENTO PENSANS LIBRAS VIII. ET UNC. VIII.) Evangelium, ſcilicet codicem continentem, quatuor evangelia, quod *evangeliarium* dici ſolet, cum integumentis ex purpura & argento.

IN

XXVIII. In diaconia beati Archangeli [a] obtulit jam dictus pontifex vestem de blattin Byzantea, habentem in medio crucem de chrysoclavo, & periclysin de chrysoclavo pulcherrime comptam. Enimvero & [1] in ecclesia beatæ Cæciliæ martyris fecit concham ex argento, ubi & pretiosum ejusdem virginis caput condidit; pensantem libras VIII. & semis. Simili modo & in ecclesia beati [b] Cyriaci martyris in Thermis obtulit prædictus præsul vela de fundato numero VIII.

XXIX. Hic a Deo fultus jam nominatus pontifex fecit [1] in oratorio sancti Archangeli, quod quondam prædecessor ejus domnus Leo papa constituit atque construxit, vestem albam holosericam, habentem in medio tabulam de chrysoclavo cum historia Dominicæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, & periclysin de chrysoclavo mirifice decoratam. Item ibi [a] obtulit aliam vestem de fundato cum periclysi de blattin Byzantea. [b] Fecit etiam jam dictus pontifex in supradicto oratorio vestem aliam de quadrapulo, circumsutam cum historia Dei genitricis pulcherrime comptam atque decoratam.

XXX. Præterea idem summus pontifex & orthodoxus, divina inspiratione pulsatus, ecclesiam sanctæ & intemeratæ virginis MARIÆ Dominæ nostræ [a] ad Præsepe, cernens quon-

VARIANTES LECTIONES

XXVIII. *a* Vat. 1. *optulit*, uti supra, & alibi. *b* Idem, *Quiriaci*, atque ita ubique.

XXIX. *a* Vat. 1. Hic itidem, *optulit*. uti supra. *b* Idem, *Fecit enim jam dictus pontifex* &c.

XXX. *a* Vat. 1. *quam ad præsepe*.

Editi

NOTÆ

XXVIII. 1. IN ECCLESIA BEATÆ CÆCILIÆ MARTYRIS FECIT CONCHAM EX ARGENTO &c.) Vas cavum ad formam concharum maris; sive etiam hic concha accipi potest pro arca, seu capsula continendi gratia pretiosum caput beatæ Cæciliæ.

XXIX. 1. IN ORATORIO SANCTI ARCHANGELI) quod creditur fuisse in clivo montis Vaticani, a Leone M. ædificatum.

quondam tali more constructam, ut post sedem pontificis mulieres ad sacra missarum solemnia stantes, prope assistere juxta pontificem viderentur, ita ut si aliquid colloqui pontifex cum sibi assistentibus voluisset, ex propinqua valde mulierum frequentatione nequaquam ei sine illarum interventione liceret; & largum ibidem locum inesse, qualiter inde sedem mutare valeret, [b] cerneret, dato operis studio cœpit indesinenter agere, sedem inferius positam sursum ponere, ut eo familiarius Domino preces fundere posset, quo consortia populorum modeste [c] declinare potius constitisset. Denique sedem optime quam dudum fuerat, pulcherrimis marmoribus decoratam condidit, & undique ascensus, quibus ad eam gradiatur, construxit; pavimentumque altaris erigens pretiosissimis marmoribus stravit.

XXXI. [1] Erexit sane sex inibi ante confessionem sacri altaris purpureo colore columnas, quas super & candidi marmoris [a] trabem posuit, purpureis dextra [b] lævaque marmoribus; novis illas scilicet cælaturis exornans, satis commode decoravit. Presbyterium quoque ipsius ecclesiæ diversis marmoribus, quam pridem fuerat, in melius reparavit. Propitiatorium vero sacri altaris, seu confessionem interius exteriusque cum rugulis suis ex auro purissimo mirifice decoravit; pensantia libras CLXXIIII. & uncias VI. Similiter & altare ipsius basilicæ ex argenteis laminis cum historiis diversis pulcherrime compsit atque deauravit; pensans libras CCCLXXXV.

Beni-

VARIANTES LECTIONES

b Editi, *concerneret*, Vat. I. ut in contextu. *c* Iidem codices vulgati, *declinare potuisset*.

XXXI. *a* Vat. I. *trabim*. *b* Sic idem, libri editi, *lævaque marmoribus nectens illas scilicet, celaturisque exornans* &c.

Vat.I.

NOTÆ

XXXI. I. ERRXIT SANE SEX INIBI ANTE CONFESSIONEM SACRI ALTARIS PURPUREO COLORE COLUMNAS) Columnas nempe ex marmore porphyretico, quæ adhuc exstant in basilica sanctæ Mariæ Majoris, earum quatuor elegans ciborium sustinentibus.

VE-

XXXII. [a] Benignissimus etiam præclarusque præsul obtulit [b] ibi ipsum gabathas ex auro purissimo cum diversis gemmis numero VI. pensantes libras XX. & uncias VI. Et hoc constituit, ut semper diebus ac noctibus ante sacrosanctum altare [c] lucere debeant. Hic divina inspiratione fultus obtulit in jam dicta basilica arcus ex argento num. VIII. cum columnis XVI. pensantes insimul libras CCXVIII. & uncias VIII. Fecit etiam & ante vestibulum altaris rugas majores ex argento, pensantes libras LXXVIII. Obtulit etiam & canthara ubi supra ex argento numero VI. pensantia insimul libras LX. & semis. Pari modo & per arcus majores sæpedictæ ecclesiæ fecit calices majores ex argento, [d] pendentiles, numero XLII. qui omnes insimul pensant libras CCLXXXI. Venerabilis etenim præsul ob amorem ejusdem virginis Dominę nostræ [e] obtulit ibi ipsum coronas ex argento num. IIII. pensantes libras LXII. Item ubi supra canistra ex argento numero duo, pensantia libras XIII. [f] & semis & uncias III. Fecit etiam ibidem imaginem ex argento deauratam cum vultu beatæ Dei genitricis MARIÆ; pensantem libras XVII. & uncias III.

XXXIII. [a] Christi quoque omnipotentis Domini famulus obtulit in sacrosancto [b] altari sæpedictæ basilicæ vestes [c] de chrysoclavo duas, habentes historiam Dominicæ Nativitatis Domini nostri JESU Christi cum periclysi, diversis ornatas gemmis, atque margaritis mirifice decoratas. Obtulit etiam ibi ipsum aliam vestem de chrysoclavo habentem historiam, qualiter Dominus noster JESUS Christus a Johanne in Jordane baptizatus est, cum periclysi de chrysoclavo mirifice exornatam. Item ubi supra compsit vestem [c] de chry-

VARIANTES LECTIONES

XXXII. *a* Vat. 1. *Benegnissimus etenim*. *b* Idem ita, editi, *ibi gabathas*. *c* Iidem, *lucerna ardere debeant*. *d* Sic Vat. 1. libri editi, *pendentes*. *e* Iidem, *obtulit ibidem*. *f* Vat. 1. *&* *semis*, *&* *uncias* III.) quæ in vulgatis præposita fuere.

XXXIII. *a* Vat. 1. *Christi namque*. *b* Idem, *altare*. *c* Idem, *de grisoclavo*, ut passim.

Vat. 1.

chrysoclavo, habentem historiam Dominicæ Resurrectionis Domini nostri Jesu Christi, cum periclysi de chrysoclavo, diversis ornatam margaritis.

XXXIV. Beatissimus & venerabilis prænominatus pontifex divino amore ductus fecit ibidem in jam præfato altari vestem similiter de chrysoclavo, habentem historiam, qualiter beata Dei genitrix Maria corpore est assumpta, cum periclysi de chrysoclavo, seu diversis margaritis comptam atque decoratam. Fecit enim benignissimus præsul ibi ipsum aliam vestem de chrysoclavo, habentem historiam Dominicæ Ascensionis Christi Domini nostri rite decoratam. Item ubi supra ob amorem ejusdem virginis construxit aliam vestem de chrysoclavo, habentem historiam, qualiter Spiritus sanctus venit super Apostolos, diversis ornatam margaritis & decoratam. Immo ibidem aliam munivit [1] vestem de chrysoclavo cum historia Palmarum modeste comptam atque decoratam. Nec non & ubi supra aliam compsit jam nominatus pontifex vestem de holovero cum periclysi de fundato. Pariter quoque & [a] pro quotidianis diebus obtulit vestes de fundato duas cum periclysi de quadrapulo pulcherrime exornatas.

XXXV. Hic divina inspiratione pulsatus fecit ipse sanctissimus præsul per arcus majores jam præfatæ basilicæ vela de fundato XIIII. & de quadrapulo XIIII. similiter & de imizilo XIIII. Domini nostri Jesu Christi famulus ob amorem [a] ejusdem Dominæ nostræ per arcus presbyterii jam dictæ ecclesię fecit vela de chrysoclavo, habentia historiam Domini nostri Jesu Christi, atque Nativitatem, seu Assumptionem ejusdem intemeratæ virginis numero XXVI. Pariter & per

VARIANTES LECTIONES

XXXIV. *a* Vat. I. *pro cotidianis diebus*.

XXXV. *a* Codices vulgati cum Vat. I. *eidem*, leg. *ejusdem*, ut in contextu Vat. I.

NOTÆ

XXXIV. I. VESTEM DE CHRYSOCLAVO CUM HISTORIA PALMARUM) Cum historia Christi Domini ingredientis Jerusalem turbis acclamantibus & attollentibus ramos palmarum & olivarum.

per ipsos arcus obtulit vela de quadrapulo, diversis historiis circumsuta numero XXIIII. Christi namque omnipotentis famulus obtulit sursum in aspectu absidæ pannum Alexandrinum mirifice decoratum.

XXXVI. Obtulit etiam [a] in trabem majorem ipsius basilicæ velum majus de fundato, [b] habens trabes de chrysoclavo VII. & periclysin de blattin Byzantea. Fecit enim ad ornatum ipsius basilicæ [c] in ipsa trabe vela de quadrapulo numero VI. & de imizilo vela numero IIII. Ipse quoque pontifex fecit juxta vestibulum altaris in absida vela de quadrapulo numero XII. Ibidem de blattin vela numero VI. Venerabilis quoque præsul fecit in ingressu jam dictæ basilicæ cortinam majorem Alexandrinam cum diversis historiis compte decoratam. Simili modo & [d] pro quotidianis diebus aliam ibidem obtulit cortinam Alexandrinam mirifice exornatam. Benignissimus & præclarus pontifex obtulit in prænominata basilica vela alba holoserica [e] in trabem majorem cum periclysi de fundato numero VI. [f] Item in absida ipsius basilicæ posuit vela alba cum periclysi de fundato num. VI. Vela alia IIII. de blattin Byzantea [g] alba ibidem constituit [h] mirifice.

XXXVII. Et quia idem ter beatissimus pastor tantam curam tantamque vigilantiam erga status sanctarum Dei ecclesiarum frequenter impendebat; etiam altare præsepii jam dictæ basilicæ, seu venerabilem confessionem ultro citroque ex auro purissimo cum diversis historiis mirifice compsit atque decoravit; pens. libras CXXXIIII. & uncias IIII. [a] Similiter & ex argento deaurato cum variis historiis ibidem, [b] pens. libras CCLIIII. & uncias IIII. Item ibidem obtulit

VARIANTES LECTIONES

XXXVI. *a* Vat. 1. *in trabim*. *b* Idem, *habens travem*. *c* Idem, *in ipsam travim*. *d* Idem, *pro cotidianis*. *e* Idem, *in travem majorem*. *f* Sic idem Vat. 1. quæ in editis postposita sunt. *g* Idem, *alva*. *h* Idem, *mirifices*.

XXXVII. *a* Libri vulgati, *similiter ex argento*. *b* Iidem cum Vat. 1. addunt, *unc.* x. quæ in hunc locum vitio librarii irrepserunt, & insequentis periodi postrema esse videntur.

nume-

lit præfatus pontifex gabathas ex auro puriſſimo cum gemmis diverſis numero III. penſantes libras VIII. & uncias X. Porro & vela de alythino cum periclyſi de blattin Byzantea [c] numero V. ibidem poſuit.

XXXVIII. Hic ſacer antiſtes ob nimium cordis amorem fecit in eccleſia beatæ Cæciliæ veſtem de chryſoclavo, habentem hiſtoriam Dominicæ Reſurrectionis Domini noſtri Jesu Chriſti mirifice depictam atque exornatam. Ipſe vero a Deo protectus venerabilis & præclarus pontifex fecit propitiatorium ſacri altaris beati Petri Apoſtolorum principis, ubi ſacratiſſimum corpus ejus quieſcit, [a] [1] panoclyſtum ex auro fulvo, cum diverſis [b] hiſtoriis depictum atque mirifice decoratum, penſans libras CC. Item in jam dicta eccleſia ob amorem ejuſdem Dei apoſtoli fautoris ſui obtulit vela chryſoclava per arcus presbyterii, habentia hiſtoriam Dominicæ Paſſionis ac Reſurrectionis Domini noſtri Jesu Chriſti numero XLVI. Pariter & in eccleſia beatorum martyrum Coſmæ & Damiani in via Sacra fecit veſtem holoſericeam pulcherrime comptam atque decoratam.

XXXIX. Benigniſſimus etenim præſul fecit in baſilica beatæ Dei genitricis virginis ſemper Mariæ Dominæ noſtræ [a] ad Præſepe gabathas ex auro, diverſis gemmis ornatas, numero II. penſantes libras VI. [b] Item ibi ipſum obtulit [1] gabatham apoſtolatam ex auro puriſſimo, penſantem libras V. Item ubi ſupra fecit phara canthara ex argento numero

VARIANTES LECTIONES

c *numero* V.) Ex Cod. Vat. I.

XXXVIII. a Vat. I. cum libris editis, *ſpanoclyſtum*, ut alibi non ſemel. b Idem, *ſtoriis*, atque infra, *ſtoriam*, ut alibi.

XXXIX. a Vat. I. *quam ad præſepe*. b Sic idem, vulgati, *Item ibi ipſe obtulit gabatham apoſtolicam*. Vat. I.

N O T Æ

XXXVIII. 1. PANOCLYSTUM EX AURO FULVO &c.) Subintellige *regnum panoclyſtum*, de quo ſupra in Leone III. num. LXVI.

XXXIX. 1. GABATHAM APOSTOLATAM) Videlicet patellam cavam iconibus apoſtolorum circumornatam.

ET

mero VIII. penſantia inſimul libras LXXXII. Ob amorem quoque ejuſdem Dominæ noſtræ obtulit in jam dicta baſilica columnas IIII. & arcum unum, penſantes inſimul libras LX. Sæpe nominatus etenim pontifex fecit in venerabili altari ipſius eccleſiæ veſtem albam, habentem in medio crucem de chryſoclavo, diverſis gemmis circumſutam, & pulchritudine exornatam; aliam quoque ibidem adnectens veſtem de blattin Byzantea ſimili modo cum cruce de chryſoclavo, diverſis lapidibus honeſtiſſime decoratam. Fecit etiam ad ornatum præfatæ eccleſiæ vela de chryſoclavo per arcus presbyterii, habentia hiſtoriam Dominicæ Paſſionis atque Reſurrectionis Domini noſtri Jesu Chriſti. Nec non & [c] in trabem majorem ſæpius dictæ eccleſiæ obtulit vela alia cum periclyſi de quadrapulo numero VI. Item [d] in trabes ipſius baſilicæ fecit vela de fundato numero VII. Obtulit etiam [e] vela alba holoſerica in circuitu altaris jam dictæ eccleſiæ, habentia periclyſin de quadrapulo numero IIII.

XL. [a] Venerabilis quoque præſul fecit in eccleſia beatæ Dei genitricis, quam vocant [b] Domnicam, rugas ex argento, penſantes libras LXVI. [1] Fecit etiam in eccleſia beatæ Dei genitricis Mariæ Dominæ noſtræ ſita [c] Sabinis, in epiſcopio, veſtem de fundato cum periclyſi de blattin Byzantea.

VARIANTES LECTIONES

c Vat. 1. *in trabim*, ut ſupra. *d* Idem, *in traves*. e *vela holoſerici*, vulgati codices, Vat. 1. ut in contextu.

XL. *a* Vat. 1. *Venerabilis etenim*. *b* Idem, *Domnica*, libri editi, uti ubique, *Dominicam*. *c* Iidem cum Vat. 1. *Savinis*.

Vat. 1.

NOTÆ

XL. 1. FECIT ETIAM IN ECCLESIA BEATÆ DEI GENITRICIS &c. SITA SABINIS) Pontificum Romanorum liberalitatem in ornandis ditandiſque religioſis ædibus non ſe continuiſſe intra mœnia urbis, obſervavimus ſupra in vita Leonis III. num. XLII. atque alia teſtimonia exſtant tum in vita ipſius Leonis num. XLVII. & XCIV. tum in vita Hadriani num. LXIX. & LXXXII. Suorum Præceſſorum veſtigiis inhærens pontifex Paſchalis non in urbanis eccleſiis tantum opes impendit, ſacris & pretioſis muneribus illas cumulando; ſed etiam eccleſias ab urbe diſſitas, ut beati Petri in Centumcellis, & ſanctæ Mariæ in Sabinis, in partem ſuarum largitionum vocavit.

tea. Hic denique divina vocatione defunctus est: sepultus vero [d] est in ecclesia beati Petri apostoli. Fecit autem ordinationes duas; unam quidem per mensem Decembrium, & aliam per mensem Martium; presbyteros.... [e] diaconos VI. episcopos per diversa loca numero.... [1] Et cessavit episcopatus ejus dies IIII. in mense Januario, Indictione prima.

VARIANTES LECTIONES

d Vat. I. ita. *e* Vat. IV. diaconos VII.

NOTÆ

1. ET CESSAVIT EPISCOPATUS EJUS DIES IIII. IN MENSE JANUARIO, INDICTIONE PRIMA) Vide correctionem allatam supra num. 1. Credibile est, ex librarii oscitantia legi *Januario*, ubi legendum esset *Februario*.

FINIS



IN-

INDEX RERUM
ET
GLOSSARIUM
Verborum, quæ in hoc altero Tomo obſcuriora & minus uſitata occurrunt.

A

B

BAL-

C

CAM-

CON-

D

clę-

E Pro

F


G

ſeu

H

damentis ædificat, eique diversa bona donat, 225. 226. Confessionem beati Petri auro atque historiis exornat, ingentem auri argentique vim addens, *ibid.* Vasa sacra, aliaque præclara dona diversis ecclesiis distribuit, 227. Monasterium SS. Hadriani & Laurentii, ad profanum usum redactum, dedicat, opibusque cumulat, 228. Imagines aureas & argenteas, & varia ornamenta pluribus ecclesiis impertit, 229. Legatos mittit ad Imperatores Constantinum & matrem ejus Irenen, ut concilium pro restituendo sacrarum imaginum cultu habeatur, *ibid.* & 230. Diaconiam SS. Sergii & & Bacchi a fundamentis in ampliorem statum perducit, 231. Basilicam monasterii S. Anastasii cum egumenarchio, seu sacrario igne absumtam renovat, 232. Mœnia & turres urbis eversas restaurat, *ibid.* In magna Tiberis inundatione iis, qui a suis habitationibus exire nequeunt, per cymbas victum suppeditat, 234. Portas æreas insignis magnitudinis Perusia deductas in basilica beati Petri collocat, 235. Calices & patenas ex auro purissimo, ac diversi ornamenti genera multis aliis titulis, basilicis & diaconiis eximia largitate impertitur, *ibid.*

Quoniam vero de gestis Hadriani pontificis hactenus sermo habitus est, abs re non erit hoc loco ectypum exhibere argentei denarii ejusdem Hadriani, in NOTIS forte omissum, qui primus ex pontificiis nummis cusus & signatus fuit in argumentum jurisdictionis & dignitatis Pontificiæ; quique dimidiatus insculptus visitur in libro auctoris nostri JOANNIS VIGNOLII de Antiquior. Pontific. Roman. Denar. *pag.* 1.



Exstat integer in museo Vaticano,
A BENEDICTO XIV. *summo Pontifici dono datus:*
Pondo gran. XX.

I

K

L

LA-

AD

M.

MI-

mana

N

O

OCTA-

P

PE-

Q

R

RO-

S

Non

T

V

XENO-

FINIS



